XXXIV. 2 *Πλείγμα ἰοστεφάνων*. Ita cod. Ambr. In Medic. legitur πλείγμα ἰοστεφέων. — Lege πλέγμα. Salvin.

3 *Οὐδέ τ' ἀνέσχεν*. Cod. Medic. οὐδέ τ' ἀνίσχεν, αἶ, αἶ, τοῖς θαλάμοις πυρσός, *neque illuxit thalamis fax*.

XXXV. 3 *Φθόνος*. *Invidia*, vel *fatum invidum*. Vox illa plus æquo familiaris Gregorio. Nimirum a Gentilibus manavit illa vox, quam usurpare solebant, invidiæ deorum et invido fato omnia sua infortunia tribuentes. Fateri cogimur virum sanctum, quamvis probe senserit, minus probas aliquando adhibuisse locutiones. — Judicium istud paulo durius libenter dixerim. Caillau.

XXXVI. 1 *Παλαγεῦντες*. An legendum παταγεῦντες? Edit. Patrol.

5 *Εὐφημίας*. Sic appellat terram in qua mortuus erat Euphemius. — Hic licentia usus, et coactus necessitate, Gregorius vocis Εὐφημίας quantitatem immutavit, longamque syllabam brevem reddere non est veritus; quod quidem eadem necessitate compulsi et nos imitari præsumpsimus. Caillau.

METRICA VERSIO.

XXXIII. ALIUD.

(*A. B. Caillau interprete.*)

Quis, cujus? Proles jacet hac Euphemius urna
Amphilochi, cunctis gloria Cappadocis.
Turba dedit Charitum hunc Musis: jam tæda jugalis
Splendebat; citior venit at invidia.

XXXIV. ALIUD.

(*Eodem interprete.*)

Musarum proles, comitum ver, nobile germen,
Florigeras Charites aurea vitta ligans,
Exut e vivis Euphemius, atque fideli
Non tulit accensam sponsus amore facem.

XXXV. ALIUD.

(*Eodem interprete.*)

Sic Charites Musis: « Quid agendum? liquit imago
Facta manu nostra mortalem Euphemius auram. »
Sic Musæ ad Charites: « Quoniam crudelia fata,
Hæc habeant; maneat nobis immobile votum:
Tanta super terram nunquam formetur imago. »

XXXVI. ALIUD.

(*Eodem interprete.*)

Fontes, et fluvii, sylvæ, volucresque sonori,
Qui tenui canitis gutture, fronde super,
Tranquillumque ferens somnum molli aura susurro,
Et virides horti quo coeunt Charites,
Lugete. O præstans Euphemias! Ecce recedens
Nomine te celebrem reddidit Euphemius.

Κάλλιμος ἠϊθέων Εὐφήμιος, εἴ ποτ' ἔην γε,
Κάλλιμος ἐν χώροις χῶρος ὅδ' Ἠλύσιος.
Τοὔνεκεν εἰς ἓν ἄγερθεν, ἐπεὶ ζωὴν μὲν ἔλειψεν·
10 Οὔνομα δ' αὖ χώρῳ κάλλιπεν ἠγαθέῳ.

ΛΖ'. *Εἰς Ἑλλάδιον.*

Λίεί σοι νόος ἦεν ἐς οὐρανὸν, οὐδ' ἐπὶ γαίης
Ἤρειδες χθαμαλῆς ἴχνιον οὐδ' ὀλίγον.
Τοὔνεκεν ὡς τάχος ἦλθες ἀπὸ χθονός. Εὐλάλιος δὲ
Σὴν κόνιν ἀμφιέπει σὸς κάσις, Ἑλλάδιε.

ΛΗ'. *Ἄλλο.*

Τὸν νεαρὸν, Χριστῷ δὲ μέγαν, πολιόν τε νόημα
Α Χῶρος ὅδ' ἀθλοφόρων, Ἑλλάδιον κατέχω.
Οὐ νέμεσις. Κείνοις γὰρ ὁμοῖον ἄλγος ἀνέτλη
Σθεννὸς ἀντιπάλου τοῦ φθονεροῖο μόθου.

ΛΘ'. *Ἄλλο.*

Μικρὸν μὲν πνείσσκες ἐπὶ χθονὶ σαρκὸς ἀνάγκῃ,
Ἠλείονα δὲ ζωῆς ὑψόθι μοῖραν ἔχεις,
Ἑλλάδιε, Χριστοῖο μέγα κλέος· εἰ δὲ τάχιστα
Δεσμῶν ἐξελύθης, τοῦτο γέρας καμάτων.

Μ'. *Εἰς Μαρτυριάν.*

Εἴ τις Τάνταλός ἐστιν ἐν ὕδασιν αὖος ἀπίστοις,
Εἴ τις ὑπὲρ κεφαλῆς πέτρος ἀεὶ φοβέων·

Pulcher inter adolescentes Euphemius, si quis unquam fuit,
Pulcher in agris ager hic Elysius.
Quapropter in unum convenere, siquidem vitam amisit;
10 Nomen autem loco reliquit divino.

1122-1123 XXXVII. *In Helladium* *.

Semper tua mens versabatur in cœlum, neque super terram
Humilem firmabas vestigium vel paululum.
Quam ob rem celerrime abiisti a terra. Eulalius vero
Tuum cinerem amplectitur frater tuus, Helladi.

XXXVIII. *Aliud* **.

Juvenem, Christo autem magnum, senemque consilio,
Locus hic martyrum, Helladium continco.
Nec indignandum. Illis enim similem dolorem sustinuit,
Exstinguens inimici invidi pugnam.

XXXIX. *Aliud* ***.

Parum quidem spirasti super terram carnis necessitate,
Majorem vero vitæ in cœlis sortem habes,
Helladi, Christi magnum decus; quod vero celerrime
Vinculis solutus es, hoc præmium laborum.

XL. *In Martinianum* ****.

Si quis Tantalus est inter infidas sitiens aquas,
Si quis imminens capiti lapis semper terrens,

* Scriptum an. 371. — Alias Muralor. 47. ** Scriptum an. 371 — Alias Muralor. 48. *** Scriptum an. 371. — Alias Muralor. 49. **** Scriptum an. 372. — Alias Muralor. 5.

9 *Ἄγερθεν*. *Gratiæ*, ut putavit Muratorio, vel potius Euphemius et locus cui moriens nomen reliquit.

XXXVII. Tit. *Εἰς Ἑλλάδιον*. Quamvis Billius in notis ad *Carmina Gregorii* quæ edidit, non nisi unum Helladium agnoscat, alius is certe ab Helladio Basilii magni successore: alius, inquam, iste est, quandoquidem episcopus fuisse nunquam legitur, imo juvenis obiit. Quod ad Eulalium attinet, primum vitæ monasticæ institutum sectatus, deinde ut verisimile est, Ecclesiæ Nazianzenæ cura Gregorii præfectus est.

XL. Tit. *Εἰς Μαρτυριάν*. *Gens Martinianorum fuit illustris: plurimorum meminit Muratorius, quibus alios addere facile esset. Quis vero ille sit, ad quem pertineant epitaphia, non ausim asserere. Quidquid sit, is ille nobis esse Martinianus videtur, qui primum Africæ, deinde Romæ, et postea toti præfectus Italiæ fuit, ad quem exstat Basilii Magni epistola 74 novæ edit.* (tom. III, pag. 168), *olim* 374, *an.* 371, *qua eum rogat ut imperatorem adeat, et demonstret quanta ex distractione Cappadociæ consequantur incommoda. Omnia conveniunt, viri merita qualia Basilius commendat, ac patria quæ et in epist. et in epitaphiis in Martinianum Cappadociæ nomine designatur: viri autem merita ea sunt de quibus epistolæ.*

METRICA VERSIO.

Formosas pulcher juvenes Euphemius inter,
Pulcher et in agris hic ager Elysius.
Hinc ibi convenere simul; nam lumina clausit;
Sed terræ nomen contulit eximium.

XXXVII. IN HELLADIUM.

(*A. B. Caillau interprete.*)

Semper mente polo præsens, vestigia terræ
Fixisti nunquam sordida vel minimum.
Inde cito mundum liquisti: amplexibus ossa
Frater at Eulalius nunc colit Helladi.

XXXVIII. ALIUD.

(*Eodem interprete.*)

Mente senem, magnumque Deo, juvenilibus annis,
Β Victorum locus hic Helladium teneo.
Nec subeat livor. Similes tulit ille dolores,
Exstinguens hostis perfida tela mali.

XXXIX. ALIUD.

(*Eodem interprete.*)

Spirasti paulum in terris, sic carne jubente,
In cœlis melior sed tibi vita datur,
Helladi, honor Christi fulgens; quod vincula præsto
Rupisti, hoc merces digna labore tibi.

XL. ALIUD.

(*Eodem interprete.*)

Infidas si quis sitit inter Tantalus undas,
Aut capiti terrens imminet usque lapis:

Δαπτόμενόν τ' ὄρνισιν ἀγήραον ἦπαρ ἀλιτροῦ,
Καὶ πυρόεις ποταμὸς, καὶ ζόφος ἀθάνατος,
Ταρτάρεοί τε μυχοὶ, καὶ δαίμονες ἀγριόθυμοι,
Ἄλλαι τετρυμένων τίσιες εἰν ἀΐδῃ·
Ὅστις Μαρτινιανὸν ἀγακλέα δηλήσαιτο
Τύμβον ἀνοχλίζων, δείματα πάντα φέροι.

ΜΑ'. *Ἄλλο.*

Οὔρεά σοι, καὶ πόντος, ἀτάσθαλε, καὶ πεδίοισι
Τέρπῃ πυροφόροις, τετραπόδων τ' ἀγέλαις·
Καὶ χρυσοῖο τάλαντα, καὶ ἄργυρος, εὐγενέες τε
Λᾶες, καὶ Σηρῶν νήματα λεπταλέα·
Πάντα βίος ζώοισι· λίθοι δ' ὀλίγοι τε φίλοι τε
Τοῖς φθιμένοις. Σὺ δέ μοι κάνθάδε χεῖρα φέρεις,
Οὐδὲ σὸν αἰδόμενος, τλῆμον, τάφον, ὅστις ὄλεσσεν
Ἄλλος, σοῖσι νόμοις, χερσὶ δικαιοτέραις.

ΜΒ'. *Ἄλλο.*

Ἰνίκα Μαρτινιανὸς ἔδυ χθόνα μητέρα πάντων.
Πᾶσα μὲν Λύσονίων ἐστονάχησε πόλις.
Πᾶσα δὲ Σικανίη τε καὶ εὐρέα πείρατα γαίης
Κείρατ', ἀπ' ἀνθρώπων οἰχομένης Θέμιδος.
Ἡμεῖς δ' ἀντί νυ σεῖο τάφον μέγαν ἀμφιέποντες,
Αἰὲν ἐπερχομένοις δείξομεν ὥς τι σέβας.

ΜΓ'. *Ἄλλο.*

Οἱ Χριστὸν φορέοντες, ἀκούσατε, οἵ τε θέμιστας
Εἰδότες ἠμερίων καὶ φθιμένων ὀσίην·

Laceratumque ab avibus immortale jecur impii,
Et igneus fluvius, et caligo perpetua,
Tartareique recessus, et dæmones crudelissimi,
Aliæ vexatarum pœnæ in inferis;
Quicunque Martiniano glorioso nocuerit
Sepulcrum submovens, hos omnes timores subeat.

XLI. *Aliud* *.

Montes tibi sunt, et pontus, improbe, et campis
Frueris frugiferis, quadrupedumque gregibus;
Et auri talenta, ac argentum, nobilesque
Lapides, et Serum tenuia fila;
1124-1125 Omnia vita præstat viventibus: lapides autem pauci et chari
Mortuis. Tu autem mihi hic manum infers,
Neque tuum veritus, miser, ne sepulcrum quis perdat
Alius, tuis legibus manibus justioribus.

XLII. *Aliud* **.

Quando Martinianus terram subiit omnium parentem,
Omnis quidem Italorum ingemuit civitas.
Universa vero Sicilia, et spatiosi fines terræ
Detonsi sunt, ab hominibus discedente justitia.
Nos autem pro te sepulcrum magnum complectentes,
Semper supervenientibus ostendemus, ut quid sacrum.

XLIII. *Aliud* ***.

Qui Christum fertis, audite, quique jura
Nostis vivorum, et debitam mortuis reverentiam:

* Scriptum an. 372. — Alias Murator. 4. ** Scriptum an. 372. — Alias Murator. 5. *** Scriptum an. 372. — Alias Murator. 6.

cum epigrammatibus convenit, peritia rerum urbanarum varia ac multiplex, aulæ scientia, libera luendi juris constantia, facilis ad imperatorem aditus, qui vitæ ejus totius instituto conveniret. *Denique affecta Martiniani, quam ipse causabatur, ætas, et torpor senectutis, in annos multos obitum ejus et epitaphia rejicere non sinunt.*

8 *Δείματα.* Contra tumulorum violatores, τυμβωρύχους, leges sanctæ sunt ab imperatoribus. Vide cod. Theod. et Justin., tit. *De sepulc. violatoribus.*

XLI. 7 *Ὅστις ὄλεσσεν.* Cod. Med. ὃν τις ὄλεσσει, *neque tuum curans, miser, sepulcrum, quod quis perdet.*

XLIII. 1 *Χριστὸν φορέοντες.* Hoc nomine solet appellare Gregorius sacerdotes, imo et Christianos.

METRICA VERSIO.

Si volueres tundunt jecur immortale maligni,
Si nox perpetua est, flumen et igniferum,
Tartareique sinus, infernalesque ministri,
Et pœnæ, si quas insuper orcus habet:
Quisquis, Martiniane, tibi insultaverit audax,
Bustum triste movens, hæc mala cuncta ferat.

XLI. ALIUD.

(*A. B. Caillau interprete.*)

Sunt montes portusque tibi, sunt, improbe, campi
Fecundi frugum, quadrupedumque greges,
Argenti pondus fulgens, aurique talenta,
Perspicui lapides, serica lila quoque:
Omnia vivus habet: pauci charique lapilli
Defunctis. Audes in mea ferre manum;

B Nec, scelerate, times tua ne quis marmora perdat
Alter, lege tua, sed meliore manu.

XLII. ALIUD.

(*Eodem interprete.*)

Martinianus ubi subiit terram omniparentem,
Communes gemitus Itala terra dedit.
Sicula sed tellus, et lati limina mundi
Deposuere comas, dum fugit inde Themis.
Sed pro te complexus ego nunc grande sepulcrum,
Omnibus ostendam, pignora sacra velut.

XLIII. ALIUD.

(*Eodem interprete.*)

Christiferi, quibus et vivorum cognita jura,
Vitali et functis luce ferendus honos,

Πάντα λίπον, βασίλεια, πάτρην, γένος, εὖχος ὑπάρχων
Αἴ, αἴ, πᾶσιν· ὅμως νῦν κόνις εἶμ' ὀλίγη,
Μαρτινιανὸς πᾶσι τετιμένος, ἀλλ' ἐπὶ τύμβῳ
Βάλλειν ἡμετέρῳ δάκρυα, μὴ παλάμας.

ΜΑ'. Ἄλλο.

Μουσοπόλον, ῥητῆρα, δικασπόλον, ἄκρον ἅπαντα,
Τύμβος ὅδ' εὐγενέτην Μαρτινιανὸν ἔχω,
Ναύμαχον ἐν πελάγεσσιν, ἀρήϊον ἐν πεδίοισιν.
Ἀλλ' ἀποτῆλε τάφου, πρίν τι κακὸν παθέειν.

ΜΒ'. Ἄλλο.

Μὴ πόλεμον φθιμένοισι (ἅλις ζώοντες ἀλιτροὶ),
Μὴ πόλεμον φθιμένοις· Μαρτινιανὸς ἐγώ.

A Πᾶσι τάδε ζωοῖς ἐπιτέλλομαι· οὐ θέμις ἐστὶ
Τῶν ὀλίγων φθονέειν τοῖς φθιμένοισι λίθων.

ΜΓ'. Ἄλλο.

Ὦ Θέμι, τῇ πολίων ποτ' ἐγὼ νώμησα τάλαντα,
Ὦ φοβεραὶ ψυχῶν μάστιγες οὐχ ὁσίων!
Οὗτος ἐμοῖσι λίθοισι φέρει στονόεντα σίδηρον·
Οὗτος ἐμοί! φεῦ, φεῦ! ποῦ δὲ λίθος Σισύφου;

ΜΖ'. Ἄλλο.

Ὄλβιος, εὐγήρως, ἄνοσος θάνον, ἐν βασιλῆος
Πρῶτα φέρων, ἱερῆς ἄκρον ἔχων σοφίης,
Εἴ τινα Μαρτινιανὸν ἀκούετε· ἀλλ' ἀπὸ τύμβου,
Μηδὲ φέρειν ἐπ' ἐμοὶ δυσμενέας παλάμας.

Omnia reliqui, palatia, patriam, propinquos, cum decori essem
Heu, heu! omnibus : nihilominus nunc sum pulvis exiguus,
Martinianus cunctis honoratus : sed tumulo
Nostro lacrymas, non manus injicite.

XLIV. *Aliud* *.

Poetam, rhetorem, judicem, summum in omnibus
Tumulus hic generosum Martinianum teneo,
Navali prælio in mari insignem, bellicosum in terris.
Sed procul este a sepulcro, ne quid mali patiamini.

XLV. *Aliud*

Ne bellum mortuis inferas, sat viventes impii (quibus bellum inferas),
Ne bellum mortuis inferas; Martinianus ego.
Omnibus hæc vivis mando : æquum non est
Paucos invidere mortuis lapidibus.

XLVI. *Aliud* **.

O Themis, qua urbium ego olim agitavi lances,
O terribiles animarum pœnæ impiarum!
Iste meis lapidibus immittit lacrymabile ferrum;
Iste mihi! heu, heu! ubi nunc lapis Sisyphi?

1126-1127 XLVII. *Aliud* ***.

Beatus in senectute felici, sine morbo obii, in aula
Primas ferens, sacræ culmen habens sapientiæ,
Si quemdam Martinianum audistis; sed procul a tumulo,
Nec contra me inferet hostiles manus.

* Scriptum an. 372. — Alias Murator. 7. ** Scriptum an. 372. — Alias Murator. 8. *** Scriptum an. 372. — Alias Murator. 9. **** Scriptum an. 372. — Alias Murator. 10.

3 *Εὖχος ὑπάρχων*. Cum decori essem omnibus, scilicet regibus, patriæ, propinquis, etc. Concedit ipse Muratorius vocem εὖχος commode posse conjungi cum verbo ὑπάρχων.

XLV. 1 *Ἄλις ζώοντες*. *Sat impiorum virunt, quibus bellum inferre possis.*

XLVI. 1 *Πολίων*. Ion. pro πολέων. Med. πολλῶν.

4 *Σισύφου*. Tria superiora epigrammata unum constituunt in cod. Ambr.

XLVII. 1 *Ἐν βασιλῆος*. Subauditur αὐλῇ, ut sup. Epitaph. XVI.

3 *Ἀκούετε*. Pro ἠκούετε. Ambr. ἀκούσατε. In utraque voce, inquit Muratorius, est aliqua licentia contra leges prosodiæ.

METRICA VERSIO.

Cuncta, genus, patriam, præclara palatia liqui,
Laus olim cunctis, nunc cinis exiguus.
Martinianus ego cunctorum excultus honore;
Non inferte manus, sed lacrymas tumulo.

XLIV. ALIUD.

(*A. B. Caillau interprete.*)

Hoc tumulo rhetor, judex, gratusque poeta,
In cunctis summus, Martiniane, jaces,
Clara movere potens terris aut æquore bella;
Sed mala ne veniant, sis procul a tumulo.

XLV. ALIUD.

(*Eodem interprete.*)

Sit pax defunctis; vivi sat crimine fœdi;
Sit pax defunctis; Martinianus ego.

B Omnibus hæc vivis mando; paucissima mœstis
Tollere defunctis marmora, grande nefas.

XLVI. ALIUD.

(*Eodem interprete.*

O Themis, ante datum cujus librare bilances!
O tormenta nimis mentis acerba malæ!
Iste meis ferrum immittit lacrymabile petris;
Iste mihi! Væ! væ! petra ubi nunc Sisyphi?

XLVII. ALIUD.

(*Eodem interprete.*)

Morbi expers obii, seniorque beatus, in aula
Prima ferens, sacræ culmen habens sophiæ.
Este procul tumulo, notus si Martinianus;
Nec turbet cineres impia dextra meos.

ΜΗ'. Ἄλλο.

Χάζεο, χάζεο τῆλε· κακὸν τὸν ἄεθλον ἐγείρεις,
Λᾶας ἀνοχλίζων, καὶ τάφον ἡμέτερον·
Χάζεο. Μαρτινιανὸς ἐγὼ καὶ ζῶσιν ὄνειαρ,
Καὶ νέκυς οὐκ ὀλίγον ἐνθάδε κάρτος ἔχω.

ΜΘ'. Ἄλλο.

Καππαδόκων μέγ' ἄεισμα, φαάντατε Μαρτινιανέ,
Σεῖο, βροτῶν γενεὴ, καὶ τάφον αἰδόμεθα,
Ὅς ποτ' ἔης βασιλῆος ἐν ἔρκεσι κάρτος ὑπάρχων,
Δουρὶ δὲ Σικανίην κτήσαο, καὶ Λιβύην.

Ν'. Ἄλλο.

Ὄμνυμεν ἀθανάτοιο Θεοῦ κράτος ὑψιμέδοντος,
Καὶ ψυχὰς νεκύων, κύδιμε, σήν τε κόνιν,
Μή ποτε, Μαρτινιανὲ, τεοῖς ἔπι χεῖρας ἐνεγκεῖν
Στήλῃ καὶ τύμβῳ· οὐδὲ γὰρ οὐδ' ἱεροῖς.

ΝΑ'. Ἄλλο.

Ῥώμη, καὶ βασιλῆες ἐμοὶ, καὶ πείρατα γαίης
Στῆλαι Μαρτινιανῷ, τὰς χρόνος οὐ δαμάσει·
Ἀλλ' ἔμπης ὀλίγῳ περιδείδια, μή τι πάτησο,
Τῷδε τάφῳ· πολλῶν οὐχ ὅσιαι παλάμαι.

ΝΒ'. Ἄλλο.

Μαρτινιανοῦ σῆμα μεγακλέος, εἴ τιν' ἀκούεις,
Καππαδόκων Ῥώμης πρόθρονον εὐγενέων,
Παντοίαις ἀρετῇσι κεκασμένον· ἀλλὰ κόνιν περ
Ἀζόμενοι, στήλην καὶ τάφον ἀμφιέπειν.

XLVIII. *Aliud* *.

Discede, discede procul hinc : malum certamen excitas
Lapides submovens, et tumulum nostrum;
Discede. Martinianus ego et vivis utilis,
Et mortuus non parvas hic vires habeo.

XLIX. *Aliud* **.

Cappadocum magnum decus, splendidissime Martiniane,
Tuum nos mortalium genus et tumulum veneramur,
Qui olim eras imperatoris in arcibus robur præfectorum,
Armis vero Siciliam tenuisti, atque Africam.

L. *Aliud* ***.

Juramus per immortalis Dei potentiam alte regnantis,
Et animas mortuorum, tuumque, inclyte, cinerem,
Nunquam nos, Martiniane, tuis manus illaturos
Columnæ ac tumulo : neque enim fas est sacris inferre.

LI. *Aliud* ****.

Roma, et reges mihi, et fines terræ
Monumenta sunt Martiniano, quæ tempus non tollet;
Sed tamen exiguo hinc vereor, ne quid patiatur,
Sepulcro : multorum non sanctæ manus.

LII. *Aliud* *****.

Martiniani monumentum inclyti, si quem audis
Cappadocum Romæ præsidem nobilium,
Omnibus virtutibus ornatum; sed cinerem licet
Venerantes, columnam et sepulcrum complectamini.

Scriptum an. 372. — Alias Murator. 11. ** Scriptum an. 372. — Alias Murator. 12. *** Scriptum an. 372.—Alias Murator. 13. **** Scriptum an. 372.—Alias Murator. 14. ***** Scriptum an. 372.—Alias Murator. 15.

XLIX. 1 Ἄεισμα. Cappadociæ laus dicitur Martinianus sive a Cappadocia oriundus fuerit, sive hanc aliquando rexerit provinciam.

L. 4 Στήλῃ. Hoc nomine etiam cippos significari arbitratur Muratorius. Ibid. οὐδὲ γάρ, etc., subintelligendum, *manus inferendæ sunt*. Perinde est tuo tumulo manus inferre ac rebus sacris.

LI. 3 Πάτησο. Legendum forte πάθητο, vel πάθοιτο, vel etiam πάθῃ σῷ. — Forte melius nihil immutandum et vertendum, *ne conculceris*. Caillau.

LII. 4 Ἀζόμενοι. Ex conjectura substituit Murat. In Ambr. legitur ἐξόμενοι. Ibid. ἀμφιέπειν. Subaud. ὀφείλετε, vel κελεύω.

METRICA VERSIO.

XLVIII. ALIUD.
(*A. B. Caillau interprete.*)

Sis procul hinc, procul hinc; prava hæc certamina [tentas
Dejiciens tumuli marmora sacra mei.
Martinianus ego, qui vivens utilis egi,
Mortuus et grandi robore prævaleo.

XLIX. ALIUD.
(*Eodem interprete.*)

Gloria Cappadocum, clarissime Martiniane,
Nos humana tuum gens colimus tumulum,
Qui regis quondam præfectis robur, et armis
Rexisti Libyam Siciliamque tuis.

L. ALIUD.
(*Eodem interprete.*)

Sit mihi nunc testis virtus æterna Tonantis,
B Defunctique manes, ossaque, clare, tua;
Nunquam nostra tuam tanget scelerata columnam,
Martiniane, manus : tangere sacra nefas.

LI. ALIUD.
(*Eodem interprete.*)

Roma mihi, et reges, et terræ limina, testes
Delendi nulla, Martiniane, die;
Sed tamen exiguo ne vis indigna feratur
Huic tumulo vereor; non pia quæque manus.

LII. ALIUD.
(*Eodem interprete.*)

Cappadocum Romæ præses celeberrimus, audis
Si fortasse, jacet Martinianus ibi;
Nulla cui deerat virtus; sed et ossa colentes,
Amplexu bustum stringite grande pio.

ΝΓ'. *Ἄλλο.*

Οὔ ποτ' ἐγὼ φθιμένοισιν ἐπέχραον, οὐδ' ἀπὸ τύμβων
Ἔργον ἔγειρα· δίκην ὄμνυμι, καὶ φθιμένους.
Τοὔνεκα μηδ' ἐπ' ἐμοῖσι φέρειν λάεσσι σίδηρον·
Εἰ δὲ φέροις, τὴν σὴν ἐς κεφαλὴν πεσέτω.
Μαρτινιανὸς ἐγὼ τάδε λίσσομαι· εἴ τις ἐμεῖο
Κύδεός ἐστι χάρις, τύμβος ἀεὶ μενέτω.

ΝΔ'. *Εἰς Ἐμμέλιαν τὴν μητέρα τοῦ μεγάλου Βασιλείου.*

Ἐμμέλιον τέθνηκε. Τίς ἔφρασεν; ἤ γε τοσούτων
Καὶ τοίων τεκέων ὤρκε φάος βιότῳ,
Υἱέας, ἠδὲ θύγατρας ὁμόζυγας ἀζυγέας τε,
Εὔπαις καὶ πολύπαις ἦδε μόνη μερόπων.
Τρεῖς μὲν τῇδ' ἱερῆες ἀγακλέες· ἡ δ' ἱερῆος
Σύζυγος· οἱ δὲ πέλας ὡς στρατὸς οὐρανίων.
Θάμβος ἔχει μ' ὁρόωντα τόσον γόνον Ἐμμελίοιο,
Καὶ τοῖον, μεγάλης νηδύος ὅλβον ὅλον.
Ὡς δ' αὐτὴν φρασάμην Χριστοῦ κτέαρ, εὐσεβὲς αἷμα
Ἐμμελίου, τόδ' ἔφην οὐ μέγα· ῥίζα τόση.
Τοῦτό σοι εὐσεβίης ἱερὸν γέρας, ὦ παναρίστη,
Τιμὴ σῶν τεκέων, οἷς πόθον εἶχες ἕνα.

ΝΕ'. *Εἰς πατέρα.*

Ἔνθ' ἑκατονταέτης, ζωῆς βροτέης καθύπερθεν,
Πνεύματι καὶ δώκῳ τεσσαρακονταέτης,

1128-1129 LIII. *Aliud* *.

Nunquam mortuos violenter adorsus sum, neque ex sepulcris
Lucrum feci : justitiam juro, et mortuos.
Quapropter neque in meos immitte lapides ferrum ;
Sin autem immittas, tuum in caput cadat.
Martinianus ego hæc rogo ; si qua mei
Honoris est gratia, sepulcrum semper maneat.

LIV. *In Emmelium matrem Magni Basilii* **.

Obiit Emmelium. Quis dixisset ? illa quæ tot
Ac talium natorum dedit jubar mundo,
Filios, et filias nuptas, innuptasque,
Felix et fecunda una mortalium.
Tres quidem illi sacerdotes inclyti : ipsa autem sacerdotis
Compar : qui vero prope secuti sunt velut exercitus cœlestium.
Stupor me habet videntem tantam sobolem Emmelii,
Et talem, gloriosi uteri integram opulentiam totam.
Ut vero ipsam appellavi Christi possessionem, pium sanguinem
Emmelii, hoc dixi non magnum : tanta est radix.
Hoc tibi pietatis sacrum præmium, o præstantissima,
Honor filiorum tuorum, quibuscum unum desiderium habuisti.

LV. *In patrem* ***.

Hic centum annos natus, supra vitæ humanæ cursum,
Spiritu et cathedra quadraginta annis exactis,

* Scriptum an. 372. — Alias Marator. 16. ** Scriptum an. 375. — Alias Marator. 150. *** Scriptum an. 374. — Scriptum an. 374. — Alias Marator. 71.

LIII. 2 *Ἔργον. Lucrum feci*, id est, *materiam fabricæ causa abstuli : opus aliquod erexi ablatis scilicet e tumulo lapidibus.*

LIV. Tit. *Εἰς Ἐμμέλιαν.* Reg. Ἐμμέλιον. Sanctæ hujus mulieris mentio fit in martyrologio Romano die octava maii.

4 *Πολύπαις.* Decem habuit liberos, ex quibus masculi quinque, Basilius magnus, Naucratius, Gregorius Nyssenus, Petrus Sebastenus. Quinti a Philostorgio memorati, et monasticam vitam professi nomen nos latet. Quinque etiam filias, quarum non nisi unam novimus. Forte etiam Theosebia ex iis una fuit, quam Muratorius non sororem, sed uxorem Gregorii Nazianzeni, aut Nysseni, falso sibi persuasit.

6 *Σύζυγος. Compar, adjutrix, diaconissa*, non uxor.

LV. 1 *Ἑκατονταέτης.* Gregorius pater, annos natus fere centum, vivere desiit an. 375.

METRICA VERSIO.

LIII. ALIUD.

(*A. B. Caillau interprete.*)

Defunctos nunquam læsi, fractisve sepulcris
Lucra tuli : testes jus cineresque voco.
Non ergo in nostros lapides immittite ferrum ;
Sin aliter, recidat percutiatque caput.
Martinianus ego precor hæc : jam restat honoris
Grat.a si qua mei, sit super usque lapis.

LIV. IN EMMELIUM MATREM MAGNI BASILII.

(*Eodem interprete.*)

Emmelium cessit fato. Quis dixerit ? Illa,
Lumina quæ mundo talia, tanta dedit,
Nempe mares, junctasque viro, innuptasque puellas :
Nulla beata magis, non magis ulla fera.
Tres illi clari mystæ ; mystæ inclyta compar ;
Qui venere dehinc, agmen ut angelicum.
Miranti stupor incumbit, quæ quantaque proles
Emmelii, claræ ditis opes uteri.
Cum Christi proclamo bonum, sacrumque cruorem
Emmelii (est radix tanta), minora loquor.
Hoc munus pietatis adest, honor inclyte prolis,
Quacum eadem semper vota fuere tibi.

LV. IN PATREM.

(*Eodem interprete.*)

Nata annos centum, mortali longior ævo,
Atque quaterdenis sceptra suprema gerens,

Μείλιχος, ἡδυεπὴς, λαμπρὸς Τριάδος ὑποφήτης,
Νήδυμον ὕπνον ἔχω Γρηγορίοιο δέμας.
Ψυχὴ δὲ πτερόεσσα Θεὸν λάχεν. Ἀλλ' ἱερῆες
Ἑξόμενοι κείνου καὶ τάφον ἀμφέπετε.

NΣ'. *Aliud.*

Ἐκ μὲ πικρῆς ἐκάλεσσε Θεὸς μέγας ἀγριελαίης·
Ποίμνης ἡγεμόνα θῆκε τὸν οὐδ' ὄΐων
Ἔσχατον. Ἐκ πλευρῆς δὲ Θεόφρονος ὅλβον ἔνειμε.
Γῆρας ἐς λιπαρὸν ἱκόμεθ' ἀμφότεροι.
Ἱρὸς ἐμῶν τεκέων ἀγανώτατος. Εἰ δὲ τελευτὴν
Ἔτλην Γρηγόριος, οὐ μέγα· θνητὸς ἔην.

NZ'. *Aliud.*

Εἴ τις ὄρους καθύπερθεν ἀγνῆς ὄπὸς ἔπλετο μύστης
Μωσῆς, καὶ μεγάλου Γρηγορίοιο νόος,
Ὃν ποτε τηλόθ' ἐόντα, χάρις μέγαν ἀρχιερῆα
Θήκατο, νῦν ἱερῆς ἐγγὺς ἔχει Τριάδος.

NH'. *Aliud.*

Αὐτὸς νηὸν ἔρεψα Θεῷ, καὶ δῶχ' ἱερῆα
Γρηγόριον καθαρῇ λαμπόμενον Τριάδι,
Ἄγγελον ἀτρεκίης ἐριηχέα, ποιμένα λαῷ,
Ἠΐθεον σοφίης ἀμφοτέρης πρύτανιν.
Τέκνον ἐμὸν, τὰ μὲν ἄλλα πατρὸς καὶ φέρτερος εἶης,
Τὴν δ' ἀγανοφροσύνην ἄξιος· οὔ τι πλέον
Εὔξασθαι θέμις ἐστί· καὶ ἐς βαθὺ γῆρας ἵκοιο,
Τοίου κηδεμόνος, ὦ μάκαρ, ἀντιάσαις.

Dulcis, suaviloquus, clarus Triadis interpres,
Dulcem somnum carpo Gregorii corpus.
Anima vero evolans Deum invenit. At sacerdotes
Habentes illius sepulcrum complectimini.

LVI. *Aliud* *.

Me ex amaro vocavit Deus magnus oleastro,
Gregis ductorem dedit, qui neque ovium
Eram novissima. E costa autem pia felicitatem tribuit.
In senectutem beatam pervenimus ambo.
Deo sacer fuit meorum filiorum mitissimus. Si autem mortem
Oppetii ego Gregorius, non mirum; mortalis eram.

1130-1131 LVII. *Aliud* **.

Si quis supra montem puræ vocis arcanæ fuit auditor
Moyses, magni quoque Gregorii mens,
Quem olim, cum longe esset, gratia magnum pontificem
Posuit, nunc vero sacram prope est Triadem.

LVIII. *Aliud* ***.

Ipse templum erexi Deo, et dedi sacerdotem
Gregorium puræ illustrem Triadi,
Nuntium veritatis magnisonum, pastorem populo,
Adolescentem sapientiæ utriusque consiliarium.
Fili mi, in aliis quidem, patre quoque præstantior sis,
Mansuetudine autem par: non quidquam amplius
Precari fas est: et ad maturam senectutem,
Qualem ego nactus sum, o felix, pervenias.

* Scriptum an. 374. — Alias Murator. 72. ** Scriptum an. 374. — Alias Murator. 73. *** Scriptum an. 374. — Alias Murator. 74.

4 *Ἔχω.* Murat. mallet ἔχει.
6 *Ἑξόμενοι.* Libenter legeret Murat. ἀζόμενοι.
LVI. 3 *Ἐκ πλευρῆς.* Ad Evam respiciens, costæ nomine uxorem significat.
LVII. 2 *Νόος.* Id est, *audivit quoque Gregorius.*
LVIII. 1 *Ἔρεψα.* Schol κατεσκεύασα.
4 *Ἠΐθεον.* Mirum videri potest, quod se ipsum laudet. Ibid. *ἀμφοτέρης.* Schol. τῆς θύραθεν, καὶ τῆς ἡμετέρης, *utriusque sapientiæ, externæ et nostræ, profanæ et sacræ.*
5 *Τέκνον ἐμόν.* Ita lib. II, sect. 2, carm. V, vers. 11.
6 *Τὴν δ' ἀγανοφροσύνην.* Reg. 991 πραΰτητα. Schol. 991 τὴν δὲ πραότητα πλέον ἐκείνου γενέσθαι οὐκ ἀπάξιόν ἐστιν εὔξασθαι. *At quoad mansuetudinem, ut illum superes, optare nefas*
8 *Τοίου κηδεμόνος. Tali duce.* Mox *ἀντιάσαις.* Mallem ἀντιάσας.

METRICA VERSIO.

Interpres dulci Triadis modulamine clara,
Gregorii somnos hic caro carpo leves.
Mens sublata Deum sed repperit. Alma, ministri
Sacrati, amplexu busta fovete pio.

LVI. ALIUD.
(*A. B. Caillau interprete.*)

Me Deus agresti magnus præscidit oliva,
Præfecitque gregi, qui prius inter oves
Non extremus eram. Sancta mihi gaudia costa
Pura dedit; vitam duxit uterque senex.
Mysta Deo comis natus. Si morte quievi
Gregorius, non res mira; caducus eram.

LVII. ALIUD.
(*Eodem interprete.*)

Si puræ audivit Moses mysteria vocis
B Monte super, magni mens quoque Gregorii,
Quem longe quondam stantem, sacra gratia ma-
[gnum
Pontificem posuit, nunc habet alma Trias.

LVIII. ALIUD.

(*Eodem interprete.*)

Ipse Deo templum erexi, statuique ministrum
Illustrem puræ Gregorium Triadi,
Magnisonum veri lituum, populoque bubulcum,
Qui juvenis sophiam suadet utramque sagax.
Patre tuo in cunctis, fili, præstantior esto,
Sed pariter mitis. Non meliora licet
Poscere: maturæ tu, fortunate, senectæ
Gaudia percipias, qualia nactus ego.

ΝΘ'. Ἄλλο.

Οὐκ ὄϊς, εἶτ' ὀΐων προφερέστατος, αὐτὰρ ἔπειτα
Ποιμήν, εἶτα πατὴρ καὶ νομέῦς νομέων,
Θνητοὺς ἀθανάτόν τε Θεὸν μέγαν εἰς ἓν ἀγείρων,
Κεῖμαι Γρηγόριος Γρηγορίου γενέτης.

Ξ'. Ἄλλο.

Ὄλβιος, εὐγήρως, εὔπαις, θάνον ἀρχιερῆος
Ἀρχιερεύς τε πατὴρ Γρηγόριος. Τί πλέον;
Οὔτι μὲν ἐς πολύκαρπον ἀλωὴν ὥρθριος ἦλθον,
Ἔμπα δὲ τῶν προτέρων πλείονα μισθὸν ἔχω.

ΞΑ'. Ἄλλο.

Γρηγόριος, ποιμήν τε καλὸς, καὶ πλείονα ποίμνην
Χριστῷ ἀναθρέψας ἤθεσι μειλιχίοις,
Οὐχ ὁσίης ῥίζης μὲν ἐγὼ θάλος, εὐαγέος δὲ
Συζυγίης κεφαλὴ, καὶ τεκέων τριάδος,
Ποίμνης ἡγεμονεύσας ὁμόφρονος, ἔνθεν ἀπῆλθον
Πλήρης καὶ χθονίων, κ' οὐρανίων ἐτέων.

ΞΒ'. Ἄλλο.

Γρηγόριος, τόδε θαῦμα, χάριν, καὶ Πνεύματος αἴγλην,
Ἐνθένδ' αἱρόμενος, ῥίψ' ἐπὶ παιδὶ φίλῳ.

ΞΓ'. Ἄλλο.

Τυτθὴ μάργαρός ἐστιν, ἀτὰρ λιθάκεσσιν ἀνάσσει·
Τυτθὴ καὶ Βηθλεὲμ, ἔμπα δὲ Χριστοφόρος.
Ὡς δ' ὀλίγην μὲν ἐγὼ ποίμνην λάχον, ἀλλὰ φερίστην,
Γρηγόριος. Τὴν σὺ, παῖ φίλε, λίσσομ', ἄγοις.

LIX. *Aliud* *.

Non ovis, deinde ovium prima, postea vero
Pastor, deinde pater et pastor pastorum,
Mortales immortalemque Deum magnum in unum colligens,
Jacet Gregorius Gregorii genitor.

LX. *Aliud* **.

Beatus, senectute bona, bonis filiis donatus, obii, pontificis mortuus sum
Pontifexque pater Gregorius. Quid amplius?
Non quidem in frugiferam vineam matutinus veni.
Attamen prioribus majorem mercedem habeo.

LXI. *Aliud* ***.

Gregorius, pastor egregius, et potiorem gregis partem
Christo cum educassem moribus dulcibus,
Non sanctæ radicis equidem ego germen, sanctissimi autem
Conjugii caput, et trium liberorum,
Gregem cum gubernassem unanimum, hinc abii
Plenus et terrestrium et cœlestium annorum.

1132-1133 LXII. *Aliud* ****.

Gregorius, id autem mirum, gratiam et Spiritus splendorem,
Hinc sublatus effudit in charum filium.

LXIII. *Aliud* *****.

Pusilla margarita est, sed gemmis imperat:
Parva et Bethlehem, attamen Christum tulit.
Ita ego parvum quidem sortitus sum gregem, sed optimum,
Gregorius. Hunc tu, dilecte fili, precor, regas.

* Scriptum an. 374.— Alias Murator. 75. ** Scriptum an. 374. — Alias Muratoc. 76. *** Scriptum an. 374. — Alias Murator. 77. **** Scriptum an. 374. — Alias Murator. 78. ***** Scriptum an. 374.— Alias Murator. 79.

LIX. 3 Ἀγείρων. Id est, adducens ad cultum Dei per hostias quas offerebat: διὰ τῶν τελουμένων μοι θυμάτων. Schol. 991.

LX. 1 Εὔπαις. Schol. 991 καλλίπαις, *pulchra prole parens.*

2 Τί πλέον; Schol. Τί τούτων μεῖζον; *Quid his majus?*

LXI. 1 Πλείονα. Reg. 991 πίονα, et sup. lin. κατ' εὐσέβειαν.

4 Τριάδος. Sup. lin. 991 τρίων.

6 Ἐτέων. Schol. 991 τῶν τε μενούσων (*sic*) ὁμοίως καὶ τῶν λυομένων.

LXII. Tit. Ἄλλο. Suspicatur Murat. hoc distichon Theologo non ascribendum, maxime cum illud Scholiastes prætermiserit.

METRICA VERSIO.

LIX. ALIUD.
(*A. B. Caillau interprete.*)

Non ovis, hinc ovium princeps, ac postea pastor,
Dein et pastorum duxque paterque gregis,
Mortales simul innectens Numenque perenne,
Gregorius jaceo, Gregorii genitor.

LX. ALIUD.
(*Eodem interprete.*)

Felici senio felix natisque subivi,
Mysta, pater mystæ, funera Gregorius.
Ad vineta quidem primo non mane cucurri,
Sed tamen in primis præmia magna fero.

LXI. ALIUD.
(*Eodem interprete.*)

Gregorius postquam formassem munere plures
Pastor oves sacro, moribus et placidis:
Non sanctæ germen radicis, sed caput idem
Sancti conjugii, triplicis et sobolis,
Unanimi grege directo, gravis inde recessi
His annis, quos dat terra polusque piis.

LXII. ALIUD.
(*Eodem interprete.*)

Dona Dei, Flamenque nitens, mirabile! fudit
In charam moriens Gregorius sobolem.

LXIII. ALIUD.
(*Eodem interprete.*)

Parvula gemma licet, lapidi tamen imperat omni:
Parva licet, Christum protulit et Bethlehem.
Sic mihi grex parvus, sed et optimus obtigit olim
Gregorio. Hunc, fili, tu, precor, usque regas.

ΞΔ'. Ἄλλο.

Ποιμενίην σύριγγα τεαῖς ἐνὶ χερσὶν ἔθηκα
Γρηγόριος· σὺ δέ μοι, τέκνον, ἐπισταμένως
Σημαίνειν, ζωῆς δὲ θύρας πετάσειας ἅπασιν,
Ἐς δὲ τάφον πατέρος ὥριος ἀντιάσαις.

ΞΕ'. Ἄλλο.

Στράψεν, ἐν οἷς τοπάροιθεν ἐν οὔρεϊ Χριστὸς ἀμεί-
[ψθη·
Στράψε δὲ Γρηγορίου τοῦ καθαροῖο νόῳ,
Ἦμος ὅτ' εἰδώλων ἔφυγε ζόφον· ὡς δὲ καθάρ-
[θη
Ἧσι θυηπολίαις, λαὸν ὃν εἰσέτ' ἄγει.

A

ΞΣ'. *Εἰς τὴν μητέρα ἐκ τοῦ θυσιαστηρίου προσληφθεῖσαν.*

Παντός σοι μύθοιο καὶ ἔργματος ἦεν ἔρεισμα
Ἥμαρ Κυριακόν· πένθεϊ πένθος ἅπαν,
Μῆτερ ἐμή, τίουσα, μόναις ὑπόεικες ἑορταῖς·
Εὐφροσύνης, ἀχέων ἴστορα νηὸν ἔχες.
Χῶρος ἅπας δάκρυσι τεοῖς σφραγίζετο, μῆτερ,
Μούνῳ δὲ σταυρῷ πήγνυτο καὶ δάκρυα.
Οὔ ποτε σεῖο τράπεζα θυηδόχος ἔδρακε νῶτα,
Οὐδὲ διὰ στομάτων ἦλθε βέβηλον ἔπος,
Οὐδὲ γέλως μαλακῇσιν ἐφίζανε, μύστι, παρειαῖς.
Σιγήσω κρυφίους σεῖο, μάκαιρα, πόνους.
Καὶ τὰ μὲν ἔνδοθι· τοῖα δὲ ἔκτοθι πᾶσι πέφανται.
Τοὔνεκα καὶ θείῳ σῶμ' ἀπέλειπες ἕδει.

LXIV. *Aliud*[*].

Pastoritium lituum tuis in manibus deposui
Gregorius. Tu vero, fili mi, scite
Imperâ, vitæque portas omnibus aperi,
In paternum autem sepulcrum maturus veni.

LXV. *Aliud*[**].

Refulsit olim Christus, cum in monte transfiguratus est:
Refulsit etiam puri Gregorii intellectui,
Tunc cum idolorum fugit noctem. Ex quo autem mundatus est
Suis sacrificiis, populum suum usque adhuc regit.

LXVI. *In matrem ex altari assumptam.*[***]

Omnis tibi verbi et operis firmamentum erat
Dies Dominicus. Luctu luctum omnem,
Mater mea, honorans, solis cedebas festis:
Lætitiæ et dolorum testem templum habebas.
Omnis locus tuis lacrymis signatus erat, mater,
Sola vero cruce configebantur et lacrymæ.
Nunquam mensa sacrificii tua vidit terga,
Neque per ora venit profanus sermo,
Neque risus mollibus insedit, o sacris initiata, genis.
Tacebo occultos tuos, o beata, labores.
Et hæc quidem intus. Quæ vero foris, omnibus manifesta sunt:
Quapropter et divino corpus reliquisti templo.

[* Scriptum an. 374. — Alias Murator. 80. ** Scriptum an. 374. — Alias Murator. 81. *** Scriptum an. 374. — Alias Murator. 82.

LXIV. 1 *Ποιμενίην*. Reg. Med. ποιμενικήν.
4 *Πατέρος*. Reg. 991 πατέρων. Mox *ὥριος*. Schol. 991 πλήρης ἔλθοις ἡμερῶν.

LXVI. Tit. *Εἰς τὴν μητέρα*. Nonna, quo nomine olim sanctimoniales appellabantur, uxor Gregorii, ipsi et omnibus liberis superstes præter Gregorium Nazianzenum, dum in templo oraret, improvisa morte correpta est anno 374. Græci et Latini v Aug. ejus festum celebrant.

2 *Πέντεϊ πένθος*. Nonnulla hic occurrunt, quæ ut cum Muratorio loquar, Delio natatore videntur indigere, atque in primis verba hæc πένθεϊ πένθος ἅπαν Sic ea intelligi posse conjicit vir doctus: « O mater mea, luctum omnem, hoc est, dies minime festos, sive dies jejunii luctu honorans, solis cedebas festis, id est, remittebas de luctu. Deinde gaudendi et flendi tempora e templo sumebas, sive omnibus diebus in templo orabas, tum diebus pœnitentiæ, tum etiam lætitiæ. »

9 *Μύστι*. *Sacris initiata;* forte diaconissa erat. Eam ob causam supra epitaph. 22, Gorgonium dicit μύστιδα, *sacris initiatam*, et epist. nunc 197, olim 95, Theosebiam Gregorii Nysseni sororem, τὴν ὄντως ἱερᾶν, *vere sacram*, appellat.

METRICA VERSIO.

LXIV. ALIUD.

(*A. B. Caillau interprete.*)

Ecce pedum moriens tibi pastorale remisi
Gregorius. Scita, tu rege, nate, manu,
Et vitæ cunctis felicia limina pande,
Maturusque veni tu patris in tumulum.

LXV. ALIUD.

(*Eodem interprete.*)

Mente olim Christus fulsit mutatus in alto;
Gregorii puro fulsit et ingenio,
Cum noctem erroris fugit: quo tempore sacris
Mundatus propriis, dirigit usque gregem.

B

LXVI. IN MATREM EX ALTARI ASSUMPTAM.

(*Eodem interprete.*)

Omnis erat verbi columen factique supremo
Sacra dies Domino. Mater honore colens
Luctum omnem luctu, cedebas non nisi festis;
Lætitiæ testes templa; doloris item.
Chara, tuis, mater, lacrymis loca cuncta madebant;
Crux tristes lacrymas sistere sola potens.
Mensa tuum nunquam vidit sanctissima tergum,
Nec sermo venit pura per ora malus,
Nec tumidis est visa genis proferre cachinnum.
Occultum, o felix, lingua tacebit opus.
Intus et illa quidem. Norunt extrinseca cuncti
Hinc tua delubro membra relicta Dei.

ΞΖ'. Ἄλλο.

Πῶς ἐλύθη Νόννης καλὰ γούνατα; πῶς δὲ μέμυκε
Χείλεα; πῶς ὄσσων οὐ προχέει λιβάδας;
Ἄλλοι δ' αὖ βοόωσι παρ' ἠρίον· ἥδε τράπεζα
Οὐκέτ' ἔχει καρποὺς τῆς μεγάλης παλάμης.
Χῶρος δ' ἐστὶν ἔρημος ἀγνοῦ ποδός· οἱ δ' ἱε-
[ρῆες
Οὐκέτ' ἐπὶ τρομερὴν κρατὶ βαλοῦσι χέρα.
Χῆραι δ' ὀρφανικοί τε, τί ῥέξετε; Παρθενίη δὲ,
Καὶ γάμος εὐζυγέων κέρσατ' ἄπο πλοκάμους.
Ἦστιν ἀγαλλομένη, κάρτος φέρε πάντα χαμάζε,
Τῆμος ὅτ' ἐν νηῷ ῥικνὸν ἀφῆκε δέμας.

A

ΞΗ'. Ἄλλο.

Σάῤῥα σοφὴ τίουσα φίλον πόσιν· ἀλλὰ σὺ, μῆτερ,
Πρῶτα Χριστιανὸν, εἶθ' ἱερῆα μέγαν
Σὸν πόσιν ἐσθλὸν ἔθηκας, ἀπόπροθι φωτὸς ἐόντα.
Ἄννα, σὺ δ' υἷα φίλον καὶ τέκες εὐξαμένη,
Καὶ νηῷ μὲν ἔδωκας ἁγνὸν θεράποντα Σαμουήλ·
Ἡ δ' ἑτέρη κόλποις Χριστὸν ἔδεκτο μέγαν·
Νόννα δ' ἀμφοτέρων ἔλαχε κλέος. Ὑστάτιον δὲ
Νηῷ λισσομένη, πάρθετο σῶμα φίλον.

ΞΘ'. Ἄλλο.

Ἐμπεδόκλεις, σὲ μὲν αὐτίκ' ἐτώσια φυσιόωντα,
Καὶ βροτὸν Αἰτναίοιο πυρὸς κρατῆρες ἔδειξαν.

1134-1135 LXVII. *Aliud'*

Qui soluta sunt Nonnæ bona genua? qui clausa
Ejus labia? qui ex oculis non fundit lacrymas?
Alii autem clamant circa tumulum: hæc mensa
Non amplius habet fructus magnæ dexteræ.
Locus iste vacuus est casto pede; hi vero sacerdotes
Non amplius tremulam ejus capiti admovent manum.
Viduæ autem, et orphani, quid facietis? Virginitas quoque
Et nuptiæ proborum conjugum comas totondcrunt.
His ornata erat; sed fortiter omnia in terram tulit,
Tunc, cum in templo rugosum reliquit corpus.

LXVIII. *Aliud''*.

Sara sapiens dilectum coluit sponsum; sed tu, mater,
Primo Christianum, deinde sacerdotem magnum
Tuum sponsum bonum effecisti, cum longe esset a lumine
Anna, tu filium dilectum et peperisti per preces,
Et templo cum dedisti purum famulum Samuelem.
Altera vero sinu suo magnum Christum complexa est:
Nonna autem utriusque sortita est decus. Postremo autem
Templo orans dilectum corpus deposuit.

LXIX. *Aliud'''*.

Empedocles, te quidem improviso frustra superbientem
Et mortalem Ætnæi ignis crateres ostenderunt.

' Scriptum an. 371. — Alias Murator. 83. '' Scriptum an. 371. — Alias Murator. 84. ''' Scriptum an. 374. — Alias Murator. 85.

LXVII. 1 *Πῶς ἐλύθη*. Genibus flexis obiit Nonna in templo.

2 *Προχέει*. Reg. Med. προχέεις.

3 *Ἥδε τράπεζα. Mensa ista*, altare oblationibus Nonnæ non jam amplius onustum.

9 *Κάρτος*. Non vertit Muratorius, neque enim intellexit quis sit in hoc loco hujus verbi usus. Forte κρατερῶς.

LXVIII. 4 *Ἄννα*. Vid. I Reg. I.

6 *Ἡ δ' ἑτέρη*. Altera Anna prophetissa, Phanuelis filia, quæ non discedebat de templo. Luc. II, 36.

LXIX. 1 *Ἐμπεδόκλεις*, etc. Empedocles, ut pro Deo haberetur, in Ætnæ caminum se præcipitem dedit, ne quod corporis vestigium superesset. Verum ferreæ illius crepidæ per flammam rejectæ, dementis philosophi fraudem prodidere. Vide lib. II, sect. 2, carm. VII, vers. 281.

METRICA VERSIO.

LXVII. ALIUD.

(*A. B. Caillau interprete.*)

Qui Nonnæ genibus tacuerunt labra solutis?
Qui non jam lacrymis lumina sicca madent?
Exoritur clamor tumulo: Mensa ergo verenda
Non habet angustæ munera sacra manus.
Iste locus castis pedibus vacat. Ergo sacerdos
Non dextram ponet subtremulam capiti?
Heu! quid agent viduæ? quid et orphanus? Ecce
[totondit
Virginitas crines conjugiumque probum.
His ornata: tulit sed fortiter omnia terræ,
Cum templo liquit membra caduca sacro.

B

LXVIII. ALIUD.

(*Eodem interprete.*)

Sponsum olim coluit dilectum Sarra: maritum
Christi ex discipulo, postea pontificem
Tu, pia, fecisti, mater, cum lumen abesset.
Natum per sanctas edidit, Anna, tuus
Venter; dextra pium Samuelem vovit ad aras.
Altera sed Christum fovit et Anna sinu.
Nonna sed ambarum tenuit decus. Ipsa sed orans
Membra sacro tandem liquit amata loco.

LXIX. ALIUD.

(*Eodem interprete.*)

Igniferæ, Empedocles, subito te vana tumentem
Mortalemque Ætnæ demonstravere cavernæ.

Νόννα δ' οὐ κρατῆρας ἐσήλατο· καὶ δὲ τραπέζῃ
Τῇδέ ποτ' εὐχομένη, καθαρὸν θύος, ἔνθεν ἀέρθη,
Καὶ νῦν θηλυτέρῃσι μεταπρέπει εὐσεβέεσσι
Σουσάννῃ, Μαριάμ τε καὶ Ἄνναις, ἔρμα γυναικῶν.

Ο'. *Ἄλλο.*

Ἡράκλες, Ἐμπεδότιμε, Τροφώνιε, λήξατε μύθων,
Καὶ σύ γ' Ἀριστα ίου κενεαυχέος ἄφρὺς ἄπιστε·
Ὑμεῖς μὲν θνητοὶ, καὶ οὐ μάκαρες παθέεσσιν.
Θυμῷ δ' ἄρρενι Νόννα βίου τιμήξασα κέλευθον,
Χριστοφόρος, σταυροῖο λάτρις, κόσμοιο περίφρων,
Ἤλατ' ἐπουρανίην εἰς ἄντυγα, ὡς ποθέεσκεν,
Τρὶς μάκαρ ἐν νηῷ σῶμ' ἀποδυσαμένη.

A

ΟΑ'. *Ἄλλο.*

Γρηγόριον βοόωσα παρ' ἀνθεκόμοισιν ἀλωαῖς
Ἤντεο, μῆτερ ἐμή, ξείνης ἄπο νισσομένοισιν,
Χεῖρας ἀμπετάσασα φίλας τεκέεσσι φίλοισι,
Γρηγόριον βοόωσα. Τὸ δ' ἔρρεεν αἷμα τεκούσης
Ἀμφοτέροις ἐπὶ παισὶ, μάλιστα δὲ θρέμματι θηλῆς.
Τοὔνεκα καὶ σὲ τόσοις ἐπιγράμμασι, μῆτερ, ἔτισα.

ΟΒ'. *Ἄλλο.*

Τέκνον ἐμῆς θηλῆς, ἱερὸν θάλος, ὥς σε ποθοῦσα
Οἴχομαι εἰς ζωὴν, Γρηγόρι', οὐρανίην.
Καὶ γὰρ πόλλ' ἐμόγησας ἐμὸν κομέων πατέρος τε
Γῆρας, ἃ καὶ Χριστοῦ βίβλος ἔχει μεγάλη.

Nonna vero crateres non insiluit : sed ad altare
Hoc olim orans, pura hostia, hinc sublata est,
Et nunc excellit inter pias mulieres
Susannam, Mariam et Annas, columen mulierum.

LXX. *Aliud*'.

Hercules, Empedotime, Trophonie, temperate fabulis,
Et tu, Aristæi vana jactantis supercilium infidum :
Vos quidem mortales et nequaquam beati ob animi morbos.
Masculo autem animo Nonna vitæ secans viam,
1136 1137 Christifera, crucis cultrix, mundi contemptrix,
Instituit cœlestem in currum, ut desiderabat,
Ter beata in templo corpore exuta.

LXXI. *Aliud*''.

Gregorium inclamans per floribus ornatas vineas
Occurrebas, mater mea, peregre venientibus,
Manus extendens dilectas dilectis filiis,
Gregorium inclamans. Fluxit autem sanguis matris
Super utrumque filium, et maxime vero super alumnum uberis.
Idcirco te his quoque carminibus, mater, decoravi.

LXXII. *Aliud*'''.

Fili mei uberis, sacrum germen, quantum te desiderans
Abeo in vitam, Gregori, cœlestem.
Etenim multa tolerasti, meam curans patrisque
Senectutem, quæ et Christi magnus liber habet.

' Scriptum an. 374. — Alias Murator. 86. '' Scriptum an. 374. — Alias Murator. 87. ''' Scriptum an. 374. — Alias Murator. 88.

LXX. 1 *Μύθων*. Male μύθους ap. Muratorium. Secundum casum more Græco posuit etiam Horatius II, od. 9, 17, *desine mollium querelarum*. — Mai not. *ad Cosmam in hunc locum, infra.*

2 *Ἐμπεδότιμε*, etc. Hi veteratores, quo dii haberentur, atque in cœlum rapti existimarentur, in altissimos specus sese receperunt, ibique fame periere. De his alibi mentionem facit Gregorius in orat. prima *ad Julianum imperatorem*, et in carm. mox citato, vers. 286.

LXXI. 4 *Βοόωσα*. Conjicit Muratorius Gregorium narrare somnium aliquod, quo sibi visus est matrem intueri filios ad cœlum invitantem. Addit vir doctus forsitan etiam hic mendum aliquod latere.

5 *Θρέμματι*. Id est, quem ubere nutrivisti. Vide infra carm. LXXII, vers. 1.

LXXII. 1 *Τέκνον ἐμῆς θηλῆς*, id est, *quem lactavi*. Unum fortasse Gregorium, inquit Muratorius, lacte suo paverat Nonna : Gorgonium vero et Cæsarium nutricibus lactandos dederat.

METRICA VERSIO.

Nonna ignes non insiluit. Dum fundit ad aras,
Hostia pura, preces, exhine sublata recessit,
Nunc que pias inter mulieres eminet, Annas,
Susannam, Mariam, mulierum firma columna.

LXX. ALIUD.

(*A. B. Caillau interprete.*)

Hercules, Empedotime, Trophoni, parcite mythis,
Tu quoque Aristæi fastus malefide superbi :
Vos homines certe, fœda nec mente beati.
Fortis Nonna secans generoso tramite vitam,
Christo plena, crucis cultrix, mundanaque spernens,
Insiluit currum cœlestem, ut vota ferebant,
Laquit et in templo membra beata sacro.

B

LXXI. ALIUD.

(*Eodem interprete.*)

Gregorium inclamans per splendida floribus arva
Obvia tu, mater, peregre venientibus ibas,
Dilecta extendens dilectis brachia natis,
Gregorium inclamans. Fluxit parientis utramque
In soboiem sanguis, præsertim in lactis alumnum :
Hinc te funereo decoravi carmine, mater.

LXXII. ALIUD.

(*Eodem interprete.*)

Quantum te cupiens, sacer o flos, lactis alumne,
Ingredior vitam, Gregori, in ætheream.
Namque meam curans tolerasti plura senectam,
Et patris, Christi quæ liber æquus habet.

A

Ἀλλὰ, φίλος, τοκέεσσιν ἑφέσπεο, καί σε τάχιστα
Δεξόμεθ' ἡμετέροις φάεσι προφρονέως.

ΟΓ'. Ἄλλο.

Ἄλλη μὲν κλεινή τις ἐν οἰκιδίοισι πόνοισιν,
Ἄλλη δ' ἐκ χαρίτων, ἠδὲ σοφροσύνης·
Ἄλλη δ' εὐσεβίης ἔργοις καὶ σαρκὸς ἀνίαις,
Δάκρυσιν, εὐχωλαῖς, γερσὶ πενητοκόμοις.
Νόννα δ' ἐν πάντεσσιν ἀοίδιμος. Εἰ δὲ τελευτὴν
Τοῦτο θέμις καλέειν, κάτθανεν εὐχομένη.

ΟΔ'. Ἄλλο.

Νόνναν ἐπουρανίοισιν ἀγαλλομένην φαέεσσιν,
Καὶ ῥίζης ἱερῆς πτόρθον ἀειθαλέα,
Γρηγορίου ἱερῆς ὁμόζυγα, καὶ προπίδεσσιν,
Εὐαγέων τεκέων μητέρα τύμβος ἔχω.

B

ΟΕ'. Ἄλλο.

Εὐχαί τε στοναχαί τε φίλαι καὶ νύκτες ἄϋπνοι,
Καὶ νηοῖο πέδον δάκρυσι δευόμενον,
Σοὶ, Νόννα ζαθέη, τοίην βιότοιο τελευτὴν
Ὤπασαν, ἐν νηῷ ψῆφον ἑλεῖν θανάτου.

ΟΤ'. Ἄλλο.

Ψυχὴ μὲν πτερόεσσα πρὸς οὐρανὸν ἦλυθε Νόννης,
Σῶμα δ' ἄρ' ἐκ νηοῦ μάρτυσι παρθέμεθα.
Μάρτυρες ἀλλ' ὑπόδεχθε θύος μέγα, τὴν πολύμοχθον
Σάρκα, καὶ ὑμετέροις αἵμασιν ἐσπομένην·
Αἵμασιν ὑμετέροισιν, ἐπεὶ ψυχῶν ὀλετῆρος
Δηναιοῖσι πόνοις κάρτος ἔπαυσε μέγα.
Οὐ μόσχων θυσίην σκιοειδέα, οὐδὲ χιμάρρων,
Οὐδὲ πρωτοτόκων Νόνν' ἀνέθηκε Θεῷ·

5 Verum, dilecte, parentes sequere, et te statim
Excipiemus in lucem nostram libentissime.

LXXIII. *Aliud* *.

Alia quidem celebris domesticis laboribus,
Alia gratiis et sapientia;
Alia pietatis operibus et carnis doloribus,
Lacrymis, precibus, larga in pauperes manu.
Nonna autem omnibus inclyta. Si autem mortem
Hoc fas est appellare, obiit oraus.

LXXIV. *Aliud* **.

Nonnam cœlestibus exsultantem luminibus,
Et radicis sacræ germen semper virens,
Gregorii præsulis conjugem, et comparem mente,
Sanctæ prolis matrem tumulus habeo.

LXXV. *Aliud* ***.

Preces, et chari gemitus, et noctes pervigiles,
Et templi solum lacrymis irriguum,
1138-1139 Tibi, Nonna divina, talem vitæ finem
Præhuerunt, in templo mortis subire sententiam.

LXXVI. *Aliud* ****.

Mens quidem Nonnæ evolans in cœlum ascendit:
Corpus autem e templo martyribus apponimus.
Martyres, igitur suscipite hostiam præclaram, multum fatigatum
Corpus, et vestro sanguini sociatum;
Sanguini vestro, inquam, siquidem animarum perditoris
Perpetuis laboribus magnas vires repressit.
Non vitulorum victimam umbraticam, non hircorum,
Neque primogenitorum Nonna obtulit Deo:

* Scriptum an. 374. — Alias Murator. 89. ** Scriptum an. 374. — Alias Murator. 90. *** Scriptum an. 374. — Alias Murator. 91. **** Scriptum an. 374. — Alias Murator. 92.

METRICA VERSIO.

Tu vero, dulces sequere, o dilecte, parentes,
Nostraque te subito gloria suscipiet.

LXXIII. ALIUD.

(*A. B. Caillau interprete.*)

Ecce domus aliam celebrem fecere labores,
Gratia tunc aliam, claraque vis sophiæ:
Hanc sacrum pietatis opus, carnisque dolores,
Fletus, atque preces, largaque dando manus.
Nonna sed in cunctis fuit inclyta. Dicere mortem
Talia si fas est, Nonna precans obiit.

LXXIV. ALIUD.

(*Eodem interprete.*)

Cœlesti Nonnam exsultantem lumine, necnon
Radicis sacræ germen adusque virens,
Gregorii uxorem mystæ, mentisque sequacem,
Sancta cui proles, nunc habeo tumulus.

LXXV. ALIUD.

(*Eodem interprete.*)

En chari gemitus vigili sub nocte, precesque,
Atque solum templi fletibus irriguum,
Hunc fragilis finem vitæ, divina, dederunt,
Nonna, tibi, in templo jura subire necis.

LXXVI. ALIUD.

(*Eodem interprete.*)

Mens Nonnæ, inde volans cœlum consecendit, et ar-
Jungimus a templi limine martyribus. [tus
Hostia clara datur: corpus, pia, suscipe, turba,
Exhaustum, fusi sanguinis et socium:
Sanguinis, hoc verum est, socium, vim iramque ma-
[lignam
Serpentis domuit nisibus assiduis.
Non vanam vitulos umbram, non obtulit hircos
Nonna, nec ex utero munera prima Deo.

Ταῦτα νόμοις προτέροισιν, ὅτ' εἰκόνες. Ἠδ' ἄρ' ἑαυτὴν
Δῶκεν ὅλῳ βιότῳ, μάνθανε, καὶ θανάτῳ.

ΟΖ'. Ἄλλο.

Ἄλλοις μὲν Νόννης τις ἀγνῶν ἐσθλοῖσιν ἐρίζοι,
Εὐχωλῆς δὲ μέτροισιν ἐριζέμεν οὐ θέμις ἐστίν,
Τέκμαρ καὶ βιότοιο τέλος λιτῇσι λυθέντος.
Ὢ στοναχῶν δακρύων τε καὶ ἐννυχίων μελεδωνῶν!
Ὢ Νόννης ζαθέης τετρυμμένα γυῖα πόνοισι!
Ποῦ ποτ' ἦεν, νηὸς μόχθων λύσε γῆρας ἄκαμπτον.

ΟΗ'. Ἄλλο.

Εὐχομένη, βοόωσα παρ' ἀγνοτάτῃσι τραπέζαις
Νόννα λύθη· φωνὴ δ' ἐδέθη, καὶ χείλεα καλὰ
Γηραλέης. Τί τὸ θαῦμα; Θεὸς θέλεν ὑμνήτειραν

Γλῶσσαν ἐπ' εὐφήμοισι λόγοις κληΐδα βαλέσθαι.
Καὶ νῦν οὐρανόθεν μέγ' ἐπεύχεται ἡμετέροισιν
Εὐχωλαῖς, καὶ πόντον ἐκοίμισε Νόννα θεουδὴς
Οἷς τεκέεσσι φίλοις· καὶ ἐκ περάτων συνάγειρεν
Ἀντολίης δύσιός τε μεγακλέας, οὐ δοκέοντας,
Μητρὸς ἔρως, νοῦσόν τε πικρὴν ἀποέργαθεν ἀνδρός.
Λισσομένη, τόδε θαῦμα, λίπεν βίον ἔνδοθι νηοῦ.

ΟΘ'. Ἄλλο.

Πῶς θάνεν, ἢ περίβωτον ἐμῆς τέλος ἔπλετο μητρός;
Εὐχομένης ψυχὴ πρὸς Θεὸν ἦλατ' ἄνω.

Π'. Ἄλλο.

Ἔνθα ποτ' εὐχομένης ψυχὴ δέμας ἔλλιπε Νόννης·
Ἔνθεν ἀνηέρθη Νόννα λιποῦσα δέμας.

Hæc sub priore lege quando obtinebant figuræ. Hæc autem seipsam
10 Dedit tota vita, disce, et morte.

LXXVII. *Aliud* *.

Cum Nonna probus aliquis de aliis virtutibus certet,
Orationum autem ejus mensuram æmulari fas non est,
Quippe quæ metam et vitæ finem inter preces sortita est.
O suspiria, et lacrymæ, et nocturnæ curæ!
5 O Nonnæ divinæ attrita laboribus membra!
Ubi tunc erat, templum solvit senectutem laboris invictam.

LXXVIII. *Aliud* **.

Orans, exclamans ad sacratissimas mensas
Nonna dissoluta est; vox devincta est, et honesta labia
Grandævæ. Quid hoc mirum? voluit Deus hymnorum cantatricem
Linguam sanctis sermonibus claudere.
5 Et nunc in cœlo multum illa orat pro nostris
Precibus, et pontum sedavit Nonna pia
Suis dilectis liberis: eos congregavit e finibus
Orientis et Occidentis fama celebres, nihil tale exspectantes,
Matris amor, morbumque amarum avertit a conjuge.
10 Orans, id autem mirum, vitam reliquit intra templum.

LXXIX. *Aliud* ***.

Quomodo obiit, aut celebris meæ matris exitus est expletus?
Orantis anima ad Deum avolavit sursum.

1140-1141 LXXX. *Aliud* ****.

Hic olim orantis Nonnæ anima corpus deseruit:
Hinc sublata est Nonna relinquens corpus.

* Scriptum an. 374. — Alias Murator. 93. ** Scriptum an. 374. — Alias Murator. 94. *** Scriptum an. 374. — Alias Murator. 95. **** Scriptum an. 374. — Alias Murator. 96.

LXXVII 4 Ἄλλοις. Ita legimus cum Muratorio pro ἄλλος, quod habent mss., ut sit sensus.

LXXVIII. 6 *Ἱόντος*, etc. In carm. *De Vita sua*, vers. 135, etc., et in orat. funebri *in laudem patris*, tom. I, pag. 351, num. 31, narrat Gregorius se gravi tempestate jactatum, cum Athenas navi peteret, et precibus matris se liberatum et tempestatem sedatam agnoscit.

10 Λισσομένη. Sic legendum putat Muratorius, nisi forte legatur, λισσομένης λίπεν βίος, *vita precantem reliquit*. Mss. λισαμένης.

METRICA VERSIO.

Talia sub veteri viguerunt lege figuræ:
Hæc se viva dedit, se dedit et moriens.

LXXVII. ALIUD.

(*A. B. Caillau interprete.*)

Sit qui cum Nonna sanctus bona certet agendo;
Prolixæ vero nullus precis æmulus adsit:
Nam finem est vitæque metam sortita precando.
O vigiles noctis curæ, suspiria, fletus!
O Nonnæ sacro deperdita membra labore!
Templum, ubi nunc aderat, senium venerabile solvit.

LXXVIII. ALIUD.

(*Eodem interprete.*)

Inclamans precibus sacræ mysteria mensæ,
Nonna hen! defecit. Siluit vox, vinctaque labra
Grandævæ. Quid in hoc mirum? divina canentis
Ora sacris voluit Numen præcludere verbis.
Pro nostris et nunc precibus multum orat olympo,
Et charis tumidum natis compescuit æquor.
Hos fama celebres longe revocavit ab ortu
Deceasuque, nihil sperantes tale, parentis
Dulcis amor: morbumque viri sanavit acerbum.
Liquit at in templo vitam, hæc quam mira! precando.

LXXIX. ALIUD.

(*Eodem interprete.*)

Quo defuncta modo? claræ quæ funera matris
Orantis petiit mens resoluta Deum.

LXXX. ALIUD.

(*Eodem interprete.*)

Hic olim Nonnæ orantis mens exuit artus,
Artubus hinc cœlum libera Nonna petit

ΠΑ'. Ἄλλο.

Πολλάκις ἐκ με νόσων τε καὶ ἀργαλέων ὀρυμαγδῶν
Σεισμῶν τε κρυερῶν, καὶ ἄγρια κυμαίνοντος
Οἴδματος ἐξεσάωσας, ἐπεὶ Θεὸν ἵλαον εἶχες.
Ἀλλὰ σάω καὶ νῦν με, πάτερ, μεγάλῃσι λιτῇσι,
5 Καὶ σὺ, τεκοῦσα μάκαιρα, ἐν εὐχωλῇσι θανοῦσα.

ΠΒ'. Ἄλλο.

Νόννα, σοὶ φωνὴ περιλείπετο, Νόννα φαεινὴ,
Πάντ' ἀμυδὶς ληνοῖς ἐνθεμένη μεγάλοις,
Ἐκ καθαρῆς κραδίης ἀγνὸν θύος. Ἀλλ' ἄρα καὶ τὴν
Ὑστατίην νηῷ λεῖπες ἀειρομένη.

ΠΓ'. Ἄλλο.

Οὐδ' ἔθανεν νηοῖο θυώδεος ἔκτοθι Νόννα.

A Φωνὴν δὲ προτέρην ἥρπασε Χριστὸς ἄναξ
Λισσομένης· πόθεεν γὰρ ἐν εὐχωλῇσι τελέσσαι
Τόνδε βίον, πάσης ἁγνότερον θυσίης.

ΠΔ'. Ἄλλο.

Νόννη Ἰερὴ, σὺ δὲ πάντα Θεῷ βίον ἀντείνασα,
Ὑστάτιον ψυχὴν δῶκας ἁγνὴν θυσίην.
Τῇδε γὰρ εὐχομένη ζωὴν λίπες· ἡ δὲ τράπεζα,
Μῆτερ ἐμὴ, τῷ σῷ δῶκε κλέος θανάτῳ.
5 Τῇσδε πατὴρ μὲν ἐμὸς λάτρις μέγας ἦε τραπέζης;
Μήτηρ δ' εὐχομένη πὰρ πόσι λῆξε βίου.

ΠΕ'. Ἄλλο.

Γρηγόριος Νόννα τε μεγακλέες, εὔχομ' Ἄνακτι
Τοίην μοι ζωὴν καὶ τέλος ἀντιόσαι.

LXXXI. *Aliud* *.

Sæpe me ex morbis, et gravibus turbis,
Motibusque terræ horribilibus, et immane undantibus
Procellis liberasti, quoniam Deum placasti.
Sed et nunc salva me, pater, magnis precibus,
5 Et tu, genitrix beata, inter preces mortua.

LXXXII. *Aliud* **.

Nonna, tibi vox supererat, Nonna inclyta,
Omnia promiscue foecularibus imponens magnis,
E puro corde puram hostiam. Verum tandem et hanc
Extremam in templo reliquisti, inde sublata.

LXXXIII. *Aliud* ***.

Non obiit extra redolens odore templum Nonna;
Vocem vero prius rapuit Christus rex
Orantis: optabat enim, inter preces finire
Hanc vitam, omni puriorem sacrificio.

LXXXIV. *Aliud* ****.

Nonna religiosa, tu cum totam Deo vitam obtulisses,
Tandem animam dedisti puram hostiam.
Hic autem orans, vitam reliquisti. Illa vero mensa,
Mater mea, tuæ dedit gloriam morti.
5 Hujus sacræ mensæ pater quidem meus magnus cultor fuit,
Mater vero orans apud conjugem vivere desiit.

LXXXV. *Aliud* *****.

Gregorius et Nonna celebres, precor Deum,
Ut talis mihi vita et mors contingant.

* Scriptum an. 374. — Alias Murator. 97. ** Scriptum an. 374. — Alias Murator. 98. *** Scriptum an. 374. — Alias Murator. 99. **** Scriptum an. 374. — Alias Murator. 100. ***** Scriptum an. 374. — Alias Murator. 101.

LXXXIV. 5 *Τῇσδε*, etc. Censet Muratorius duos istos postremos versus a superioribus sejungendos. Mallem duos sequentes addere.

METRICA VERSIO.

LXXXI. ALIUD.

(*A. B. Caillau interprete.*)

Me sæpe ex morbis gravibusque tumultibus olim,
Motibus et terræ, sævisque immane procellis
Salvasti, placidum quoniam tu Numen habebas.
Sed me nunc precibus salva, pater inclyte, magnis,
Tuque, beata parens, sancte defuncta precando.

LXXXII. ALIUD.

(*Eodem interprete.*)

En vox sola tibi super, inclyta Nonna, manebat,
Dum ponis prælis cætera sidereis,
Puri animi purum munus. Sed et ultima fugit
In templo, cum te sustulit inde Deus.

LXXXIII. ALIUD.

(*Eodem interprete.*)

Non extra redolens obiit Nonna inclyta templum,

B Sed vox a Christo principe rapta prius
Orantis: namque optabat finire precando
Vitam, qua nulla est hostia pura magis.

LXXXIV. ALIUD.

(*Eodem interprete.*)

Cum totam Domino vitam, pia Nonna, dedisses,
Mens quoque nunc tandem victima pura data est.
Hic orans vitam posuisti, Mater, honorem
Mensa tuæ clarum contulit illa neci.
Mensæ hujus cultor quondam pater exstitit: oran-
Desiit at mater vivere, juncta viro.

LXXXV. ALIUD.

(*Eodem interprete.*)

Gregorius celeber cum Nonna: te, Deus, oro,
Talis vita mihi, sit mihi mors similis.

ΠΖ'. Ἄλλο.

Πολλὰ, τράπεζα φίλη, Νόννης, καὶ δάκρυ' ἐδέξω·
Δέχνυσο καὶ ψυχὴν τὴν πυμάτην Θυσίην.
Εἶπε, καὶ ἐκ μελέων κέαρ ἔπτατο, ἓν δ' ἄρα μοῦνον
Παῖδ' ἐπόθει τεκέων τὸν ἔτι λειπόμενον.

ΠΗ'. Ἄλλο.

Ἔνθα ποτ' εὐχομένης τόσσον νόος ἔπτατο Νόννης,
Μέσφ' ὅτε καὶ ψυχὴ ἕσπετ' ἀειρομένῳ.
Εὐχομένη δὲ νέκυς ἱερῇ παρέκειτο τραπέζῃ.
Γράψατ' ἐπερχομένοις θαῦμα τόδ', εὐσεβέες.

ΠΘ'. Ἄλλο.

Τίς θάνεν, ὡς θάνε Νόννα, παρ' εὐαγέεσσι τραπέζαις,
Ἁ Τῶν ἱερῶν σανίδων χερσὶν ἐφαπτομένη;
Τίς λύσεν εὐχομένης Νόννης τύπον; ὡς ἀπιδηρὸν
Ἤθελεν ἔνθα μένειν, καὶ νέκυς εὐσεβέων.

Ἄλλο.

Ἔνθα ποτ' εὐχομένῃ Νόννῃ Θεὸς εἶπεν ἄνωθεν·
Ἔρχεο. Ἡ δ' ἐλύθη σώματος ἀσπασίως.
Χειρῶν ἀμφοτέρων, τῇ μὲν κατέχουσα τράπεζαν
Τῇ δ' ἐπιλισσομένη· Ἴλαθι, Χριστὲ ἄναξ.

Ἄλλο.

Σάῤῥα φίλη, πῶς τὸν σὸν Ἰσαὰκ λίπες, ἡ ποθέουσα
Τῶν Ἀβραὰμ κόλπων, ὡς τάχος, ἀντιάσαι,
Νόννα Γρηγορίοιο Θεόφρονος; Ἦ μέγα θαῦμα
Μηδὲ θανεῖν νηοῦ ἔκτοθι καὶ θυέων.

1142-1143 LXXXVI. *Aliud* *.

Plurima, pia mensa, Nonnæ, et lacrymas tulisti,
Excipe et animam extremam hostiam.
Dixit, et e membris cor avolavit; unum autem solum
Filium desiderabat e reliquis liberis adhuc superstitem.

LXXXVII. *Aliud* **.

Hic olim orantis Nonnæ spiritus tanto impetu avolavit,
Ut et vita secuta sit spiritum avolantem.
Orans autem mortua ante sacram jacebat mensam.
Scribite posteris rem miram, viri pii.

LXXXVIII. *Aliud* ***.

Quis mortuus est, ut mortua est Nonna, prope sanctam mensam,
Sacras tabulas manibus contingens?
Quis orantis Nonnæ formam dissolvit? perinde ac diu
Voluerit hic manere, et mortua pietati vacare.

LXXXIX. *Aliud* ****.

Hic aliquando oranti Nonnæ Deus e cœlo dixit:
Veni. Illa autem soluta est corpore libenter.
Ambarum manuum altera quidem tenens mensam,
Altera opem implorans: Propitius sis, Christe rex.

XC. *Aliud* *****.

Dilecta Sara, quomodo tuum Isaac reliquisti, cupiens
In Abrahæ sinum quam citissime deferri,
Nonna Gregorii sacerdotis? Certe magnum prodigium,
Ne quidem mori extra templum et sacra.

* Scriptum an. 374. — Alias Murator. 102. ** Scriptum an. 374. — Alias Murator. 103. *** Scriptum an. 374.—Alias Murator. 104. **** Scriptum an. 374.—Alias Murator. 105. ***** Scriptum an. 374.—Alias Murator. 106.

LXXXVIII. 4 *Εὐσεβέων*. Forte εὐσεβεῖν.

XC. 4 *Θυέων*. Hic istud epigramma in duo non male dividi posse Muratorio videtur. Mox *μόγις μέν*. Putat Salvinius legi posse μογεύσασα, vel quid simile.

METRICA VERSIO.

LXXXVI. ALIUD.

A. B. Caillau interprete.)

Plurima, cum lacrymis Nonnæ, pia mensa, tulisti;
Extremum munus, suscipias animam.
Dixit, et e membris fugit cor: nil nisi solum
Curabat natum, qui super unus erat.

LXXXVII. ALIUD.

(*Eodem interprete.*)

Hic Nonnæ orantis tanto mens impete fugit,
Ut mentem fuerit vita secuta cito.
Orans ante sacram mensam defuncta jacebat.
Mirum hoc venturis scribite, sancta cohors.

LXXXVIII. ALIUD.

(*Eodem interprete.*)

Sacratam quis, Nonna velut, defecit ad aram,
B Contingens sanctas cum manibus tabulas?
Quis formam orantis solvit? Voluitne manere,
Inque ipsa votis morte vacare piis?

LXXXIX. ALIUD.

(*Eodem interprete.*)

Hic Deus oranti clamavit ab æthere Nonnæ:
Adsis. Est membris illa soluta libens.
Sacratæ hærebat mensæ manus una; petebat
Altera præsidium: Sis mihi, Christe, favens.

XC. ALIUD.

(*Eodem interprete.*)

Isaacum, dilecta, tuum liquisti quomodo, Sarra,
Inferri cupiens Abrahami gremio,
Gregorii mystæ conjux, o Nonna: stupendum
Non extra templum, vel pia sacra mori.

5 Μάρτυρες ἴλήκοιτε, μόγις μὲν, οὔτι χερείων
Νόννα φίλη, κρυπτῷ κἀμφαδίῳ πολέμῳ,
Τοὔνεκα καὶ τοίην κύρσεν βιότοιο τελευτὴν,
Εὐχῆς καὶ ζωῆς ἓν τέλος εὑρομένη.

ΚΑ'. *Aliud.*

Ῥίζης εὐσεβέος γενόμην, καὶ σὰρξ ἱερῆος,
Καὶ μήτηρ. Χριστῷ σῶμα, βίον, δάκρυα,
Πάντ' ἐκένωσα φέρουσα. Τὸ δ' ἔσχατον ἔνθεν ἀέρθην,
Νηῷ γηραλέον Νόννα λιποῦσα δέμας.

ΚΒ'. *Aliud.*

Πίστις Ἐνὼχ μετέθηκε, καὶ Ἠλίαν· ἐν δὲ γυναιξὶ
Μητέρ' ἐμὴν πρώτην· οἶδε τράπεζα τόδε,

A Ἔνθεν ἀναιμάκτῃσιν ὁμοῦ θυέεσσιν ἀέρθη
Εἰσέτι λισσομένη σώματι, Νόννα φίλη.

ΚΓ'. *Aliud.*

Οὐ νόσος, οὐδέ σε γῆρας ὁμοῖον, οὔ σέ γ' ἀνίη
Καίπερ γηραλέην, μῆτερ ἐμὴ, δάμασεν·
Ἀλλ' Ἄτρωτος, ἄκαμπτος, ἀγνῆς ὑπὸ ποσσὶ τραπέζης,
Εὐχομένη, Χριστῷ, Νόννη, ἀπέδωκας ὄπα.

ΚΔ'. *Aliud.*

Δῶκε Θεῷ θυσίην Ἀβραὰμ πάϊν, ὡς δὲ θύγατρα
Κλεινὸς Ἰεφθάε, ἀμφότεροι μεγάλην.
Μῆτερ ἐμὴ, σὺ δ' ἔδωκας ἀγνὸν βίον, ὑστάτιον δὲ
Ψυχὴν εὐχωλῆς, Νόννα, φίλον σφάγιον.

5 Martyres, parcite; ægre quidem dicam: non inferior vobis
Nonna dilecta occulto et aperto bello.
Quapropter et talem sortita est vitæ finem,
Orationis et vitæ exitum inveniens.

XCI. *Aliud* *.

Radice pia prodii, uxor sacerdotis fui
Et mater. Christo corpus, vitam, lacrymas,
1144-1145 Omnia offerens, exhausi. Postremo hinc sublata sum,
Templo annosum Nonna relinquens corpus.

XCII. *Aliud* **.

Fides Enochum transtulit et Eliam: inter mulieres autem
Matrem meam primam: novit hoc mensa
Unde incruentis cum victimis sublata est
Adhuc orans corpore, Nonna dilecta.

XCIII. Aliud ***.

Non te morbus, non te senectus similis morbo, nec te mœror
Quamvis longævam, mater mea, domuit;
Sed illæsa, nec curvata, sanctæ sub pedibus mensæ
Orans, Christo, Nonna, reddidisti vocem.

XCIV. *Aliud* ****.

Obtulit Deo Abrahamus filium, ita et filiam
Inclytus Jephthe, uterque magnum sacrificium.
Tu vero, mater mea, obtulisti castam vitam, novissime autem
Animam precis, Nonna, gratam hostiam.

* Scriptum an. 374. — Alias Murator. 107. ** Scriptum an. 374. — Alias Murator. 108. *** Scriptum an. 374. — Alias Murator. 109. **** Scriptum an. 374. — Alias Murator. 110.

7 *Τοίην*. Sic legendum videtur, ut respondeat voci τελευτήν. Murat. τοίου Edit. τοίης. — *Τελευτήν*. Forte τελευτῆς. Salvin.

XCI. Tit. *Aliud*, etc. Hoc epigramma depromptum e codicibus regiis Paris., et acceptum a claro viro Boivinio, in 25 epigrammata partitus est Muratorius.

1 *Ῥίζης εὐσεβέος*. Christianis parentibus orta erat Nonna. Ibid. *σάρξ*. Mss. σύζυγος. Conjux senioris Gregorii et mater junioris.

4 *Νηῷ*. Cod. Reg. νηόν, templum simul et corpus linquens.

XCII. Tit. *Aliud*. Hoc carmen et quæ sequuntur usque ad 139 Muratorii, V. Boivinius Reg. bibliothec. Paris. Muratorio communicavit; eadem reperit postea in cod. Medic. Salvinius.

3 *Ἀναιμάκτῃσιν*. Salvin. putat legendum ἀναιμάκτοισιν.

XCIII. 1 *Ὁμοῖον*. Schol. ἀνθρώπινον.

4 *Ὄπα*. Reg. 992 super lin. ψυχήν.

XCIV. 4 *Εὐχωλῆς*. Ita cod. Med. Reg. εὐχωλεῖς.

METRICA VERSIO.

Sanguinei Christi, dicam ægre, parcite, testes;
Non fuit hæc vobis clamve palamve minor
Repperit hinc talem vitæ clarissima finem;
Idem illi vitæ terminus atque precum.

XCI. ALIUD.

(*A. B. Caillau interprete.*)

Radicis sanctæ germen, quin mater et uxor
Clara sacerdotis, membra, animam, lacrymas,
Cuncta ferens Christo exhausi; sed denique Nonna
Annosum liqui corpus in æde sacra.

XCII. ALIUD.

(*Eodem interprete.*)

Transtulit alma fides Enochum Theshæque prophe-
[tam;

B Transtulit et matrem; mensa scit ista Dei,
Unita unde sacro, fusi quod sanguinis expers,
Corpore fugit adhuc Nonna beata precans.

XCIII. ALIUD.

(*Eodem interprete.*)

Non acer morbus, similisve senecta, dolorve
Quamvis longævam te, genitrix, domuit.
Haud læsa, haud incurva quidem, sub marmore
Vocem emisisti, Nonna, precata Deum. [mensæ

XCIV. ALIUD.

(*Eodem interprete.*)

Obtulit Abrahamus natum, natam obtulit audax
Jephthe, grande nimis munus uterque, Deo
Tu vitam primo castam, tandemque dedisti,
Nonna, precis mentem: victima quanta datur!

A

ΛΕ'. Ἄλλο.

Ἡ Τριάς, ἣν ποθέεσκες, ὁμὸν σέλας. Ἓν τε σέβασμα,
Ἐκ νηοῦ μεγάλου σε πρὸς οὐρανὸν ἥρπασε, Νόννα,
Εὐχομένην· ζωῆς δὲ τέλος καθαρώτερον εὗρες.

ΛΓ'. Ἄλλο.

Οὔποτε χείλεα μίξας ἀνάγνοις χείλεσιν ἁγνά,
Οὐδ' ἀθέῳ παλάμῃ καθαρὴν χέρα μέχρις ἐδωδῆς,
Μῆτερ ἐμή· μισθὸς δὲ λιπεῖν βίον ἐν θυέεσσι.

ΛΖ'. Ἄλλο.

Ἄγγελος αἰγλήεις σε φαάντατος ἥρπασε, Νόννα,
Ἔνθα ποτ' εὐχομένην καθαρὸν μελέεσσι νόῳ τε·
Καὶ τὸ μὲν ἥρπασε σεῖο, τὸ δ' ἐνθάδε κάλλιπε νηῷ.

ΛΗ'. Ἄλλο.

Νηὸς ὅδ', οὐ γὰρ ὅλην Νόνναν θέμις ἦεν ἐρύξαι,
Ψυχῆς οἰχομένης, μοῦνον ἐπέσχε δέμας,
Ὡς πάλιν ἐγρομένη καθαρώτερον ἔνθεν ἀερθῇ
Σώματι τῷ μογερῷ δόξαν ἐφεσσομένη.

ΛΘ'. Ἄλλο.

Νόννη Φιλτατίου. Καὶ ποῦ θάνε; τῷδ' ἐνὶ νηῷ.
Καὶ πῶς; εὐχομένη. Ἡγνίκα; γηραλέη.
Ὦ καλοῦ βιότοιο, καὶ εὐαγέος θανάτοιο!

Μ'. Ἄλλο.

Ἅρματι μὲν πυρόεντι πρὸς οὐρανὸν Ἠλίας ἦλθεν·
Νόνναν δ' εὐχομένην Πνεῦμ' ὑπέδεκτο μέγα.

XCV. *Aliud* *.

Trinitas illa, quam desiderabas, unum jubar, et una majestas
E templo magno in cœlum te rapuit, Nonna,
Orantem : vitæ autem exitum puriorem sortita es.

XCVI. *Aliud* **

Numquam labra miscuisti impuris labiis casta,
Neque gentili manui puram manum usque ad cibum,
Mater mea : merces autem liquisse vitam inter sacra.

XCVII. *Aliud* ***.

Angelus radians lucidissimus te rapuit, Nonna,
Hic quondam orantem pure corpore et mente :
Et hoc quidem tui rapuit : illud autem reliquit templo.

1146 1147 XCVIII. *Aliud* ****.

Templum hoc, non enim totam Nonnam fas erat retinere,
Anima egressa, solum retinuit corpus,
Ut rursus excitata purius inde attollatur,
Corpore laborum consorte gloriam indutura.

XCIX. *Aliud* *****.

Nonna Philtatii filia. Et ubi obiit? hoc in templo.
Et quomodo? orans. Quando? anus.
O pulchram vitam, et piam mortem!

C. *Aliud* ******.

Curru quidem igneo in cœlum Elias abiit :
Nonnam autem orantem Spiritus suscepit magnus.

* Scriptum an. 374.—Alias Murator. 111. ** Scriptum an. 374. — Alias Murator. 112. *** Scriptum an. 374.—Alias Murator. 113. **** Scriptum an. 374.— Alias Murator. 114. ***** Scriptum an. 374.— Alias Murator. 115. ****** Scriptum an. 374. — Alias Murator. 116.

XCVI. 2 *Οὐδ' ἀθέῳ*. Schol. ἀπίστῳ, ἢ ἀπλύτῳ. Numquam Nonna gentilis feminæ etiam honestissimæ et propinquæ manibus manum junxerat. Vide orat. XVIII, alias XIX, *in Obitu patris*, tom. I, pag. 356, num. 10.

XCVII. 3 *Καὶ τὸ μέν*, etc. Id est, animum quidem rapuit, corpus vero reliquit.

XCVIII. 3 *Ἐγρομένη*. Ita Reg. 991 et sup. lin. ἀνιστᾶσα. Est syncope pro ἐγειρομένη, inquit Muratorius. Ex his verbis crui posse videtur Nonnam humatam fuisse in templo, ubi animam efflavit, hincque discimus Christianorum cadavera intra ædes sacras condendi consuetudinem olim viguisse. Edit. ἐργομένη.

XCIX. 1 *Φιλτατίου*. Philtatius pater Nonnæ fuit; quare non mirum cur sæpe Philtatios alibi laudavit Gregorius. Non tamen facile dignoscere possis, quis ille Philtatius Nonnæ pater.

METRICA VERSIO.

B

XCV. ALIUD.
(*A. B. Caillau interprete.*)

Hæc optata Trias, unum jubar, una potestas,
In cœlum e templo rapuit te, Nonna, precantem.
Sanctior hinc vitæ finem es sortita beatum.

XCVI. ALIUD.
(*Eodem interprete.*)

Pura labris numquam junxisti labra profanis,
Gentilive manum manui, convivia miscens,
Mater : at in sacris vitam exhalasse corona.

XCVII. ALIUD.
(*Eodem interprete.*)

Hinc te, Nonna, tulit clarissimus angelus olim,
Corpore dum puro, pura dum mente precaris,
Idque tui rapiens, illud sacra æde reliquit.

XCVIII. ALIUD.
(*Eodem interprete.*)

Hic Nonnæ, nec enim totam retinere licebat,
Egrediente anima, nil nisi corpus adest,
Purius inde redux ut sustollatur ad auras,
Induat et decorem fracta labore caro.

XCIX. ALIUD.
(*Eodem interprete.*)

Philtatii Nonna hæc. Ubi decidit? Æde sacrata.
Qua ratione? Precans. Tempore quo? Senior.
O vitam insignem! Præclaræ o munera mortis!

C. ALIUD.
(*Eodem interprete.*)

Igneo cœlum cursu conscendit Elias,
Orantem at Nonnam Flamen ad astra tulit.

Ἐνθάδε Νόννα φίλη κοιμήσατο τὸν βαθὺν ὕπνον,
Ἶλαος ἑσπομένη ᾧ πόσι Γρηγορίῳ.
Θάμβος ὁμοῦ, καὶ χάρμα· πρὸς οὐρανὸν ἔνθεν ἀέρθη
Εὐχῆς ἐκ μεσάτης Νόννα λιποῦσα βίον.
Εὐχῆς καὶ βιότου Νόννῃ τέλος· ἥδε τράπεζα
Μάρτυς, ἀφ' ἧς ἤρθη ἄπνοος ἐξαπίνης.
Νόννης ἠρίον εἰμὶ σαόφρονος, ἥ ῥα πύλῃσιν
Ἐχριμψ' οὐρανίαις, πρὶν βιότοιο λυθῇ.
Δακρύετε θνητοὺς θνητῶν γένος· εἰ δέ τις οὕτως,
Ὡς Νόνν' εὐχομένη, κάτθανεν, οὐ δακρύω.
Νόννης ἀζόμενος ἁγνὸν βίον, ἄζεο μᾶλλον
Καὶ τέλος· ἐν νηῷ κάτθανεν εὐχομένη.
Ἔνθα ποτ' εὐχομένη πρηνὴς θάνε Νόννα φαεινή·
Νῦν δ' ἄρ' ἐν εὐσεβέων λίσσεται ἱσταμένη
Στήλη σοι θανάτου μελιηδέος ἥδε τράπεζα,
Νόννα, παρ' ᾗ ἐλύθης εὐχομένη πύματα.

A Μικρὸν ἔτι ψυχῆς ἦν τὸ πνέον· ἀλλ' ἄρα καὶ τὸ
Νόνν' ἀπέδωκε Θεῷ ἔνθα ποτ' εὐχομένη.
Πέμψατε ἐκ νηοῦ θεοειδέα Νόνναν, ἅπαντες·
Πρέσβειραν μεγάλην πέμψατ' ἀειρομένην.
Ἔκ με Θεὸς καθαροῖο πρὸς οὐρανὸν ἥρπασε νηοῦ,
Νόνναν ἑπειγομένην οὐρανίοις πελάσαι.
Νόνν' ἀπανισταμένη νηοῦ μεγάλου, τόδ' ἔειπεν·
Τῶν πολλῶν καμάτων μείζονα μισθὸν ἔχω.
Νόννα, φίλης εὐχῆς ἱερήϊον, ἐνθάδε κεῖται·
Νόννα ποτ' εὐχομένη τοῦδ' ἐλύθη βιότου.
Ἐκ νηοῦ μεγάλοιο θύος μέγα Νόνν' ἀπανέστη·
Νηῷ Νόνν' ἐλύθη· χαίρετε, εὐσεβέες.
Ἥδε τράπεζα Θεῷ θεοειδέα Νόνναν ἔπεμψεν.

PA'. *Τῶν τοκέων θανόντων προσωποποιία.*

Εἴη σοι βίος ἐσθλὸς ἐπ' εὐλογίαισιν ἁπάσαις
Ὁσσάτιαι τοκέων υἱέσι γηροκόμοις,

Hic Nonna chara obdormivit profundum somnum,
Libens secuta virum suum Gregorium.
Terror simul, et gaudium; in cœlum hinc sublata est
Prece e media, Nonna, linquens vitam.
Precis et vitæ una Nonnæ finis fuit: sacra hæc mensa
Testis, unde sublata est exanimis repente
Nonnæ tumulus sum pudicæ, quæ ad fores
Appulit cœlestes, antequam vita soluta esset.
Dellete cæteros mortales, mortalium genus: si quis autem sic
Ut Nonna orans, obiit, non defleo.
Nonnæ venerans castam vitam, venerare magis
Et obitum; in templo mortua est orans.
Hic quondam orans prona occubuit Nonna illustris:
Nunc autem in piorum cœtu stans orat.
Cippus tibi mellitæ mortis hæc mensa,
Nonna, juxta quam soluta es postremum orans.
Exiguus adhuc animæ restabat spiritus: sed et hunc
Nonna reddidit Deo hic olim orans,
Prosequimini e templo divinam Nonnam, omnes;
Patronam magnam prosequimini sursum sublatam.
Me Deus e puro in cœlum rapuit templo,
Nonnam festinantem ad cœlestes accedere.
1148-1149 Nonna sursum sublata e templo magno, hoc dixit:
Multis laboribus majorem mercedem habeo.
Nonna, dilectæ precis victima, hic jacet:
Nonna quondam orans hac soluta est vita.
E templo magno victima magna, Nonna sursum sublata est;
In templo Nonna soluta est: gaudete, pii.
Hæc sacra mensa ad Deum divinam Nonnam transmisit.

CI. *Parentum mortuorum prosopopœia* *.

Sit tibi vita prospera per omnes benedictiones,
Quæcunque contingunt filiis parentum senectutem colentibus,

* Scriptum an. 574.— Alias Murator. 117.

METRICA VERSIO.

Hic obdormivit somnum dilecta profundum,
Ultro Gregorium Nonna secuta virum.
Lætitia et terror: petiit cœlum inde, relinquens
In media vitæ lumina Nonna prece.
Qui precis, hic finis vitæ: sit mystica testis
Mensa, cui rapta est funere Nonna cito.
Sum castæ tumulus Nonnæ, quæ limina pressit
Ante poli, vita quam resoluta foret.
Mortales alios, mortales, flete, sed inter
Non deflenda mihi Nonna preces moriens.
Innocuam Nonnæ vitam venerare, magisque
Funera; nam sacra defleit æde precans.
Hoc orans obiit quondam Nonna inclyta templo,
Nunc stans in superis cœtibus orat adhuc.
Hæc tibi mellitæ mortis sacra mensa columna:
Hic cadis, extrema, Nonna, precata vice.
Exiguus restabat adhuc super halitus, illum

B Reddidit hic orans Nonna beata Deo.
E templo cuneti divinam educite Nonnam,
Quæ volat ad meritum fida patrona polum.
Me Deus in cœlum pura raptavit ab æde.
Nonnam, quæ cœli limina sacra peto.
Nonna sacro sublata loco super æthera, dixit:
Nunc majora gravi dona labore fero.
Nonna precis jacet hic dilectæ victima; vita
Hoc orans quondam Nonna soluta loco.
Magna hoc e magno sublata est victima templo,
Nonna sacris moriens: plaudite, sancta cohors.
Transtulit ad Christum Nonnam sacra mensa beatam.

CI. ALIUD.

(*A. B. Caillau interprete.*)

Sit bona vita tibi, sint gaudia debita natis,
Sanguinis auctores qui coluere senes;

Καὶ κούφης βιότοιο τυχεῖν, ὁσίης τε τελευτῆς,
Οἵην ἡμετέρῳ γήραϊ δῶκεν Ἄναξ,
Ἠθέων, λογίων τε μέγα κράτος, ἠδ' ἱερήων,
Καὶ πολιῆς σκήπων, Γρηγόρι', ἡμετέρης.

ΡΒ'. *Ἄλλο.*

Ἀσπάσιοι χθόνα τήνδε φίλαις ὑπὸ χείρεσι παιδὸς
Ἐσσάμεθ' εὐσεβέες Γρηγορίου τοκέες,
Ὅς καὶ γῆρας ἔθηκεν ἑοῖς μόχθοισιν ἐλαφρὸν
Ἡμέτερον, καὶ νῦν ἀμφιέπει θυσίαις.
Ἄμπνευε γηροκόμων καμάτων, μέγα φέρτατε παίδων,
Γρηγόρι', εὐαγέας μάρτυσι παρθέμενος
Σοὺς τοκέας. Μισθὸς δὲ μέγαν πατέρ' ἵλαον εἶναι,
Πνευματικῶν τε τυχεῖν εὐσεβέων τοκέων.

ΡΓ'. *Εἰς Ἀμφιλόχιον.*

Ἦλυθε κ' Ἀμφιλόχοιο φίλον δέμας ἐς μέγα σῆμα,
Ψυχὴ δ' ἐς μακάρων ᾤχετ' ἀποπταμένη
Ἡτοῖς πάντα πέπαστο, μακάρτατε. Βίβλον ἑῴξας
Πᾶσαν ὅση θνητῶν, κ' εἴ τις ἐπουρανίη.
Γηραλέος φιλίην ὑπέδυς χθόνα. Τέκνα λέλοιπας
Κρείσσονα καὶ τοκέων, τὸ πλέον οὐ μερόπων.

ΡΔ'. *Ἄλλο.*

Ἄσμενος ἦτε δάμαρτι καὶ υἱέσι πάρθετο σῶμα
Ἀμφίλοχος, λιπαροῦ γήραος ἀντιάσας.

Et commodo la vita frui, sanctumque finem consequi,
Qualem nostræ senectuti debit Rex,
Juvenum eruditorumque magnum præsidium, et sacerdotum
Et canitiei columen, o Gregori, nostræ.

CII. *Alia* *.

Alacres terram hanc charis sub manibus filii
Induimus pii parentes Gregorii,
Qui et senectutem reddidit suis laboribus levem
Nostram, et nunc prosequitur sacrificiis.
Respira a laboribus senectutem sustentantibus, præstantissime filiorum
Gregori, pios martyribus apponens
Tuos parentes. Mercès autem magnum patrem tibi propitium esse.
Spiritalesque nancisci pios filios.

CIII. *In Amphilochium* **.

Venit et Amphilochii charum corpus in magnum sepulcrum,
Anima autem in beatorum sedes avolans abiit.
Necessariis omnia comparasti, beatissime. Librum explicuisti
Omnem, et qui de rebus humanis et qui de cœlestibus agit.
Senex amicam subiisti humum. Filios reliquisti
Præstantiores quoque parentibus, quod plerumque non est mortalium.

1150-1151 CIV. *Aliud* ***.

Lubens sane ad uxorem et liberos apposuit corpus suum
Amphilochius, beatam senectutem adeptus.

* Scriptum an. 374. — Alias Murator. 118. ** Scriptum an. 375. — Alias Murator. 29. *** Scriptum an. 375. — Alias Murator. 30.

Cl. 3 *Κούφης.* Muratorio placet κούφου.

4 *Ἄναξ.* Nempe *Deus*, vel *Christus*, inquit Muratorius.

5 *Ἠθέων.* Schol. ἠσθέων.

6 *Σκήπων.* Reg. 901 sup. lin. βακτήριον. Dubitat nec forte immerito clarus vir Boivinius an carmen istud cum sequenti tribuendum sit Gregorio, quod tanti viri modestiam non redoleat. Hoc tamen in more est Gregorio, modo alios loquentes inducat.

CII. *Ἄλλο.* Cod. Med. παρὰ γονέων. Gregorius et Nonna filium suum Gregorium alloqui pergunt, commemorando labores, quos in parentum senectute sustentanda toleravit.

2 *Εὐσεβέες.* Reg. 1227 εὐσεβέος. *Spiritalesque nancisci pios filios.*

4 *Ἀμφιέπει θυσίαις.* Gregorius in hoc carmine confirmat piam Christianorum consuetudinem offerendi preces et sacrificia pro iis qui dormiunt in somno pacis. Eamdem consuetudinem in Occidente viguisse constat ex his verbis Ambrosii in epistola 39 *ad Faustinum*: *Itaque non tam deplorandam quam prosequendam orationibus, nec mortificandam lacrymis tuis, sed magis oblationibus animam ejus Domino commendandam arbitror.*

5 *Ἄμπνεε.* Sic Reg. 1277. Male edit. ἄμνεε.

CIII. Tit. *Εἰς Ἀμφιλόχιον.* Amphilochius maritus Liviæ et Amphilochii pater, ab Amphilochio Iconiensi, quem nunquam uxorem et liberos habuisse legimus, diversus fuit, Nonnæ frater.

CIV. 1 *Ἡάγθετο.* Murat. *commendavit.*

METRICA VERSIO.

Sint tibi feliceque dies finisque beatus,
Rex qualem nobis contulit ætherens,
Doctorum, juvenum, pastoralisque catervæ,
Et nostri senii, nate, columna dii.

CII. ALIUD.

(*A. B. Caillau interprete.*)

Hanc, chara nati dextra curante, parentes
Gregorii terram lætius induimus :
Sedulus extremos dulces qui reddidit annos,
Nostraque nunc sacris funera prosequitur.
Sit tibi, nate, quies a sustentante senectam
Longævam studio, martyribusque pios
Auctores vitæ apponas. Sint præmia patris
Vota, et cœlestis sanctaque progenies.

CIII. IN AMPHILOCHIUM.

(*Eodem interprete.*)

Corpus et Amphilochi tumulum descendit in altum,
Mens autem petiit regna beata volans.
Cognatis bona cuncta parans, solvensque libellum
Qui terrena tenet, si quis et ætherea,
Dulce solum senior subiisti, pignora linquens
Quæ (miranda loquor!) sunt meliora patre.

CIV. ALIUD.

(*Eodem interprete.*)

Uxori membra apposuit natisque libenter
Amphilochus, complens tempora longa senex,

Ὄλβιος, εὐγενέτης, μύθων κράτος, ἄλκαρ ἁπάντων,
Ἠῳῶν, εὐσεβέων, εὐγενέων, λογίων,
Καὶ μῦθοιο ὁστὴρ περιώτιος ἦν. Ἴδ' ἑταίρων
Σῶν ἑνός, ὦ φιλότης, γράμμ' ἐπιτυμβίδιον.
Ὦ μάκαρ, ὦ ξυνὸν πενίης ἄκος! ὦ πτερόεντες
Μῦθοι, καὶ πηγὴ πᾶσιν ἀρυομένη!
Ἄσθματι πάνταλίπες πυμάτῳ, τόδ' ἄμ' ἔσπετο μοῦνον
Ἔνθεν ἀειρομένῳ κῦδος ἀεὶ θαλερόν.
Γρηγόριος τάδ' ἔγραψα, λόγῳ λόγον, ὃν παρα σεῖο,
Ἀμφίλοχ', ἐξεδάην, ἀντιχαριζόμενος.

ΡΕ'. *Εἰς Ἀμφιλόχιον ἄλλον.*

Ἀμφίλοχος τέθνηκεν· ἀπώλετο, εἴ τι λέλειπτο
Καλὸν ἐν ἀνθρώποις ῥητορικῆς τέρενος·
Καὶ Χάριτες Μούσαισι μεμιγμέναι, ἕξοχα δ' αὖ σε
Ἡ Διοκαισαρέων μύρατο πάτρα φίλη.

ΡΣ'. *Ἄλλο.*

Τυτθὸν μὲν πτολίεθρον· ἀτὰρ πολὺν ἀνέρα δῶκα
Βήμασιν ἰθυδίκης ἡ Διοκαισαρέων
Ἀμφίλοχον. Φθιμένῳ δὲ συνέφθιτο καὶ πυρόεσσα
Ῥήτρη, καὶ πάτρης εὔχος ἀριστοτόκου.

ΡΖ'. *Ἄλλο.*

Τὸν ῥήτραν πυρόεσσαν ἐπ' ἀντιπάλοισι φέροντα,
Τὸν μέλιτος γλυκίω ἤθεα καὶ παρπίδας,
Ἀμφίλοχον κατέχω τυτθὴ κόνις ἔκτοθι πάτρης
Υἱέα Φιλτατίου Γοργονίας τε μέγαν.

Beatus, nobilis, sermone potens, tutela omnium,
Necessariorum, piorum, nobilium, litteratorum,
Et divini verbi præco sanctissimus fuit. Vide ab uno
Ex amicis tuis, o amicissime, elogium tumulo impositum.
O felix, o commune paupertatis remedium! O alata
Verba et fons omnibus haustus!
Spiritu omnia reliquisti extremo. Te vero hoc unum secutum est,
Hinc sublato tibi gloria semper virens.
Gregorius hæc scripsi, orationi orationem, quam a te,
Amphiloche, edidici, mutuam rependens gloriam.

CV. *In Amphilochium alium* *.

Amphilochius obiit; periit, si quod supererat
Pulchrum inter homines rhetoricæ delubrum:
Et Gratiæ Musis permistæ, præcipue vero te
Diocæsariensium luxit patria chara.

CVI. *Aliud* **.

Parvum quidem sum oppidum; tamen magnum virum dedi
Tribunalibus juris Diocæsarea
Amphilochium. Simul vero mortuo commortua et ignea
Eloquentia, et decus patriæ, quæ optimum pepererat.

CVII. *Aliud* ***.

Eum qui eloquentia ignea contra adversarios pollebat,
Et qui melle dulcior erat moribus et pectore,
Amphilochium teneo exiguus cinis extra patriam
Filium Philtatii et Gorgoniæ magnum.

* Scriptum an. 375. — Alias Murator. 31. ** Scriptum an. 375. — Alias Murator. 32. *** Scriptum an. 375. — Alias Murator. 33.

CV. Tit. *Ἄλλον*. Forte ἄλλο. Vide tom. I, pag. 44.

1 *Ἀμφίλοχος*. Hic Amphilochius alter fortasse tam ab Iconiensi episcopo, quam a superiori, rhetoricam cum laude Constantinopoli docuit. Diocæsareæ natus dicitur, Philtatii et Gorgoniæ filius: nec tamen ideirco Gorgoniæ Gregorii sororis filius est existimandus; Gorgoniæ enim maritus fuit Alypius, non Philtatius.

CVI. 1 *Δῶκα*. Cod. Med. δῶκε.

CVII. 2 *Γλυκίῳ*. Attice pro γλυκίονα.

METRICA VERSIO.

Facundus, felix, præclarus origine, doctis,
Cognatis, justis, nobilibusque favens,
Inclytus et verbi præco. Charissime, lusto
Elogia a chara conspice scripta manu.
O felix, cunctisque datum medicamen egenis!
Pennatæ o voces, omnibus unda patens!
Cuncta reliquisti supremo flamine; sola
Gloria sublato permanet usque virens.
Gregorius scripsi hæc, pro verbo verba rependens:
Hoc a te didici; mutua dona fero.

CV. IN AMPHILOCHIUM ALIUM.

(*A. B. Caillau interprete.*)

Occidit Amphilochus; periit, si forte manebat
Parvum aliquod terræ rhetorices adytum;
Te Musis mistæ Charites, charissima luxit
Patria præsertim te Diocæsarea.

CVI. ALIUD.

(*Eodem interprete.*)

Magnum donavi, quanquam sim parva, ministrum
Justitiæ solii, urbs Diocæsarea
Amphilochum. Simul at periit vis ignea fandi,
Et patriæ talem parturientis honor.

CVII. ALIUD.

(*Eodem interprete.*)

Qui fandi ignita contra hostes arte valebat,
Melle cui dulcis mos animusque super,
Amphilochum cinis extorrem complector egenus,
Philtatii natum Gorgoniæque bonum.

ΡΙΓ'. Ἄλλο.

Ῥητῆρες, φθέγγοισθε· μεμυκότα χείλεα σιγῇ
Ἀμφιλόχου μεγάλου τύμβος ὅδ' ἀμφὶς ἔχω.

ΡΙΘ'. Ἄλλο.

Ἠρίον Ἀμφιλόχοιο μελίφρονος, ὃς ποτε ῥήτρῃ
Πάντας Καππαδόκας καίνυτο, καὶ πραπίσιν.

ΡΚ'. *Εἰς Βάσσον.*

Βάσσε, φίλος Χριστῷ μεμελημένος ἔξοχον ἄλλων,
Τῆλε τεῆς πάτρης λῃστορι χειρὶ δαμάσθης,
Οὐδέ σε τύμβος ἔχει πατρώϊος· ἀλλὰ καὶ ἔμπης
Πᾶσιν Καππαδόκεσσι μέγ' οὔνομα σεῖο λέλειπται,
Καὶ στῆλαι παγίων μέγ' ἀμείνονες, αἷς ἔνι γράφθης.
Γρηγορίου τόδε σοι μνημήϊον, ὃν φιλέεσκες.

A

ΡΚΑ'. Ἄλλο.

Ὡς Ἀβραὰμ, κόλποισι τεοῖς ὑποδέχνυσο, Βάσσε,
Σὸν τέκος ἀτρεκέως πνεύματι Καρτέριον.
Αὐτὰρ ἐγὼ, εἰ καί με τάφος σὺν πατρὶ καλύπτοι,
Οὔποτ' ἀφ' ὑμετέρης στήσομ' ὁμοζυγίης.

ΡΚΒ'. *Εἰς Νικομήδην.*

Οἴχεσαι, ὦ Νικόμηδες, ἐμὸν κλέος· ἡ δὲ συνωρὶς
Σῶν καθαρὴ τεκέων πῶς βίον ἐξανύσει;
Τίς δὲ τέλος νηῷ περικαλλέϊ χεῖρ' ἐπιθήσει;
Τίς δὲ Θεῷ πέμψει φρὴν τελέην θυσίην;
Σεῖο, μάκαρ, μιχθέντος ἐπουρανίοισι τάχιστα,
Ὦ γενεὴ τλῆμον, οἷα πάθες, μερόπων!

CVIII. *Aliud* *.

Oratores, loquimini; clausa silentio labra
Amphilochii magni ego tumulus contineo.

1152-1153 CIX. *Aliud* **.

Sepulcrum Amphilochii melliti, qui olim eloquentia
Omnes Cappadocas superavit et consiliis.

CX. *In Bassum* ***.

Basse, amice Christo gratissime supra alios,
Longe a tua patria latronum manu oppressus es,
Neque te tumulus habet patrius. Verumtamen
Cunctis Cappadocibus magnum tui nomen relictum est,
Et columnæ infixis longe præstantiores, quibus inscriptus es.
Hoc tibi monumentum a Gregorio quem amabas.

CXI. *Aliud* ****.

Velut Abraham, sinu tuo suscepisti, Basse,
Tuum vere filium spiritu Carterium.
Atque ego, etsi me sepulcrum cum patre claudat,
Nunquam a vestra absistam societate.

CXII. *In Nicomedem* *****.

Discessisti, o Nicomedes, decus meum; purum autem par
Tuorum filiorum quomodo vitam conficiet?
Quæ vero finem templo splendidissimo manus imponet?
Quæve mens Deo offeret perfectam hostiam?
Te, beate, immisto cœlestibus citissime,
O stirps misera mortalium, qualia passa es!

* Scriptum an. 375. — Alias Murator. 34. ** Scriptum an. 375. — Alias Murator. 35. *** Scriptum an. 376. — Alias Murator. 45. **** Scriptum an. 376. — Alias Murator. 47. ***** Scriptum an. 376. — Alias Murator. 36.

CVIII. 1 *Ῥητῆρες, φθέγγοισθε.* Quasi Amphilochii eloquentia, dum viveret, ipsis ora præclusisset.

CXII. 1 *Ὦ Νικόμηδες.* Vide carm. *ad Hellenium*, lib. II, sect. 2, carm. 1.

METRICA VERSIO.

CVIII. ALIUD.

(*A. B. Caillau interprete.*)

Rhetores, date verba; tego sub marmore muta
Amphilochi tumulus labra silentis ego.

CIX. ALIUD.

(*Eodem interprete.*)

Melliti Amphilochi bustum qui splenduit omnes
Cappadocas verbis consiliisque super.

CX. IN BASSUM.

(*Eodem interprete.*)

Basse super cunctos Christo dilecte, latronum
Te manus, hen! longe patriis oppressit ab oris;
Nec te cippus habet patrius. Tamen omnibus alnum
Cappadocis nomen manet alta mente repostum,
Hisque magis claræ queis gloria scripta, columnæ.
B Hoc a Gregorio monumentum surgit amato.

CXI. ALIUD.

(*Eodem interprete.*)

Tu, velut Abrahamus, cepisti felicibus ulnis
Natum, Basse, tuum flamine Carterium.
Ast ego, me quanquam claudat cum patre sepulcrum,
Nolo vestrum unquam linquere concilium.

CXII. IN NICOMEDEM.

(*Eodem interprete.*)

O mea, cessisti, Nicomedes, gloria: purum
Par sobolis vitam quomodo conficiet?
Quæ claro imponet finem manus inclyta templo
Quæ mens sacra feret mystica dona Deo?
Te, felix, citius cœlestia regna petente,
O genus humanum, quæ mala dura tibi!

ΡΙΓ'. Ἄλλο.

Δέρκεο καὶ τύμβον Νικομήδεος, εἴ τιν' ἀκούεις,
Ὃς νηὸν Χριστῷ δειμάμενος μεγάλῳ,
Αὐτὸν μὲν πρώτιστον, ἔπειτα δὲ τὴν περίβωτον
Δῶκεν ἀγνὴν θυσίην, παρθενίην τεκέων,
Φέρτερον οὐδὲν ἔχων ἱερεὺς γενέτης τε φέριστος·
Τοὔνεκα καὶ μεγάλῃ ὦκα μίγη Τριάδι.

ΡΙΔ'. Ἄλλο.

Ὕστατον ἐς βίον ἦλθες ἀοίδιμον· ἀλλὰ τάχιστα
Ἔνθεν ἀνηέρθης. Τίς τάδ' ἔνευσε δίκη;
Χριστὸς ἄναξ, Νικόμηδες, ὅπως σέο λαὸν ἄνωθεν
Ἰθύνῃς τεκέων σὺν ἱερῇ δυάδι.

Λ ΡΙΕ'. Εἰς Καρτέριον.

Ἧ με λιπὼν πολύμοχθον ἐπὶ χθονὶ, φίλταθ' ἑταίρων
Ἦλυθες ἀρπαλέως, κύδιμε Καρτέριε;
Ἧ ποτ' ἔβης, νεότητος ἐμῆς οἰήια νωμῶν,
Ἥμος ἐπ' ἀλλοδαπῆς μύθον ἐμετρεόμην,
Ὅς βιότῳ μ' ἐνέδησας ἀτάρκειϊ; ἦ ῥ' ἐτεόν σοι
Χριστὸς ἄναξ πάντων φίλτερος, ὃν νῦν ἔχεις.
Ἀστεροπὴ Χριστοῖο μεγακλέος, ἔρκος ἄριστον
Ἠϊθέων, ζωῆς ἡνίοχ' ἡμετέρης,
Μνώεο Γρηγορίοιο, τὸν ἔπλασας ἤθεσι κεδνοῖς
Ἦν ὅτε ἦν, ὀρετῆς κοίρανε, Καρτέριε.

CXIII. *Aliud* *.

Vide et tumulum Nicomedis, si quem audis,
Qui templum cum Christo exstruxisset magno,
Seipsum quidem primum, deinde et illam celebrem
Dedit puram hostiam virginitatem filiorum,
Nihil præstantius habens sacerdos genitorque optimus :
Ideirco et magnæ cito mistus est Triadi.

1154-1155 CXIV. *Aliud* **.

Sero vitam amplexus es inclytam, sed citissime
Hinc sublatus es. Quæ vero hæc permisit justitia ?
Christus rex, o Nicomedes, ut populum tuum de cœlo
Regas cum sacris duobus filiis tuis.

CXV. *In Carterium* ***.

Quo me relinquens multis laboribus oppressum in terra, charissime amicorum,
Raptim abiisti, inclyte Carteri?
Quonam abiisti, qui juventutis meæ gubernacula regebas,
Quando in aliena regione verba admeciebar ;
Qui vitæ me alligasti incorporeæ? Vere tibi
Christus rex omnium charissimus, quem nunc possides.
O fulgur Christi gloriosissimi, tutela optima
Juvenum, vitæ moderator meæ,
Memento Gregorii, quem probis formasti moribus
Jampridem, virtutis princeps, Carteri.

* Scriptum an. 376. — Alias Murator. 37. ** Scriptum an. 376. — Alias Murator 38. *** Scriptum an. 376. — Alias Murator. 39.

CXIII. 3 Αὐτὸν μέν. Interpres Græcus, *ipsam quidem.*

5 Ἱερεύς. Quia filios obtulit, non quod sacerdos esset, vel etiam episcopus, ut Muratorio visum est.

CXIV. 1 Ὕστατον. Int. *tandem ad vitam avolasti æternam.*

CXV. T τ. Εἰς Καρτέριον. Nihil de Carterio novimus, quam quod suis epigrammatibus refert Gregorius, qui ejus etiam meminit in carm. *ad Hellenium.*

5 Ἀστεροπή. Vox est qua solet Gregorius vitam monasticam significare

10 Ἦν ὅτε ἦν. *Jampridem.* Vide lib. II, sect. I, carm. XIII, εἰς ἐπισκόπους.

METRICA VERSIO.

CXIII. ALIUD.

(*A. B. Caillau interprete.*)

Conspice præclari tumulum Nicomedis : Iesu
Qui cum fundasset splendida templa Deo,
Se primum oblato, natorum deinde suorum
Corpora sacrato munere casta dedit,
Mysta nihil genitorque tenens præstantius : unde
Mistus adorandæ protinus est Triadi.

CXIV. ALIUD.

(*Eodem interprete.*)

Sero piæ datus es vitæ, sed promptius inde
Sublatus. Quo res jure peracta fuit?
Hoc voluit Christus, superis, Nicomedes, ab oris
Ut nato plebem junctus utrique regas. B

CXV. ALIUD.

(*Eodem interprete.*)

Quonam cessisti, linquens, charissime, terram,
Carteri amice, nimis quam mala dura premunt?
Quonam cessisti, primæ dux fide juventæ,
Hospite metirer cum nova verba solo ;
Qui mihi virgineæ strinxisti vincula vitæ?
Unus amor Christus, quem modo lætus habes.
O clari fulgur Christi, tutela juventæ
Firma meæ, et cursus anxia vela regens,
Gregorii memor esto, probis quem moribus olim
Formasti, morum prima nitore tenens.

ΠΓ'. Ἄλλο.

Ὦ πηγαὶ δακρύων, ὦ γούνατα, ὦ θυέεσσι
Ἁγνοτάτοις παλάμαι Χριστὸν ἀρεσσάμεναι
Καρτερίου, πῶς λήξαθ', ὁμῶς πάντεσσι βροτοῖσι;
Ἤθελεν ὑμνοπόλον κεῖθι χοροστασίη.

ΠΖ'. Ἄλλο.

Ἥρπασας, ὦ Νικόμηδες, ἐμὸν κέαρ, ἥρπασας ὦκα
Καρτέριον τῆς σῆς σύζυγον εὐσεβίης.

ΠΗ'. Ἄλλο.

Ὦ Ξωλῶν ζαθέων ἱερὸν πέδον, οἷον ἔρεισμα,
Σταυροφόρον κάλεσας Καρτέριον, κατέχεις!

A ΠΘ'. *Εἰς τὸν Μέγαν Βασίλειον ἐπικήδεια, εἴτε ἐπιτάφια.*

Σῶμα δίχα ψυχῆς ζώειν πάρος, ἦ ἐμὲ σεῖο,
Βασίλιε, Χριστοῦ λάτρι, φίλ', ὠΐόμην.
Ἀλλ' ἔτλην, καὶ ἔμεινα. Τί μέλλομεν; Οὐ μ' ἀναείρας
Θήσεις ἐς μακάρων, σήν τε χοροστασίην
Μή με λίπῃς, μὴ, τύμβον ἐπόμνυμι, οὔ ποτε σεῖο
Λήσομαι, οὐδὲ θέλων. Γρηγορίοιο λόγος.
Νίκα Βασιλείοιο θεόφρονος ἥρπασε πνεῦμα
Ἡ Τριὰς, ἀσπασίως ἔνθεν ἐπειγομένου,
Πᾶσα μὲν οὐρανίη στρατιὴ γήθησεν ἰόντι,
Πᾶσα δὲ Καππαδοκῶν ἐστονάχησε πόλις·
Οὐκ οἷον, κόσμος δὲ μέγ' ἴαχεν· Ὤλετο κήρυξ,
Ὤλετο εἰρήνης δεσμὸς ἀριπρεπέος.

CXVI. *Aliud* *.

O fontes lacrymarum, o genua, o victimis
Sanctissimis manus Christum placantes
Carterii, quomodo cessastis, uti cæteri homines?
Voluit sacrum cantorem illic cœlestis chorus.

CXVII. *Aliud* **.

Rapuisti, o Nicomedes, cor meum, rapuisti cito
Carterium tuæ socium pietatis.

CXVIII. *Aliud* ***.

O Xolorum divinorum sacra tellus, quale præsidium,
Cruciferum vocans Carterium, tenes!

CXIX. *Basilii Magni epitaphia* ****.

Corpus sine anima prius victurum, quam me sine te,
Basili, amice, Christi serve, existimabam.
1156-1157 Et tamen hoc tuli et mansi. Quid moror in terris? non me hinc sublatum
Collocabis in tuo, aliorumque cœlitum choro?
Ne me, ne me linquas; sepulcrum adjuro; nunquam tui
Obliviscar, ne quidem si velim. Gregorii hoc dictum est.
Cum Basilii divina sapientis rapuit spiritum
Trinitas, libentissime hinc excedentis,
Totus quidem cœlestis exercitus gavisus est eunte;
Omnis autem Cappadocum ingemuit civitas:
Non solum autem illa, sed mundus voce clamavit: Periit præco,
Obiit pulcherrimæ pacis vinculum.

* Scriptum an. 376. — Alias Murator. 40. ** Scriptum an. 376. — Alias Murator. 41. *** Scriptum an. 376. — Alias Murator. 42. **** Scriptum an. 379. — Alias Bill. 65. pag. 152.

CXVI. 2 Ἁγνοτάτοις. Forte ἁγνοτάταις.
CXVIII. 1 Ξωλῶν. Nomen videtur esse aut populi, aut loci cujuspiam, in quo sepultus fuit Carterius. Murat.
CXIX. Tit. *Εἰς τὸν Μέγαν*, etc. Reg. 993 ἐπίγραμμα εἰς τὸν τάφον τοῦ Μεγάλου Βασιλείου. In cod. Reg. 1277 epitaphium illud in plura dividitur.
5 *Λίπῃς*. Reg. 993 λίποις.
6 *Οὐδὲ θέλων*. Ita A. Coll. Edit. οὐδ' ἐθέλων.
10 *Ἐστονάχησε*. Reg. 993 ἐστονάχισσε.

METRICA VERSIO.

CXVI. ALIUD.
(*A. B. Caillau interprete.*)

O lacrymæ, flexumque genu, donisque sacratis
Carterii placans dextera munda Deum,
Quomodo cessastis, cunctorum more virorum?
Cantorem superus jussit adesse chorus.

CXVII. ALIUD.
(*Eodem interprete.*)

Cor nostrum citius, Nicomedes clare, tulisti,
Carterium, similem relligione tibi.

CXVIII. ALIUD.
(*Eodem interprete.*)

Quod tutamen habes, Xolorum terra sacrata,
Carterium vocitans, qui crucis arma gerit.

B CXIX. BASILII MAGNI EPITAPHIA.
(*Fed. Morello interprete.*)

O Christi cultor, Basili, prius ipse putaram
Absque animo corpus vivere, quam sine te.
Usque tuli tamen, ac mansi. An cunctamur abire?
Quin me hinc raptum ad te cœlicolasque vocas?
Ah! ne me hic linquas: testor tua, magne, sepulcra,
Non te ultro excutiet pectore Gregorius.
Cum divini animam Basilii Numen olympo
Evexit cupidam has deseruisse plagas,
Cœlestes acies delectabantur eunte:
At urbs et tellus Cappadocum ingemuit.
Atque simul mundus vocem edidit: Occidit almus
Præco ille, et vinclum fœderis eximii.

Κόσμος ὅλος μύθοισιν ὑπ' ἀντιπάλοισιν ἀεικῶς
Σείεται, ὁ Τριάδος κλῆρος ὁμοσθενέος.
Αἶ, αἶ! Βασιλίου δὲ μεμυκότα χείλεα σιγῇ·
Ἔγρεο, καὶ στήτω σοῖσι λόγοισι σάλος,
Σαῖς τε θυηπολίῃσι. Σὺ γὰρ μόνος ἶσον ἔφηνας,
Καὶ βίοτον μύθῳ, καὶ βιότῃτι λόγον.
Εἷς Θεὸς ὑψιμέδων· ἕνα δ' ἄξιον ἀρχιερῆα
Ἤμετέρη γενεὴ εἶδέ σε, Βασίλιε.
Ἄγγελον ἀτρεκίης ἐριτιμέα, ὄμμα φαεινὸν
Χριστιανοῖς, ψυχῆς κάλλεσι λαμπόμενον.
Πόντου Καππαδοκῶν τε μέγα κλέος εἰσέτι καὶ νῦν,
Αἴσσομ', ὑπὲρ κόσμου ἵστασο δῶρ' ἀνάγων.
Ἐνθάδε Βασιλίοιο Βασίλιον ἀρχιερῆα
Θέντο με Καισαρέες, Γρηγορίοιο φίλον,
Ὃν περὶ κῆρι φίλησα· Θεὸς δέ οἱ ὄλβια δοίη
Ἄλλα τε καὶ ζωῆς ὠκὺς τάχος ἀντιάσαι

Α Ἤμετέρης. Τί δ' ὄνειαρ ἐπὶ χθονὶ δηθύνοντα
Τήκεσθ' οὐρανίης μνωόμενον φιλίης;
Τοσσόν ἔτι πνείεσκες ἐπὶ χθονί· πάντα δὲ Χριστῷ
Δῶκας ἄγων, ψυχὴν, σῶμα, λόγον, παλάμας.
Βασίλιε, Χριστοῦ μέγα κλέος, ἔρμ' ἱερήων.
Ἕρμα πολυσχίστου νῦν πλέον ἀτρεκίης.
Ὦ λόγοι, ὦ ξυνὸς φιλίης δόμος, ὦ φίλ' Ἀθῆναι,
Ὦ θείου βιότου τηλόθε συνθεσίαι!
Ἴστε τόδ', ὡς Βασίλειος ἐς οὐρανὸν, ὡς ποθέεσκε,
Γρηγόριος δ' ἐπὶ γῆς, χείλεσι δεσμὰ φέρων.
Καισαρέων μέγ' ἄεισμα, φαάντατε ὦ Βασίλειε,
Βροντὴ σεῖο λόγος, ἀστεροπὴ δὲ βίος.
Ἀλλὰ καὶ ὡς ἔδρην ἱερὴν λίπες· ἤθελεν οὕτω
Χριστὸς, ὅπως μίξῃ σ' ὡς τάχος οὐρανίοις.
Πάντα πάντ' ἐσάης τοῦ Πνεύματος, ὅσσα τ' ἔασι
Γῆς χθονίης σοφίης. Ἔμπνοον ἶρὸν ἔης.

Mundus totus doctrinis contrariis turpiter
Concutitur, dominium Trinitatis cujus una est potentia.
Eheu, eheu! Basilii clausa sunt labia silentio.
Excitare, ac cesset tuis verbis tempestas,
Tuisque sacrificiis. Tu namque solus illuminasti
Et vitam doctrina, et vita doctrinam.
Unus Deus alte regnans; unum autem dignum antistitem
Nostra ætas vidit te, Basili,
Nuntium veritatis magnisonum, clarissimum oculum
Christianorum, animæ multiplici pulchritudine fulgentem,
Ponti et Cappadocum magnum decus etiam nunc,
Supplico, pro mundo stes dona offerens.
Hic Basilii filium Basilium pontificem
Posuerunt me Cæsarienses, Gregorii amicum
Quem ex corde amavi: Deus illi prospera omnia tribuat,
Aliaque, et vitam quam primum consequi
Nostram. Quæ utilitas in terra diutius commorantium
Contabescere, cœlestis memorem amicitiæ?
Modicum adhuc spirabas in terra; omnia autem in Christo
Dono obtuleras, animam, corpus, eloquentiam, manus:
Basili, Christi magna gloria, columen sacerdotum,
Columen in multas partes nunc sectæ veritatis.
O sermones, o communis amicitiæ domus, o claræ Athenæ,
O divinæ vitæ antiqua consortia!
Scitote hoc, quod Basilius in cœlum, ut cupiebat, evolavit:
Gregorius autem in terris versatur, labiis vincula ferens.
Cæsariensium magna gloria, o illustrissime Basili,
Tonitruum erat oratio tua, fulgur autem vita.
Nihilominus tamen sacram sedem reliquisti; sic voluit
Christus ut jungeret te quam celerrime cœlitibus.
1158-1159 Profunda omnia noras Spiritus, et quæcunque sunt
Terrenæ sapientiæ. Viva victima eras.

15 *Βασιλίου*. Ita legendum propter metrum, et pariter alibi. Edit. male Βασιλείου.
31 *Ἐπὶ χθονί*. Edit. male ἐπὶ χθονοὶ.
33 *Ὦ λόγοι*. Reg. 995, ὦ μῦθοι.
43 *Τοῦ*. Ita Reg. 1277 Edit. τά.
44 *Τῆς χθονίης*. Reg. 995 et A. Colb. τοῖς χθονίοις.

METRICA VERSIO.

Adversis fœde quatitur sermonibus orbis
Quæ Triadis pars est, viribus æquilibris.
Eheu! sunt Basilii clausa labella silentis:
Surge, age, consistat voce procella tua,
Hostia et augusta. In te consona namque fuerunt,
Sermoni vita, et moribus eloquium.
Altitonans, Deus unus; at unam nostra decentem
Te Basili, norunt, sæcula pontificem.
Clarum veri præconem, lumenque coruscum
Christicolis, animi nempe decere nitens.
Ponti et Cappadocum laus ingens, ora, beate,
Ut pro mundo stes, dona ferasque Deo.
Hoc me pontificem Basilium Cæsarienses
Ornarunt tumulo, Gregorii socium,
Ex animo mihi dilectum, huic felicia cuncta
Det Deus, ut vitam hanc obtineatque cito.

B Quid tabescentem juvat in tellure morari,
Oblitum cœlestis pereitum amicitiæ?
Paulalum adhuc terris spirabas, omnia Christo
Largitus, mentem, pectora, verba, manus,
O Basili, magnum Christi decus, arx sacra mystis,
Et vero secto in plura columna pateus.
O studia, amplaque amicitiæ domus, o bonæ Athenæ,
O vitæ sanctæ pacta beata diu!
Scitote ut voti compos Basilius in axe est,
Gregoriusque suis vincula fert labiis.
Cæsareæ, Basili, cultorum amplissima fama,
Sermo tuus tonitru, vitaque fulgur erat.
Sic tamen augustam liquisti, maxime, sedem,
Cum Christo placuit te petere astra cito.
Omnia Flaminis augusti penetralia noras,
Terrenæ et sophiæ, victima viva Deo.

Ὀκταέτης λαοῖο θεόφρονος ἡνία τείνας·
Τοῦτο μόνον τῶν σῶν, ὦ Βασίλει', ὀλίγον.
Χαίροις, ὦ Βασίλειε· καὶ εἰ λίπες ἡμέας ἔμπης,
Γρηγορίου τόδε σοι γράμμ' ἐπιτυμβίδιον,
Μῦθος δ', ὃν φιλέεσκες· ἔχεις χρέος, ὦ Βασίλειε,
Τῆς φιλίης, καί σοι δῶρον ἀπευκτότατον.
Γρηγόριος, Βασίλειε, τεῇ κονίῃ ἀνέθηκα
Τῶν ἐπιγραμματίων τήνδε δυωδεκάδα.

PK'. *Εἰς Μακρίναν τὴν ἀδελφὴν τοῦ ἁγίου Βασιλείου.*

Παρθένον αἰγλήεσσαν ἔχω κόνις, εἴ τιν' ἀκούεις
Μακρίναν Ἐμμελίου πρωτότοκον μεγάλης,

A Ἣ πάντων ἀνδρῶν λάθεν ὄμματα, νῦν δ' ἐνὶ πάντων
Γλώσσῃ, καὶ πάντων φέρτερον εὖχος ἔχει.

PKA'. *Εἰς Εὐσέβιον καὶ Βασίλισσαν.*

Εὐσέβιος, Βασίλισσα, μεγακλέες ἔνθαδε κεῖνται
Ξωλῶν ἠγαθέων θρέμματα Χριστοφόρα,
Καὶ Νόννης ζαθέης ἱερὸν δέμας. Ὅστις ἀμείβεις
Τούσδε τάφους, ψυχῶν μνώεο τῶν μεγάλων.

PKB'. *Εἰς Γεώργιον.*

Καὶ σύ, Γεωργίοιο φίλον δέμας, ἐνθάδε κεῖσαι,
Ὃς πολλὰς Χριστῷ πέμψας ἁγνὰς θυσίας.
Σὺν δὲ κασιγνήτῃ σῶμα, φρένας, ἡ Βασίλισσα
Ξυνὸν ἔχει μεγάλη καὶ τάφον, ὡς βίοτον.

45 Octo annos pii populi habenas tenuisti;
Hoc solum in tuis rebus, o Basili, parvum est.
Vale, o Basili; et licet nos reliqueris,
A Gregorio hoc tibi est epitaphium,
Hic sermo, quem amabas; habes persolutum tibi debitum, o Basili,
50 Amicitiæ, et oblatum tibi donum tristissimum.
Gregorius, Basili, tuæ favillæ obtuli
Epigrammata hæc duodecim.

CXX. *In Macrinam sancti Basilii sororem* *.

Virginem nobilem tumulus habeo, si quam audis
Macrinam Emmelii primogenitam magnæ,
Quæ omnium virorum oculis latuit, nunc vero in omnium
Lingua fertur, et omnium optimam gloriam habet.

CXXI. *In Eusebium et Basilissam* **.

Eusebius et Basilissa, illustres hic jacent,
Xolorum divinorum alumni Christiferi,
Et Nonnæ eximiæ sacrum corpus. Quicunque præteris
Hos tumulos, animarum memento magnarum.

CXXII. *In Georgium* ***.

Tu quoque, Georgii amicum corpus, hic jaces,
Qui multas Christo obtulisti puras hostias.
Simul autem germana corpore et mente Basilissa
Magna commune habet sepulcrum, ut vitam.

* Scriptum an. 380. — Alias Murator. 131. ** Scriptum an. 382. — Alias Murator. 46. *** Scriptuta an. 384. — Alias Murator. 50.

49 *Χρέος*. Reg. 993, χειρός.

51 *Τεῇ κονίῃ*. Reg. 993, τεῇ κόνει τήνδ' ἀνέθηκα. A. Colb. τεῇ κόνι τῇδ' ἀνέθηκα.

52 *Δυωδεκάδα*. Duodecim revera in partes dividitur carmen, quarum prima extenditur a primo versu ad septimum, secunda a septimo ad decimum tertium; tertia a decimo tertio ad decimum nonum; quarta a decimo nono ad vicesimum quintum; quinta a vicesimo quinto ad tricesimum primum; sexta a tricesimo primo ad tricesimum quintum; septima a tricesimo quinto ad tricesimum nonum; octava a tricesimo nono ad quadragesimum tertium; nona a quadragesimo tertio ad quadragesimum quintum; decima a quadragesimo quinto ad quadragesimum septimum; undecima a quadragesimo septimo ad quadragesimum nonum; duodecima a quadragesimo nono ad quinquagesimum primum; post quam sequitur conclusio.

CXXI. 1 *Βασίλισσα*. Infra carm. sequenti Georgius Basilissæ frater appellatur.

METRICA VERSIO.

Octonis annis populi es moderatus habenas
Christicolæ, inque tuis hoc fuit exiguum.
O Basili, valeas; ut sint tibi nostra relicta,
Hoc tibi Gregorii funebre carmen habes,
Sermonemque olim tibi charum. Debita amoris
Nempe soluta tibi tristia dona mihi.
Gregorius, Basili, ecce tuo cineri ista sacravi,
Quæ bis sex constant metra epigrammatiis.

CXX. IN MACRINAM SANCTI BASILII SOROREM.

(*A. B. Caillau interprete.*)

Macrinam teneo claram ferale puellam,
Marmor, quam primo protulit Emmelium:
Quæ cunctos fugiens oculos, nunc fertur in ora
Cunctorum, et magnum nomen ubique tenet.

B CXXI. IN EUSEBIUM ET BASILISSAM.

(*Eodem interprete.*)

Eusebius Basilissa, jacent hic, nomine clari,
Divinæ Xolæ pignora christifera,
Et sacræ corpus Nonnæ. Quicunque sepuleris
Obvius, ah! mentes mente repone pias.

CXXII. IN GEORGIUM.

(*Eodem interprete.*)

Hic caro tu reculas chari dilecta Georgi,
Cujus dextra dedit munera pura Deo;
Et tecum Basilissa simul; commune sepulcrum
Possidet, ut vitam, corpore, mente soror.

ΡΚΓ'. *Εἰς Θεοσέβιον ἀδελφὴν τοῦ Μεγάλου Βασιλείου.*

Καὶ σύ γε, Θευσέβιον, κλεινῆς τέκος Ἐμμελίοιο,
Γρηγορίου μεγάλου σύζυγε ἀτρεκέως,
Ἐνθάδε τὴν ἱερὴν ὑπέδυς χθόνα, ἔρμα γυναικῶν
Εὐσεβέων· βιότου δ' ὥριος ἐξελύθης.

ΡΚΔ'. *Εἰς Φιλτάτιον.*

Ἥβαιον μεγάλοιο μέγαν κοσμήτορα λαοῦ,
Χθὼν ἱερὴ κεύθω Φιλτατίοιο δέμας.

ΡΚΕ'. *Εἰς Γρηγόριον.*

Γρηγόριον μήτρως, ἱερεὺς μέγας, ἐνθάδ' ἔθηκεν,
Γρηγόριος, καθαροῖς μάρτυσι παρθέμενος

A Ἥβαιον, θαλέθοντα, νεόχνοον. Αἱ δὲ πάροιθεν
Τῆς γηροτροφίης ἐλπίδες εἰσὶ κόνις.

ΡΚΣ'. *Εἰς Μαξέντιον.*

Αἵματος εὐγενέος γενόμην· βασιλῆος ἐν αὐλαῖς
Ἔστην. Ὀφρὺν ἄειρα κενόφρονα. Πάντα σκέδασσε
Χριστὸς, ἐπεί μ' ἐκάλεσσε. Βίου πολλαῖσιν ἀταρποῖς
Ἴχνος ἔρεισα, πόθοιο τινάγμασιν, ἔχρις ἀνεῦρον
5 Τὴν σταθερὴν. Χριστῷ τῆξα δέμας ἄλγεσι πολλοῖς,
Καὶ νῦν κοῦφος ἄνω Μαξέντιος ἔνθεν ἀνέπτην.

ΡΚΖ'. *Ἄλλο.*

Ἤλλετ' ἐμοὶ κραδίη, Μαξέντιε, σεῖο γράφουσα
Οὔνομα, ὃς στυφελὴν ἦλθες ὁδὸν βιότου,
Ἄμβροτον, αἰπήεσσαν, ἀτερπέα. Σεῖο, φέριστε,
Ἄτρομος οὐδὲ τάφῳ Χριστιανὸς πελάσει.

CXXIII. *In Theosebium Magni Basilii sororem* *.

Tu quoque Theosebium, inclytæ filia Emmelii
Gregorii magni vere compar,
1160-1161 Hic sacram subiisti humum, columen feminarum
Piarum : vita vero mature excessisti.

CXXIV. *In Philtatium* **.

Adolescentem, magni magnum moderatorem populi,
Tellus sacra tego Philtatii corpus.

CXXV. *In Gregorium* ***.

Gregorium avunculus, sacerdos magnus, hic composuit
Gregorius, juxta puros martyres collocans
Juvenem, florentem, impubem. Antea vero
Conceptæ senectutis alendæ spes sunt cinis.

CXXVI. *In Maxentium* ****.

Sanguine illustri satus, regis in aula
Fui. Supercilium extuli superbum. Omnia evertit
Christus, cum me vocavit. Per varias vitæ semitas
Fixi vestigia, desideriorum arbitrio, donec inveni
5 Viam certam. Christo subegi corpus laboribus plurimis,
Et nunc levis in altum Maxentius illinc avolavi.

CXXVII. *Aliud* *****.

Palpitat mihi cor, Maxentie, tuum scribens
Nomen, qui duram confecisti viam vitæ,
Mortalibus inviam, excelsam, injucundam. Ad tumm, optime,
Sine tremore sepulcrum Christianus non accedet.

* Scriptum an. 385.—Alias Murator. 152. ** Scriptum incerto tempore.—Alias Murator. 45. *** Scriptum incerto tempore. — Alias Murator. 153. **** Scriptum incerto tempore. — Alias Murator. 154. ***** Scriptum incerto tempore.—Alias Murator. 155.

CXXIII. 2 *Σέζυγε*. Forte diaconissa fratris sui Gregorii Nysseni episcopi, quem Theologus *magnum* appellat. Mirum quam multas et quam falsas ex hoc epitaphio conjecturas faciat Muratorius, quem refellimus in Dissertatione de perpetua Gregorii nostri virginitate. Vide tom. I, Præfat.

CXXV. Titul. *Εἰς Γρηγόριον*. Quis ille sit Gregorius, et utrius, Gregorii Nysseni aut Nazianzeni, sit nepos, affirmare non ausim. De auctore carminis dubitat Muratorius.

CXXVI. Titul. *Εἰς Μαξέντιον*. De isto Maxentio nihil aliud novimus, quam quod ex isto carmine discimus.

METRICA VERSIO

CXXIII. IN THEOSEBIUM.

(*A. B. Caillau interprete.*

Theosebium Emmelii clarissima filia magnæ,
Eximii compar inclyta Gregorii,
Corpus humo sacræ mandasti, gloria gentis
Femineæ; cecidit tempore vita suo.

CXXIV. IN PHILTATUM

(*Eodem interprete.*)

Hic magnum magnæ rectorem plebis ephebum,
Philtatii corpus terra sacrata tego.

CXXV. IN GREGORIUM.

(*Eodem interprete.*)

Gregorium, sacer hic princeps, et avunculus olim
Gregorius posuit martyribus socium,
Florentem, impubem, juvenem. Concepta fovenda;
B Sed prius heu! senii spes abit in cineres.

CXXVI. IN MAXENTIUM.

(*Boivinio interprete.*)

Clara stirpe satus, regalem admittor in aulam.
Grande supercilium attollo. Mox omnia Christus
Dissipat, errantem revocans. Vestigia flecto
Per varias incerta vias, jactantibus auris
Votorum, donec vitæ via certa reperta est.
Ærumnis corpus variis tibi, Christe, subegi.
Nunc levis alta super redeo Maxentius astra.

CXXVII. ALIUD.

(*A. B. Caillau interprete.*)

Cor tremit ecce tuo, Maxenti, nomine scripto,
Qui duram egisti per cava saxa viam,
Mobilibus ingratam abruptis. Quis, clare, sepulcrum,
Quis pius absque metu posset adire tuum?

ΡΚΙΓ'. *Εἰς Εὐπράξιον.*

Χώρης τῆσδ' ἱερῆς Εὐπράξιον ἀρχιερῆα
Ἤδ' Ἀριανζείη χθὼν μεγάλη κατέχω,
Γρηγορίοιο φίλον, καὶ ἥλικα, καὶ συνοδίτην·
Τοὔνεκα καὶ τύμβου γείτονος ἠντίασεν.

ΡΚΘ'. *Εἰς Παῦλον.*

Ἄπορον βίου τὸ τέρμα· δ Βλέπε πῶς τὰ πάντα
Διὸ μὴ τρέχε ἀδήλως. [κόνις,
Ἀρετὴν δίωξον, ἵνα Ἥκτα δ' αὖ πάλιν τέφρα.
Ἐκεῖθεν βλέον εὑρήσῃς. Ὅσα γὰρ κόσμος ἔχει,

Α Τύμβος ὄντως ἀφέξει.
Βίος οὐ πέφυκε μένειν·
Ηὐα εὐμάραντός ἐστιν,
Ἀνύπαρκτός ἐστιν ὄλβος,
Ἀτύπωτόν ἐστιν ἴχνος.
Γυερὸν κενῶσα δάκρυ,
Ἐμὸν εἰς τάφον τεκοῦσα,
. . . . . .
Ὑπερ εἰ μόνον δοκεύσεις,
Κραδίης πόνον συνέξεις.
Δακρύων γέμουσι τύμβοι,

Ἀπλέτων γέμουσιν οἴ- [κτων·
Ὁ γὰρ εἰς τάφον προ- [κύψας,
Συνέλεξεν ἔνδον ἄλγος.
Ἐμὸν εἰς δέμας τὸν ὄμμα
Διάρας, σκόπευε γυῖα·
Ἐμὲ γὰρ ῥάδαμνον ὥσπερ
Νέον ἐξέκοψεν ἄδης.
Ζοφερὸν δόμον πετάσας,

CXXVIII. *In Eupraxium* [*].

Provinciæ hujus sacræ Eupraxium pontificem
Arianzæa tellus magna complector,
Gregorii amicum, ætate parem, et synoditam :
Propterea et tumulum vicinum consecutus est.

1162-1163 CXXIX. *In Paulum* [**].

Incertus vitæ finis ;
Quare ne in incertum curras.
Virtutem sectare, ut
Hinc discedens beatam vitam reperias.
Cerne quomodo omnia pulvis,
Omnia autem iterum cinis.
Quidquid enim mundus continet,
Sepulcrum sane sibi vindicabit.
Vita non potest permanere :
Herba est marcescens,
Ficta est felicitas,
Male impressum vestigium.
Acerbas profundens lacrymas,
Meum in tumulum parens
Cadaver intulit.
Quod si solum attenderis,
Anxias in animo curas habebis.
Lacrymis referti sunt tumuli,
Ingentibus referti sunt doloribus
Qui enim in sepulcrum prospicit,
Acervat animo dolorem.
In corpus meum oculos tuos
Conjiciens, cernæ membra ;
Me etenim velut surculum
Tenellum excidit orcus.
Tenebrosam domum recludens,

[*] Scriptum incerto tempore. — Alias Marator. 51. [**] Scriptum incerto tempore. — Alias Bill. 105. pag. 179.

CXXVIII. Titul. *Εἰς Εὐπράξιον.* Eupraxius ille est forsam de quo Gregorius scribit ad Eusebium Samosatensem episcopum in exilio argentam, epist. 65, olim 50 : *Quanquam mihi semper charus fuit, atque inter sinceros amicos venerabilis frater noster Eupraxius*, etc., sed diversus ab iis de quibus infra in Epigrammate III, olim 184.

3 *Συνοδίτην.* Id est *cœnobitam.* Socrat. *Hist. eccles.*, lib. IV, cap. 23, memorat τοὺς ἐν κοινοβίοις, ἤ συνοδίοις μοναχούς, *monachos cœnobitas, aut synoditas.*

4 *Γείτονος.* Vicinus enim Arianzus pagus, ubi degebat Gregorius.

CXXIX. Tit. *Εἰς Παῦλον.* Quis sit hic Paulus, non satis constat.

4 *Εὐρήσῃς.* Forte legendum εὕρῃς propter metrum. Caillau.

15 . . . . . Hic Billius credit unum deesse versum, quam opinionem secuti Benedictini addiderunt hæc verba : *Cadaver intulit ;* utrum id fecerint alicujus codicis auctoritate, an ex conjectura, prorsus nescio, cum in iis, quæ supersunt, notis, nil tale appareat, lapsuque temporis perierit pagina quæ locum hunc elucidare potuisset. Forte nec ipsi rigam deficientem repererant, imo et forte non deficit, cum hinc ea omissa versus quinquaginta habeat poema, et admissa numerus impar exsurgat ; inde vero nihil quoad sensum desideretur, modo una tantum mutetur littera. Si enim legeris κένωσε pro κενῶσα, sensum invenies planum, scilicet : *Acerbas profudit lacrymas meum in tumulum mater.* Ib.

19 *Ἀπλέτων.* Sic legendum et exigit metri regula. Edit. ἁπλέστων in textu ; ad marginem vero ἀπλέτων. Ib.

METRICA VERSIO.

CXXVIII. IN EUPRAXIUM.

(A. B. Caillau interprete.)

Qui fuit his pastor terris Eupraxius olim,
Complector gremiis hunc Arianza meis.
Gregorio charus, vitaque et tempore compar,
Vicino juxta conditus est tumulo.

CXXIX. IN PAULUM.

(Billio interprete.)

Incerta meta vitæ : Recto stude, queas ut
Hac certus ergo curras. Illic beatus esse.

B Ut pulvis et favilla
Sint cuncta, cerne, quæ- [so.
Quod mundo inest, id [omne
Sane ferat sepulcrum.
Est namque fluxa vita :
Marcescit instar herbæ,
Sors est nihil beata,
Signa pedis haud notata.
Tristi parens profuso
Fletu, dedit sepulcro
Fœtens meum cadaver :
Solum quod ipse cernens,
Luctum gravem fovebis.
Fletu scatent sepulcra,
Magno scatent dolore.
Nam qui videt sepulcrum,
Luctus acervat intus.
Cernens meum cadaver,
In membra fige vultum :
Me namque scidit Orcus
Gammum velut tenellum.
Nigram domum recludens

Ἀκόρεστος εἶλε Πλούτων Ἰδὲ ποῦ τρέχεις, ἐπίσχες. Α Λαγόσι μ' ἔκρυψε γαῖα, Παλάμας ἔτευξας, ἄσπερ
Ἐμὲ Παῦλον, ὥσπερ ἔρνος 55 Ἰδὲ πῶς φθορᾷ συν- Λόγον οὐ φέροντα πάμπαν. Καθάρας δίκης με ῥῦσαι
Ἄπαλὸν τεμὼν πρὸ ὥρας. [άπτῃ. φθορὰ γὰρ πέδησε γλῶτ- Ῥοθίου κλέγοντος. Οἴμοι!
Θάνατος νέων τὸ κάλλος Κόνις ὡς πέφυκε κόσμος, Μέλεα σκέδασε πάντα. [ταν, Τότε πῶς ἄκαυστος ἔξω,
Ὅλον, ὡς χλόην, θερίζει Ὁμίχλη, θύελλα, τέφρα. Πάτερ, ὦ Πάτερ, Θεέ μου, Ὃν ἐγὼ ῥύπον συνῆξα;
Δρεπάνῃ Ἥδει γὰρ οὗτος Δίκην τὰ πάντα ἀέρος Ὃς ἔχεις πυκὴν ἑκά- Καλάμης γὰρ ἔσχον ἔργα.
Ἀδιεξόδευτος ὄντος. Ῥέουσι ἀθρόως μάτην. [στου·

Insatiabilis Pluto rapuit
Me Paulum, ut plantam
Tenellam præcidens ante tempus.
Mors juvenum decorem
Omnem, velut herbam, metit
Falce. Est enim illa
Vere inevitabilis.
Cerne quo pergas, siste.
Intuere quomodo morti conjunctus sis.
Ut pulvis est hic mundus,
Nubes, procella, cinis.
Omnia velut aer,
Confertim fluunt incassum.

Sinu suo abscondit me terra,
Verbum non proferentem ullum.
Mors enim meam ligavit linguam,
Membra sparsit omnia.
Pater, Pater, Deus meus,
Qui continues flatum uniuscujusque;
Dexteras formasti, quarum sordes
Mundans, erue me a pœna
Fluvii ardentis. Heu me!
Quomodo tum, ita ut non ardeam, habebo
Quas ego sordes contraxi?
Stipula enim sunt opera mea.

52 *Οὔτος*. Ita vertere Benedictini, et ratio postulat. Edit. ὄντως in textu; ad marginem οὗτος. Cail.

46 *Ὅς*. Legendum ita videtur cum Benedictinis in versione. Edit. ὃν περ. Ib.

METRICA VERSIO.

Me furco cepit Orcus:
Plantam velut tenellam
Præcidit ante tempus.
Juvenum metit decorem
Falx mortis, instar her-
[bæ.
Nam nemo prorsus illam
Vitare possit unquam.

Quo pergis ipse cerne,
Sistens gradum tuere
Mors ut sibi liget te.
Ut pulvis orbis hic est,
Nubes, cinis, procella.
Hic quidquid est, ut aer
Levis, fluit repente.
Tellus sinu tegit me,

Β Sic ut loqui negetur.
Nam labra mors ligavit,
Et membra cuncta spar-
[sit.
Pater, pater, Deusque
Cujusque qui creasti
Meatem, manusque,
[quando

Volvetur amnis ardens,
Meas ab igne sordes
Quis, quæso, vindicabit?
Mea acta stuppa nam sunt.

ΕΠΙΓΡΑΜΜΑΤΑ.

EPIGRAMMATA.

Α'. *Εἰς Γιγάντιον οἰκοδέμον.*

Ἄλλος μὲν Βαβυλῶνος ἐπίδρομον ἅρμασι τεῖχος,
Ἄλλος δ' Αἰγύπτου δείματο πυραμίδας·
Καὶ πόντον πεζός τις ἐπήλασε, καὶ διὰ γαίης
Νῆας ἐϋστέλμους ἦγαγε Θρηϊκίης.
Αὐτὰρ ἐγὼ σκοπιήν τε καὶ οὔρεα μικρὰ τινάξας
Χειρὶ γιγαντείῃ, κῆπον ἔνυδρον ἔχω.

1164-1165 I. *In Gigantium domorum ædificatorem* *.

Alius quidem Babylonis pervia curribus mœnia,
Alius autem Ægypti fabricavit pyramidas:
Alius per pontum processit, et per terram
Thraciam naves bene transtratas perduxit.
Verum ego speculam et exiguos montes concutiens
Manu gigantea hortum irriguum habeo.

* Alias Murator. 225.

I. Tit. *Εἰς Γιγάντιον*. Muratorius suspicatur, nec immerito, scriptum pro Sigantio qui cremicola erat amicitia cum Gregorio conjunctus, ad quem exstat carmen cum isto non parum conveniens, infra II, alias Bill. 106. — Servavimus titulum cum nomine Gigantii, propter ultimum versum, in quo alludit evidenter poeta ad nomen Giganti, χειρὶ γιγαντείῃ. Forte Gregorius scripsit Γιγάντιον pro Σιγάντιον, ut gratior ludus evaderet. Caillau.

METRICA VERSIO.

I. IN GIGANTIUM DOMORUM ÆDIFICATOREM.
(A. *B. Caillau interprete.*)

Condidit hic muros Babylonis curribus aptos,
Ægypti moles fecit at ille graves:
Ille pedes sulcavit aquas, Thraciasque per oras
Perduxit solidæ ligna stupenda ratis.
Ast ego concutiens speculam, montesque pusillos
Arte gigantea, fonte virecta rigo

B'. *Εἰς Σιγάντιον ἐρημίτην.*

Χαίρων μὲν ἦλθον, ὡς πόθου σβέσων φλόγα,
Τῆς σῆς ὃν εἶχον ἐνθέου συνουσίας.
Ἐπεὶ δὲ κρήνας εὗρον ἀκρήνους σαφῶς,
Πηγῆς ἀπούσης ἐμοὶ ποτιμωτάτης,
Ἦλθον ἀπῆλθον αὖθις καὶ μᾶλ' ἐστυγνασμένος,
Ἐν προσλαβών· τί τοῦτο; διψῆσαι πλέον.
Εὔχου δ' ὅμως μοι δευτέραν συντυχίαν,
Ὅπως κατασβέσαιμι τὴν πολλὴν φλόγα,
Λαβών τι, καὶ δεῖ, τῶν Θεοῦ νοημάτων.

Γ'. *Εἰς Εὐπραξίους.*

Οὐδ' μὲν ἐν πυμάτοις Εὐπράξιος, οὐδὲ μὲν ἄλλος·
Οὔνομ' ἓν ἀμφότεροι, θυμὸν ἔχοντες ἕνα,

Α Γρηγορίου Ἱερῆος ὑποδρηστῆρες ἄριστοι,
Τοῦ καὶ νῦν λάτριες, κεῖθι παρεστάότες.

Εἰς Φιλάγριον, καὶ πρὸς ὑπομονήν.

Ἔστιν Ἐπικτήτοιο μέγα κλέος ἐν προτέροισιν,
Ἔστιν Ἀναξάρχου· ὧν ὁ μὲν ἀγνύμενος
Τὸ κλέος οὐκ ἀλέγιζεν· ὁ δ' ὄλμου χεῖρας ἔχοντος
Κοπτόμενός γ' ἔβόα· Πτίσσετε τὸν θύλακον.
Ἀλλὰ σὺ καὶ δηναιὰ, Φιλάγριε, σώματι κάμνων
Δαπτομένῳ, ψυχὴν αἰὲν ἄπληκτον ἔχεις.

Ε'. *Ἄλλο.*

Εἰ μή σοι δέμας ἦε, Φιλάγριε, τόσσον ἀκιδνόν,
Οὔποτε σῆς ἀρετῆς κάρτος ἂν ἐφρασάμην.

II. *In Sigantium eremitam* *.

Gaudens quidem veni, ut flammam desiderii exstinguerem,
Quo flagrabam, cœlestis tui congressus.
Verum postquam fontes reperi, qui reipsa fontes non erant,
Siquidem aberat fons mihi dulcissimus;
Statim recessi magno mœrore affectus,
Rem unam consecutus : quænam illa ? ut sitirem magis.
Precor tamen mihi alterum congressum,
Ut exstinguam ingentem flammam,
Accipiendo et impertiendo aliquid divinarum cogitationum.

III. *In Eupraxios* **.

Neque inter ultimos Eupraxius, neque alter;
Nomen unum ambo, animum habentes unum.
Gregorii sacerdotis ministri optimi,
Ejusque etiam nunc famuli, illic adstantes.

IV. *In Philagrium et ad patientiam* ***

Est Epicteti magna gloria inter primos,
Est Anaxarchi; quorum ille confractus
Gloriam non curabat : hic vero mortario manus tenente,
Cum tunderetur clamabat : Tundite utrem.
Sed tu quoque diuturna mala, Philagri, corpore ferens
Lacerato, animum semper imperenssum habes.

1166-1167 V. *Aliud* ****.

Nisi tibi corpus fuisset, Philagri, tam imbecille,
Nunquam tuæ virtutis vires deprehendissem.

* Alias Bill. 106, pag. 180. ** Alias Murator. 184. *** Alias Murator. 195. **** Alias Murator. 197.

II. Titul. *Εἰς Σιγάντιον.* Probabile est hunc eumdem esse ac præcedentem. Caillau.

III. Titul. *Εἰς Εὐπραξίους.* Duo illi Eupraxii inservierant in sacro ministerio Gregorio, quem Muratorius putat esse Gregorium seniorem, sed nullo nixus fundamento. Hos etiam versus ab integro aliquo carmine Nazianzeni avulsos censet, quale illud est *ad Hellenium de Monachis*, ubi de multis viris piis agitur. Illic pene simile distichi unius exordium occurrit. Vide lib. II, sect. 2, carm. I, vers. 171.

IV. Titul. *Εἰς Φιλάγριον.* Philagrius, ex intimis Gregorii familiaribus, multis gravissimisque morbis afflictus miram exhibebat patientiam. Exstant plures ad eum Gregorii epistolæ.

METRICA VERSIO.

II. IN SIGANTIUM EREMITAM.

(*Billio interprete.*)

Lætus quidem ipse veneram, ut restinguerem
Sitim, videndi quæ tenebat me tui.
Ast ut carentem fonte fontem repperi
(Aberat enim tum fons mihi dulcissimus),
Tristi recessi mente rursus admodum,
Hoc nactus unum, major ut premat sitis.
At tu precare, rursus ut mi copia
Fiat tui, quo maximum ignem comprimam,
Deique sensa dem tibi, sumam et simul.

III. IN EUPRAXIOS.

(*A. B. Caillau interprete.*)

Non apud extremos Eupraxius, unus et alter :
Unum ambo nomen, mens habet una duos,
Gregorii mystæ sacri fidique ministri,
Hic famuli stantes illius estis adhuc.

IV. IN PHILAGRIUM ET AD PATIENTIAM.

(*Eodem interprete.*)

Fulget Epicteti super inclyta gloria cunctos,
Fulget Anaxarchi. Fractus enim ille decus
Despexit, dura vero hic calcante cruentas
Mole manus, tunsus : Tundite, dixit, utrem.
Tu quoque, tu lacero portans mala longa, Philagri,
Corpore, vim firmi pectoris usque tenes.

V. ALIUD.

(*Eodem interprete.*)

Si tibi non fuerint tam languida membra, Philagri,
Non tua virtutis vis mihi nota foret.

Νῦν δὲ τὸ μὲν διόλωλε, σὺ δ' ἔμπεδος. Ἦ ῥ' ἐτεόν γε Α
Τοῖς ἀγαθοῖσι Θεὸς φάρμακον ἄλγος ἄγει.

Γ'. *Ἄλλο.*

Ἐξέφαγεν νοῦσός σε, Φιλάγριε· ὄσσε' ἐκάλυψεν·
Ψυχὴ δ' ἐκ παθέων ἐστὶ φαεινοτέρη.
Πάσης μὲν σοφίης σε δαήμονα οἶδα, φέριστε,
Τούτου δ' οὐδὲν ἔχω φέρτερον ἄλλο λέγειν.

Z'. Εἰς λοίδορον.

Πολλὰ λέγεις με κακῶς, ὦ φίλτατε· εἰ μὲν ἄριστος
Αὐτὸς ἐὼν, τάχα τι καὶ πείσομαι· εἰ δὲ κάκιστος,
Αἰσσομ' ἀεί με λόγοις καὶ πλείονα. Τῷδ' ἂν ἔγωγε
Πᾶσιν ἀριστεύοιμι. Κακοῖς ἔχθεσθαι ἄμεινον.

Η'. *Ἄλλο.*

Πολλὰ λέγεις με κακῶς, ὦ φίλτατε. Δρᾷς δὲ σεαυτόν.
Τόνδε λογισμὸν ἔχω φάρμακον εἰς τὸ πάθος·
Εἰ μέν σοι παρίῃσι Θεὸς μέγας, ἔστιν ἃ κἀμοί·
Εἰ δ' ἀγανακτήσει, τί πλέον ἐστὶ δίκη;

Θ'. *Ἄλλο.*

Πολλὰ λέγεις με κακῶς, ὦ φίλτατε. Εἰ μὲν ἀληθῆ,
Αἴτιος, ὃς τὴν σὴν γλῶσσαν ἐφειλκυσάμην.
Εἰ δ' ἀδίκως ψευδῆ τε, τί πρὸς ἐμέ; πλὴν λέγε πᾶσιν·
Ὧδε ἄρ' ἂν μείζω τίσιν ἔχοις Θεόθεν.

I'. *Εἰς ἀγαπητούς.*

Ἤδη μοι πολιή· δάπτω δέμας, ὄμμα δαμάζω·

Nunc autem illud deperiit, tu vero integer. Quam vere
Bonis Deus in medelam ærumnam adducit.

VI. *Aliud* *.

Exedit te morbus, Philagri; oculos texit:
Anima autem ex malis est splendidior.
Omnis quidem sapientiæ te peritum novi, optime;
Hoc autem nihil aliud melius habeo dicere.

VII. *In maledicum* **.

Plurimum mihi maledicis, charissime. Si quidem optimus
Ipse es, fortasse et in aliquo tibi credam; sin autem pessimus,
Precor semper mihi maledicas et gravius. Sic equidem
In omnibus vicero. A malis odio haberi melius.

VIII. *Aliud* ***.

Plurimumque mihi maledicis, charissime. Facis autem tibi ipsi.
Hoc argumentum habeo remedium calamitatis:
Si quidem tibi indulgeat Deus magnus, sunt et in quibus mihi indulgeat:
Si autem indignetur, quæ major est vindicta?

IX. *Aliud* ****.

Plurimum mihi maledicis, charissime. Si quidem vera,
Causa ego ipse, qui linguam contra me traxi.
Si autem injuste et falsa, quid ad me? quin imo die omnibus:
Ita enim majorem ultionem consequeris a Deo.

X. *In agapetos* *****.

Jam mihi canities est; lacero corpus; oculum domito;

* Alias Murator. 198. ** Alias Murator. 187. *** Alias Murator. 188. **** Alius Murator. 189. ***** Alias Murator. 201.

X. Titul. *Εἰς ἀγαπητούς.* Agapeti, seu dilecti, quos hoc carmine et sequentibus exagitat Gregorius, isti erant qui postquam castitatem Christo dicaverant, ac sese monasticæ vitæ addixerant, cum virginibus plerumque Deo sacris cohabitabant, animorum tantummodo, non corporum amorem communionemque præ se ferentes. De agapetis synisactisque longam et doctam disquisitionem instituit vir doctissimus Muratorius. Ex his autem carminibus quæ hic edidit, animadvertit ipse nonnulla vulgata, sed Latine tantum a Billio ad calcem tom. II, et Græca quoque antea ab Aldo in vetusta editione, quæ prodiit an. 1504.

METRICA VERSIO.

Nunc periit corpus, manet at mens integra. Numen B
Quam vere sanat percutiendo bonos!

VI. ALIUD.

(*A. B. Caillau interprete.*)

Exeso, Philagri, clausit tibi lumina morbus,
Sed mens clara magis facta dolore fuit.
Omnis te sophiæ novi, dilecte, peritum·
Hoc autem melius dicere non habeo.

VII. IN MALEDICUM.

(*Eodem interprete.*)

Tu mala (dura mihi dicis, charissime. Justus
Si fueris, tibi forte fides; sin pessimus, oro,
Usque mihi et gravius maledic. Mihi clara manebit
Sic palma in cunctis. Lucrum fert ira malorum.

VIII. ALIUD.

(*Eodem interprete.*)

Tu mala, chare, mihi dicis. Tibi sed facis ipsi
Est argumentum hoc certa medela mali,
Si pareit tibi Numen, adest unde et mihi pareat·
Si manet ira, gravis quæ tibi pœna magis?

IX. ALIUD.

(*Eodem interprete.*)

Tu mala, chare, mihi dicis. Si vera, reatus
Est mihi, cum linguæ dira flagella trahem.
Si vero ficta injuste, quid pertinet ad me?
Dic cunctis. Feriet durior ira caput.

X. IN AGAPETOS.

(*Eodem interprete.*)

Jam mihi canities; corpus domo, lumina subdo;

Φροντίσιν ἡματίῃσι, καὶ ἐννυχίῃσι τέτηκα
Ψυχὴν σὴν τριτάλαιναν, ὅπως πυρὸς ἐξερύσαιμι·
Ἀλλ' ἔμπης κρατέω τοῦ σώματος οὐκ ἀμογητί.
5 Πῶς δὲ σὺ καὶ νεότητα φέρων, καὶ σάρκας ἐγείρων
Εὐρυτέρας ἐλέφαντος, ἔπειτα δέ μοι διαθρύπτῃ
Ὡς δή τις καθαρὸς, καὶ πνεύματι τὴν ἀγαπητὴν
Στέργων; Ὦ ψευκτῆς ἀγάπης, ἣ Χριστὸν ἀτίζει!

IV. Ἄλλο.

Παρθένε, Χριστὸν ἔχεις αἰεὶ ζώοντ' ἐπίκουρον,
Νυμφίον ἱμερόεντα, τεῆς ζηλήμονα μορφῆς
Οὐρανίης. Μὴ σάρκα πάλιν, σαρκός τε ταλαίντης
Δέξῃ κηδεμόνα· γλώσσας δ' ἀλέεινε κακίστων.
5 Μὴ Χριστοῦ χιτῶνα τὸν ἄσπιλον αἴσχεσι μίξῃς.
Πάσαις παρθενικῇσιν ἐλεγχείην ἐπιθεῖσα.

A

IB'. Ἄλλο.

Πῦρ ἐγγὺς καλάμης, οὐκ ἀσφαλές. Οὐδὲ γυναῖκα
Παρθένον, ὦ μοναχὲ, κτᾶσθαι ὁμορόφιον
Ἄρσενα, καὶ θήλειαν ἐχώρισεν ἐλπὶς ἀμείνων·
Ἡ δὲ φύσις κρυπτὴν τὴν νόσον ἔνδον ἔχει.
5 Ἢν ἀπέχῃς μακρὰν, σπινθὴρ μένει· εἰ δ' ἀναμίσγῃ,
Ἄψεις πυρκαϊὰν πνεύματος ἐξ ὀλίγου.

IF'. Ἄλλο.

Τοῖς ἀγαπητοῖς κηρύσσω τάδε, ταῖς τ' ἀγαπηταῖς·
Ἐρῶτε. Χριστιανῶν δηλήμονες· ἔρρετε, λύσσης
Κλέπται τῆς φυσικῆς· καὶ ὄμματα πόρνου ἔχει τι.

IΔ'. Ἄλλο.

Ἄρσενα πάντ' ἀλέεινε, συνείσακτον δὲ μάλιστα,
Μηδρὰς πικρὸν ὕδωρ, παρθένε, πείθεό μοι.

Curis diurnis et nocturnis absumo
Animam ter miseram, ut ab igne eripiam :
Sed nihilominus ægre corpori impero.
1168-1169 5 Quomodo autem tu, et juvenitutem ferens, et carnes erig us
Ampliores elephanto, deinde vero te mihi jactas
Tanquam sane quis purus, et spiritu dilectam
Amans ? O fugienda dilectio, quæ Christum inhonorat!

XI. *Aliud* *.

Virgo, Christum habes semper vivum adjutorem,
Sponsum amabilem, tuæ amatorem formæ
Cœlestis. Ne carnem rursus, carnisque miseræ
Admitte moderatorem ; linguas vero improborum declina.
5 Ne Christi tunicam immaculatam probris misce,
Omnibus virginibus opprobrium imponens.

XII. *Aliud* **.

Ignis prope stipulam, non est tutum. Neque mulierem
Virginem, o monache, habere contubernalem.
Masculum et feminam separavit spes melior :
Natura autem occultum intus morbum habet.
5 Si ablueris longe, favilla manet ; si autem congrediaris,
Excitabis incendium ex vento modico.

XIII. *Aliud* ***.

Agapetis hæc prædico et agapetabus :
Abite in malam rem, Christianorum corruptores ; perite, furoris
Fures naturalis ; nam oculi meretricium habent quidpiam.

XIV. *Aliud* ****.

Masculum omnem devita, synisactum vero maxime,
Uti mirrhæ amarulentam aquam, virgo, crede mihi.

* Alias Murator. 202. ** Alias Murator. 205. *** Alias Murator. 209. **** Alias Murator. 211.

XII. 5 Ἀπέχῃς. Male edit. ἀπέχῃσι. Ibid. εἰ δ'. Edit. ἢ δ'.

XIV. 2 Μηδρὰς. Intelligit poeta aquas amaras, quarum fit mentio Exod. xv, 23.

METRICA VERSIO.

Ter miseram curis animam noctuque diuque
Absumo ut diri solvatur ab ignibus orci :
Sed vix justa tamen carni do frena rebelli.
Tu qui flore vigens ævi, carnesque superbo
Majores barro extollens, te postea jactas,
Ut quis amans puro dilectam a flamine purus?
O fugiendus amor, Christo qui dedecus infert!

XI. ALIUD.

(A. B. Caillau interprete.)

Virgo, tibi purum vivens in sæcula Christus,
Sponsus amans servat formæ cœlestis honorem.
Ne carnem infelix rursus, carnisque misellæ
Rectorem admittas ; linguam fuge canta malorum.
Ne puræ Christi sordescat gloria vestis,
Virgineumque chorum labes turpissima fœdet.

B

XII. ALIUD.

(Eodem interprete.)

Culmo ignis propior, res est non tuta ; puellam
Nec retinere tuis ædibus, o monache :
Spes longe melior sexum divisit utrumque,
Sed naturæ intus morbus opertus inest.
Si fugias, scintilla manet ; si proximus adstes,
E flatu modico flamma micabit edax.

XIII. ALIUD.

(Eodem interprete.)

Hæc agapetorum clamat mea lingua catervæ :
O morum timeæ, furesque, perite, furoris
Mentibus ingeniti. Sapiunt nam lumina scortum.

XIV. ALIUD.

(Eodem interprete.)

Vita omnem, mihi crede, virum, super omnia vero,
Virgo, synisactum : myrrha timenda minus

Αἰνῶ σωφροσύνην, καὶ σώφρονας· οἱ δ' ἀγαπητοὶ
Μίσγουσίν τι χολῆς, ὦ φθόνε, τῷ μέλιτι.
Δίγαμον, ἢ ἀγαπητόν. Ὁ μὲν γάμος οὐδὲν ὄνειδος·
Τῶν δὲ συνεισάκτων φείδεται οὐδὲ λίθος.

ΙΕ'. *Περὶ τῶν συνεισάκτων.*

Λευκοῦ καὶ μέλανος μικτὴ φύσις ἐστὶ τὸ φαιόν·
Ζωὴ καὶ θάνατος οὐδὲν ἔχουσι μέσον.
Τοὺς δὲ συνεισάκτους, ὡς δὲ φάσκουσιν ἅπαντες,
Οὐκ οἶδ' εἴτε γάμῳ δώσομεν, εἴτ' ἀγάμους
Θήσομεν, εἴτε μέσον τι φυλάξομεν. Οὐ γὰρ ἔγωγε,
Κἂν με λέγητε κακῶς, πρᾶγμα τόδ' αἰνέσομαι.
Οἱ πλείους ἀκόλαστοι· καὶ ταχὺς εἰς ὑπόνοιαν
Ἐκ τῶν οἰκείων ἐστὶν ἅπας ἑτέροις.
Σάρκα φέρων συζῇς ἀγαπητῇ σάρκα φερούσῃ.

Α Καὶ τί φρονεῖν οἴει τοὺς ῥυπαροὺς περὶ σοῦ;
Ἔστω, μή τι λέγειν τοὺς σώφρονας· ἀλλὰ τίς οἴσει
Τὸν παρὰ τῶν πολλῶν μῶμον ἐγειρόμενον;
Ἔννομόν ἐστ' ὁ γάμος καὶ τίμιον· ἀλλ' ἔτι σαρκός·
Κρεῖσσον δ' οὐκ ὀλίγῳ σαρκὸς ἐλευθερία.
Εἰ δ' ἔστιν παρὰ ταῦτ' ἄγαμος γάμος, ὦ ἀγαπητοί,
Ἐν ταῖς ἀμφιβόλοις ζήσατε συζυγίαις.

ΙϚ'. *Ἄλλο.*

Πρῶτον ἀληθείᾳ σπουδάζετε σώφρονες εἶναι·
Δεύτερον αἰσχροτάτων μηδ' ὑπόνοιαν ἔχειν.
Εἰ καθαρὸς, χρυσοῦ καθαρώτερος· ἀλλ' ἐμὲ πλήσσεις,
Τῇ ἀγαπητῇ σου σῶμα καὶ ὄμματ' ἔχων.
Ἡ ἀγαπητή σου, καὶ τοὔνομα τοῦτο τὸ σεμνόν·
Φεῦ, φεῦ! μή τι ἔχῃ καὶ ῥυπαρᾶς ἀγάπης.

Laudo pudicitiam et pudicos. Sed agapeti
Miscent aliquid fellis, o invidia, melli.
Bigamum potius quam agapetum (laudo). Conjugium quidem nihil affert probri;
Synisactis autem nequidem parcunt lapides.

XV. *De synisactis* *.

Albi et nigri mista natura est color fuscus;
Vita et mors nullum inter se habent medium.
1170-1171 Synisactos vero, ut eos omnes appellant,
Nescio an inter conjugatos, an inter cælibes
Ponerimus, an vero medium aliquod servabimus. Non enim ego,
Quamvis male de me dicatis, rem hanc laudabo.
Multi sunt intemperantes; et velox ad suspicionem,
Ex propriis rebus est quilibet erga alios.
Carnem ferens convivis cum dilecta carnem ferente.
Et quid sentire putas inquinatos de te?
Esto, nihil obloquantur honesti homines; sed quis ferat
A multis livorem excitatum?
Legitima res et honorabilis, nuptiæ sunt; sed adhuc carni serviunt:
Res autem longe melior, carnis libertas.
Si autem præterea innuptæ nuptiæ sunt, o dilecti,
In ambiguis vivetis conjugiis.

XVI. *Aliud* **.

Primo studete vere pudici esse:
Deinde turpium neque suspicionem injicere.
Es purus, auro purior; sed me vulneras,
In dilectam tuam corpus et oculos intentos habens.
Est dilecta tibi, et nomen hoc honestum;
Heu, heu! cave ne quid habeat imparæ dilectionis.

* Alias Murator. 204. ** Alias Murator. 205.

5 *Δίγαμον*. Murat. mallet legere δύσγαμον. Forte ἢ γάμον. *Profecto nuptias potius quam Agapetum laudo.*

XV. Tit. *Περὶ τῶν συνεισάκτων*. De *synisactis*, ceu cointroductis, idem dicendum ac de agapetis. Utrique enim erant qui, licet castitatem professi, cum feminis ejusdem propositi cohabitabant.

16 *Ζήσατε*. Forte legendum est ζήσετε.

XVI. 5 *Σου*. Melius poneretur σοι.

METRICA VERSIO.

Laus sit virtuti, sit castis. Ast agapeti
Immiscent mellis fellis amara favo.
Iis potior bigamus; thalamo nil turpe, sed ipsa
Dura synisactis parcere petra nequit.

XV. IN SYNISACTOS.

(*A. B. Caillau interprete.*)

Album junge nigro, fuscus color exsilit inde:
Nil medii vitam separat atque necem.
Turba synisactos solito quos nomine signat,
Suntne tori sociis, virgineove choro
Censendi, an medium quoddam datur? Ast ego [certe,
Non laudo hoc, de me sint male dicta licet.
Sunt multi infrenes; velox et pendere rebus
Quilibet ex propriis non sua facta solet.

Β Carnalis charæ carnem convivis habenti:
Corruptos de te credere quid reputas?
Esto, nihil dicant justi; quis tanta moveri
Invidiæ a multis murmura ferre queat?
Est rectus sanctusque torus, sed vernula carnis:
Carnis libertas, res celebranda magis.
Nuptiæ at innuptæ si dentur, chara caterva,
Vos patet in dubiis vivere conjugiis.

XVI. ALIUD.

(*Eodem interprete.*)

Sit primum vonis studium vere esse pudicos,
Nec labiis detur postea suspicio.
Munditia superas aurum: mihi vultus at infers,
Attenta in charam lumina, corpus habens.
Est agapeta tibi; nomen sonat istud honestum:
Sed ne subjaceant sensa profana cavo

Οὐδὲν τῆς ῥυπαρᾶς. Ναὶ, πείθομαι. Ἀλλ' ὁδὸς ἄλλοις A
Γίνῃ τοῦ συζῆν οὐχ ὁσίως ἑτέραις
Κώ βόρβορός ἐστιν ἀνὴρ, καὶ σώφρονι σώφρων
Συζῶν· τοῖς ἁγάμοις, ταῖς τ' ἀγάμοις προλέγω.
Εἶτοι καὶ τὸ συνειδὸς ἐλεύθερον, ἀλλ' ἀποφεύγειν
Δεῖ γλῶσσαν· γλώσσης οὐδὲν ἑτοιμότερον.
Τίς θήσει φλογέην ῥομφαίαν ἐμῷ παραδείσῳ;
Τίς δώσει μεγάλης παρθενίης φύλακα;
Ὡς μή τις ἀγαπητὸς ἔσω, καὶ γλῶσσα παρέλθῃ
Τῶν φθονερῶν. Μῶμος φείδεται οὐδ' ὁσίων.

IZ'. *Πρὸς παρθένον.*

Οὐρανίη, μεγάθυμε, φαεσφόρε, ὑψιθέουτα,
Ἀγγελικῶν μονάδων σύνδρομε ἀζυγέων,
Παρθένε, μίμνε θεοῖο, χολὸς δ' ἀλέεινε βέλεμνα,
Μηδὲ συνεισάκτῳ σὸν βίον ἐξυβρίσῃς.

IH'. *Ἄλλο.*

Παρθένε, παρθένος ἔσθι καὶ ὄμμασι, καὶ κρυφίοισιν,
Μηδὲ συνεισαγάγῃς ἄρσενα κηδεμόνα.
Χριστὸν ἔχεις ἀγαπητόν. Ἀπόπτυσον ἄνδρας ἅπαν-
[τας·
Τί χρῄζεις θανάτου φάρμακον ἔνδον ἔχειν;
Ὄμμασιν ὄμματα μίσγε, λόγῳ λόγον, ἀγνὲ καὶ
[ἁγνή·
Εἶτά σε σωφροσύνης δήσομεν ἐν στεφάνοις.
Ἀγνοῦ μηδ' εἰδώλα φέρειν χολὸς ἀφραδέοντος.
Ἡ δὲ συνοικεσίη τὴν νόσον ἐγγὺς ἔχει.

IΘ'. *Πρὸς μοναχούς.*

Ὡς χαλεπὸν σάρκεσσι φυγεῖν κλόνον ἐγγὺς ἐοῦσαις!
Τοὔνεκά μοι, μοναχοί, τῆλ' ἀπὸ θηλυτέρων.

Nihil (ais) impuræ. Etiam; credo. Sed aliis exemplum
Evadis, vivendi non sancte cum aliis.
Cum cœno cœnum est vir, etiamsi castus cum casta
Vivat: innuptis viris, innuptisque mulieribus prædico;
Etiamsi conscientia sit integra, tamen effugere
Oportet linguam; lingua nihil promptius.
Quis ponet flammeum gladium meo paradiso?
Quis dabit magnæ virginitatis custodem?
Ne quis dilectus intra, et lingua transeat
Invidorum. Livor ne sanctis quidem parcit.

XVII. *Ad virginem* *.

Cœlestis, magnanima, lucida, sublime curreus,
Cum angelicis unitatibus injugatis communem habens sedem,
Virgo, memento Dei, terræ autem devita tela,
Neque cointroducto vitam tuam contumelia afficias.

1172-1173. XVIII. *Aliud* **.

O virgo, virgo esto tum palam, tum occulte,
Neque introduceas virum curatorem.
Christum habes dilectum. Respue viros omnes.
Quid opus habes letale venenum intus habere?
Oculis oculos misce, sermoni sermonem, caste et casta;
Deinde te pudicitiæ cingemus coronis.
Casti est neque simulacra tolerare terræ insanientis.
Cohabitatio autem morbum habet proxime.

XIX. *Ad monachos* ***.

Quam difficile est elugere tumultum corporibus prope exsistentibus!
Quapropter, monachi, procul mihi a feminis estote.

*Alias Murator. 206. **Alias Murator. 208. ***Alias Murator. 207.

9 Κώ. Legendum videtur χώ γάρ, ut stet metrum, quod aliter claudicat. Muratorius putat commodius non posse emendari, quam legendo χοῦς καὶ βόρβορος.

XVIII. Titul. Ἄλλο. Hoc carmen in duas partes dividi posset. Cujus pars prior ad agapetas pertinet, posterior ad agapetos. Hæc eadem, sed aliis plerumque verbis, leguntur in carmine cui titul. *Præcepta ad virgines*, lib. I, sect. 2, carm. II.

5 Ἀγνή. Ita cod. Med. Edit. ἁγνὲ καὶ ἁγνῇ.

METRICA VERSIO.

Nulla profana. Libens credo. Persuadet at anceps B
Non sanctum vitæ ducere vita genus.
Cum cœno cœnum, caste sic castus adhærens.
Innuptos moneo, virgineumque chorum:
Integra corda licet maneant, tamen ora loquentis
Sunt fugienda mali. Promptius ore nihil.
Ense meum rutilo Eden quis servare valebit?
Custodem decori quis dare virgineo?
Non charum intus habe, ne te premat invida lingua;
Invida nec sanctis parcere lingua solet.

XVII. AD VIRGINEM.

(*A. B. Caillau interprete.*)

Cœlica, magnanimis, lucens, currensque per altum,
Innuptis adstans mentibus angelicis,
Virgo, memento Dei, vita sed spicula terræ,
Cumque synisacto gloria non pereat.

XVIII. ALIUD.

(*Eodem interprete.*)

Virgo palam, virgo occulte sis, virgo; nec intus
Sit tibi vir, teneat quem pia cura tui.
Charus adest Christus. Turbam fuge cauta virorum.
Quid letale intus virus habere juvat?
Casti, oculis oculos, verbis et jungite verba;
Nectemus capiti serta pudicitiæ.
Nec terræ feret insanæ simulacra pudicus.
Proximus his morbus, quos domus una capit.

XIX. IN MONACHOS.

(*Eodem interprete.*)

Non facile fugies vicinus carne tumultum·
Hinc, monachi, a cœtu cedite femineo.

Πολλὰ γάρ ἐστι γάμου μυστήρια, καὶ πρὸ γάμοιο,
Οἷς μολύνει ψυχὴν ὄψις ὑφελκομένη.

A ΚΑ'. *Ὅτι οὐκ ἀπὸ πιπτόντων χρὴ τοὺς ἁγνοὺς διαβάλλειν.*

Τί φῄς; Οἱ μὲν ἁγνοὶ καὶ σώφρονες, οὐδὲν ἀνάγνου
Κλέπτουσιν κακίης οὐδενός, οἱ πλέονες.
Εἷς δὲ κακὸς σεμνοῖς, καὶ πλείοσιν, ἔστιν ὄνειδος·
Ὥστε τί μὲν συζῆν ἄρσεσι τὰς ἁγάμους;
Φείδεσθε γλώσσης, φθονερῶν γένος. Οὔτε κάκιστοι
Πάντες, οὔτ' ἀγαθοί· καί τι φύσει δοτέον.
Εἴ τις ἀγνευόντων ποτ' ἀπώλετο, τοῦτ' ἐπὶ πάντων
Οἴσετε; τὰς δὲ χρόας χωρὶς ἕκαστος ἔχει.

KΒ'. *Ἄλλο.*

Ἄγγελος ἦν ὁ πονηρὸς Ἑωσφόρος. Ἀλλὰ πεσόντος,
Ἀγγελικῆς οὐδὲν χάριτος πέσεν. Οὐδὲ μαθηταῖς

Multa enim sunt conjugii mysteria, et ante nuptias,
Quibus inquinat mentem captus oculus.

XX. *Aliud* *.

Monachi monachorum vitam ducite. Si autem cum agapetabus
Vivitis, non estis monachi. Binarius alienus (a vobis est).
Angelicæ gloriæ imago est unitas. Si autem agapetabus
Delectamini, mortalis estis amici dyadis.
Credo, cum casta castus vivis, sed tamen cum femina;
Hodie si pudicus, cras est timor,
Hominum Christo viventium et gaudentium agapetabus
Ne magnos aura ferat labores.
Aut ignem, aut ignis indicia habent agapeti;
Fictam fugite temperantiam.

XXI. *Quod propter lapsos non decet criminari castos* **.

Quid ais? Pudici quidem et temperantes, qui nihil fœdum
Clam committunt unquam, plures sunt,
Unus autem malus castis et pluribus est dedecori;
Quare quid attinet convivere maribus innuptas?
Pareite linguæ, invidorum genus. Neque pessimi omnes,
Omnes nec boni; et aliquid naturæ dandum.
1174-1175. Si quis castorum aliquando periit, an in omnes
Translertis crimen? colores suos unusquisque seorsum habet.

XXII. *Aliud* ***.

Angelus fuit malus Lucifer. Sed illo cadente,
Angelicæ nihil gratiæ decidit. Neque discipulis

*Alias Murator. 212. **Alias Murator. 213. ***Alias Murator. 214.

XX. 8 *Φέρει*. Legendum videtur φέρῃ.

XXI. Tit. Propter agapetos a malevolis male audiebat universum monachorum genus. Quapropter Gregorius istorum contra obtrectatores causam suscipit.

XXII. 1 Ἄγγελος, etc. Vide lib. I, sect. 2, carm. I, vers. 680, ubi Gregorius Judæ et angeli mali commemorat lapsum.

METRICA VERSIO.

Multa vel ante torum, sociæ mysteria tædæ,
Queis menti sordes lumina capta ferunt.

XX. ALIUD.

(*A. B. Caillau interprete.*)

O monachi, sitis monachi. Si vivitis autem
Cum socia, haud monachi. Namque aliena dyas.
Angelici decoris typus est monas. Ast agapetæ
Si placeant, vobis fit male grata dyas.
Castæ hæres, credo, castus; tamen illa puella est;
Sis hodie castus, cras timor ille tibi,
Ne si convivas Christo devotus amicis,
Sudores magnos dissipet aura levis.
Intus habent flammam, flammæ vel signa futuræ
Dilecti. Virtus sit tibi ficta procul.

B XXI. QUOD PROPTER LAPSOS NON DECET CRIMINARI CASTOS

(*Eodem interprete.*)

Quid dicis? Plures sunt qui casti atque pudici,
Sordida committunt nulla, vel in tenebris.
Pluribus at castis malus unus dedecus infert.
Quid juvat innuptas vivere cum maribus?
Invida lingua, sile. Non omnis pessimus, omnis
Nec bonus est; aliquid detur et ingenio.
Si quis castorum periit, num crimen in omnes
Transfertis? Proprio quisque colore nitet.

XXII. ALIUD.

(*Eodem interprete.*)

Lucifer e cœlis cecidit malus angelus olim:
Nec turbæ angelicæ lapsus maculavit honorem.

Ἔστιν Ἰούδας ὄνειδος, ἐπεὶ πέσεν. Ἀλλὰ σὺ πάντας
Ἁγνοὺς ἐξ ὀλίγων ὑβρίζεις· τοῦτο δίκαιον;

ΚΓ'. *Ἄλλο.*

Μήτ' εὐπλοοῦσι ναυαγοῦντας προστίθει,
Μήτ' εὖ βιοῦσι τοὺς σφαλέντας ἐν βίῳ.
Χωρὶς τὰ καλῶν καὶ κακῶν ὁρίσματα.
Ὀλέσθαι τοὺς πίπτοντας ἐλέγω μόνον.
Τῶν δ' εὐδρομούντων οὐδαμοῦ μεμνημένος,
Λέγεις πεσόντας· τοὺς κατορθοῦντας δ' ἐγώ.
Σὺ τοὺς καλίστους, ὡς κακός· καλοὺς δ' ἐγώ.
Χωρὶς τὸν αἰσχρὸν, τόν τε σώφρονα τίθει.
Μὴ κρῖν' ἀνάγνους πάντας ἐξ ἑνὸς κακοῦ.
Αἰδοῦ τὸν ἁγνὸν μᾶλλον, ἢ μίσει κακόν.

ΚΔ'. *Περὶ γάμου.*

Εἴ σοί τι κρεῖσσον καταφαίνεται (οὐ γὰρ ἔμοιγε)
Οἰκέτις, ἢ γαμετή; εἰπέ μοι, ὦ φιλότης.
Σαρκὸς γάρ ἐσμεν δεσμῶται πάντες ἀληθῶς,
Μοίρης θειοτέρης χείρονι κιρναμένης.
Τί κρεῖσσον; ψυχὴν τὴν τλήμονα σαρκὸς ἀνέλκειν,
Ἢ προσεπισφίγγειν ἄμμασι δεινοτέροις;

ΚΕ'. *Ὅτι καὶ παίζειν ἐστὶ σεμνῶς.*

Παίζει καὶ πολιή· τὰ δὲ παίγνια, παίγνια σεμνὰ,
Μιγνυμένης Χριστῷ τῆς ἀταλαφροσύνης.
Καὶ βλοσυρὸν γελόων, τέρπω φρένας. Οἱ δ' Ἑλικῶνες
Ἔρρετε, καὶ δᾶφναι, καὶ τριπόδων μανίαι.

Probro fuit Judas, licet ceciderit. Sed tu omnes
Castos e paucorum (lapsu) vituperas. Estne hoc justum?

XXIII. *Aliud* [*].

Neque feliciter navigantibus naufragantes annumera,
Neque recte viventibus errantes in vita.
Seorsum sunt bonorum et malorum termini.
Perire lapsos duntaxat dico.
Tu vero feliciter currentium nullatenus mentionem faciens,
Commemoras lapsos; ego vero bene operantes;
Tu pessimos, malus cum sis; bonos ego.
Impudicum a casto secerne.
Ne judices impuros omnes ex uno malo.
Reverere castum magis, quam odio habeas malum.

XXIV. *De nuptiis* [**].

An tibi quid melius videtur, non enim mihi,
Ancilla, quam uxor? dic mihi, o amice.
Carnis enim captivi sumus revera omnes
Divina parte deteriori immista.
Quid melius est, animamve miseram a carne abducere,
An astringere nodis gravioribus?

XXV. *Quod et honeste jocari licet* [***].

Jocatur et canities, sed lusus, lusus sunt graves,
Mista Christo simplicitate.
Et grave ridens oblecto animum. Heliconesque vero
Abite, et lauri, et tripodum furores.

[*] Alias Murator. 215. [**] Alias Murator. 216. [***] Alias Murator. 217.

XXIV. 1 *Κρεῖσσον*. Cod. Amb. et Med. χρηστόν.
2 *Οἰκέτις, ἢ γαμετή*. *Ancilla*, et *uxor*, id est, corpus et anima.
XXV. Tit. *Ὅτι καὶ παίζειν*, etc. Fortasse Gregorius hic canit quomodo se condendis carminibus oblectaret, et ethnicorum poetarum fabulas irridet.
3 *Ἑλικῶνες*. Ἑλικών, musicum fuit instrumentum novem chordis constans. Gregorius potuit etiam Heliconem montem intelligere.

METRICA VERSIO.

Discipulos lapsus Judas non læsit; at omnes
Tu culpas castos, uno peccante. Quid æquum?

XXIII. ALIUD.

(*A. B. Caillau interprete.*)

Non prosperis conjunge nautis naufragos,
Nec devios rectam tenentibus viam.
Procul bonorum et improborum termini;
Solos perire dico qui lapsi cadunt.
Tu nulla dicens de probe currentibus,
Lapsos recenses; ast ego meliore bonos;
Tu pessimos, cum sis malus; justos ego.
Pravos ab innocente justus separa.
Omnes ab uno sordidos ne judices.
Casta magis castum, malas quam respias.

B XXIV. DE NUPTIIS.

(*Eodem interprete.*)

An tibi, namque mihi non sic, præstare videtur
Ancilla uxori? dic mihi, chare, precor.
Deteriori etenim commista parte superna,
Captivi carnis, gens miseranda, sumus.
Quid melius, carnisve jugo subducere mentem,
An gyris gravibus stringere vincla magis?

XXV. QUOD ET HONESTE JOCARI LICET.

(*Eodem interprete.*)

Est jocus et senio; verum gravitate decorus,
Cui juncta est Christi candida simplicitas.
Ridens oblecto gravi mentem. Vos, cedite, musæ,
Laurique, et tripodes, vatidicusque furor.

ΚΓ'. *Πρὸς τοὺς ἐν μαρτυρίοις τρυφῶντας.*

Εἰ φίλον ὀρχησταῖς ἀθλήματα, καὶ φίλον ἔστω
Θρύψις ἀεθλοφόροις· ταῦτα γὰρ ἀντίθετα.
Εἰ δ' οὐκ ὀρχησταῖς ἀθλήματα, οὐδὲ ἀθληταῖς
Ἡ θρύψις· πῶς σὺ μάρτυσι δῶρα φέρεις
ὃ Ἄργυρον, οἶνον, βρῶσιν, ἐρεύγματα; Ἢ ῥᾳδίκαιος,
Ὃς πληροῖ θυλάκους, κἂν ἀδικώτατος ᾖ;

ΚΖ'. *Ἄλλο.*

Μάρτυρες, εἴπατε ἄμμιν ἀληθῶς, εἰ φίλον ὑμῖν
Αἱ σύνοδοι. Τί μὲν οὖν ἥδιον; Ἀντὶ τίνος;
Τῆς ἀρετῆς· πολλοὶ γὰρ ἀμείνους ὧδε γένοιντ' ἄν,
Εἰ τιμῷτ' ἀρετή. Τοῦτο μὲν εὖ λέγετε.
ὃ Ἡ δὲ μέθη, τό τε γαστρὸς ὑπάρχειν τοὺς θερα-
[πευτάς,

A Ἄλλοις· ἀθλοφόρων ἔκλυσις ἀλλοτρίη.

ΚΗ'. *Ἄλλο.*

Δαίμοσιν εἰλαπίναζον, ὅσοις τοπάροιθε μεμήλει
Δαίμοσιν ἦρα φέρειν, οὐ καθαρὰς θυσίας.
Τούτου Χριστιανοὶ λύσιν εὕρομεν. Ἀθλοφόροισι
Στησάμεθ' ἡμετέροις πνευματικὰς συνόδους.
ὃ Νῦν δὲ τί τάρβος ἔχει με, ἀκούσατε, ὦ φιλόκωμοι·
Πρὸς τοὺς δαιμονικοὺς αὐτομολεῖτε τύπους.

ΚΘ'. *Ἄλλο.*

Μὴ ψεύδεσθ', ὅτι γαστρὸς ἐπαινέται εἰσὶν ἀθληταί.
Λαιμῶν οἵδε νόμοι, ὦ 'γαθοί, ὑμετέρων.
Μάρτυσι δ' ἐς τιμὴν ἓν ἐπίσταμαι, ὕδριν ἐλαύνειν
Ψυχῆς, καὶ δαπανᾶν δάκρυσι τὴν πιμελήν.

1176-1177 XXVI. *Ad eos qui in martyrum basilicis genio indulgent* *.

Si grata saltatoribus certamina, gratæ sint etiam
Deliciæ athletis : hæc enim sunt opposita.
Sin vero neque saltatoribus certamina, neque athletis
Deliciæ; quomodo tu martyribus dona fers
ὃ Argentum, vinum, escam, ructationes? Num justus fiet,
Qui impleat folles, etiamsi injustissimus sit?

XXVII. *Aliud* **.

Martyres, dicite nobis, vere an grati sint vobis
Conventus. Quid enim jucundius? Cujus rei causa?
Virtutis; multi enim meliores evadent,
Si virtus honoretur. Hoc quidem recte dicitis.
ὃ Ebrietas autem, et ventris esse cultores
Aliorum sit : a martyribus intemperantia aliena.

XXVIII. *Aliud* ***.

Dæmonibus opiparas mensas parabant, quibus antea cura erat
Dæmonibus grata offerre, non puras hostias.
Hujus nos Christiani finem invenimus. Martyribus
Statuimus nostris spirituales conventus.
ὃ Nunc autem quis me timor habeat, audite, comessatores :
Ad dæmoniacas transfugitis formas.

XXIX. *Aliud* ****.

Ne mentiamini, quod ventris laudatores sint martyres.
Gularum hæ leges sunt, o boni, vestrarum.
Martyribus autem honori unum esse scio, dedecus expellere
Animæ et consumere lacrymis pinguedinem.

* Alias Murator. 218. ** Alias Murator. 219. *** Alias Murator. 220. **** Alias Murator. 221.

XXVI. Tit. *Πρὸς τοὺς ἐν μαρτυρίοις*, etc. Poema istud et tria quæ sequuntur de eodem argumento, in Reg. Cod. 992, unico poemate continentur. In his culpat Gregorius convivia, quæ intra basilicas fiebant in festis sanctorum martyrum.

ὃ Ἡ ῥᾳδίκαιος. Id est : *Num per ista convivia, implendo ventrem justus fiet, qui antea injustus erat?*

METRICA VERSIO.

XXVI. AD EOS QUI IN MARTYRUM BASILICIS GENIO INDULGENT.

(*A. B. Caillau interprete.*)

Saltanti si bella placent, oblectet athletas
Mollities : ambo scilicet opposita.
Saltanti sin bella placent, nec ridet athletis
Mollities, qui das munera martyribus,
Vinum, escam, argentum, ructus? Justusne nitebit,
Qui repleat folles, patret iniqua licet.

XXVII. ALIUD.

(*Eodem interprete.*)

Conventusne placent? fortissima, dicite, turba.
Quæ jucunda magis? Cur placet ista cohors?
Virtutis causa : virtus nam crescet, honorem
Si capiat virtus. Hæc bene dicta quidem.
Sint autem ebrietas aliis ventrisque voluptas;
B Namque ingrata gulæ gaudia martyribus.

XXVIII. ALIUD.

(*Eodem interprete.*)

Dæmonibus posuere dapes, qui grata solebant
Sed non pura, malis tradere dæmonibus.
His nos christicolæ damnatis, fecimus almo
Conventus dignos flamine martyribus.
Nunc quis me teneat timor, auscultate, gulosi :
Dæmonis ad formas non bene transfugitis.

XXIX. ALIUD.

(*Eodem interprete.*)

Falsa procul. Non turba favet fortissima ventri :
Ista, boni, vestræ lex malesana gulæ.
Sanctis unus honor, sordes expellere mentis,
Conficere et fletu pinguia membra nimis.

5 Μαρτύρομ', ἀθλοφόροι καὶ μάρτυρες· ὕβριν ἔθηκαν
Τιμὰς ὑμετέρας οἱ φιλογαστορίδαι.
Οὐ ζητεῖτε τράπεζαν εὔπνουν, οὐδὲ μαγείρους·
Οἱ δ' ἐργὰς παρέχουσ', ἀντ' ἀρετῆς τὸ γέρας.

Α'. Εἰς τὴν ἐκκλησίαν, ὅπου κατέμενε, μεταςχηματισθεῖσαν παρ' αὐτοῦ· ἦν γὰρ ταῖς εἰδώλων.

Ἀρχαία πόλις εἰμὶ δαίμοσι καμοῦσα,
Λύθεις ἀνηγέρθην παλάμαις Γρηγορίου.
Ναὸς ἐτύχθη Χριστοῦ· δαίμονες, εἴξατέ μοι.

ΑΑ'. Κατὰ τυμβωρύχων.

Ἐπεί σε κευθμῶν ἐντὸς εἰσεδέξατο,
Ῥῆξαντα τύμβον, ὦ κάκιστον θηρίον,
Τύμβον τοσοῦτον, καὶ τόσης ἔργον χειρὸς,
Τίν' εἶδες; Εἰπὲ, λέξον· [τὰ] σεσηπότα
5 Νεκρῶν κάρηνα, καὶ τύπους ὄντων ποτέ;
Δάμαρτ' ἀκούω καὶ πόσιν συγκειμένους.
Εἶτ' οὐκ ἔρευσαν σάρκες; Εὕρηκας δὲ τί;
Οὐδὲν, δικαίως οὐδέν. Ἀλλ' ἔχεις ἄγος.
Ἄπελθ', ἄπελθε, νερτέροις δώσων δίκην.
10 Ζώντων δ' ἀπόσχου· πρὶν θανεῖν δεδοίκαμεν.

ΑΒ'. Ἄλλο.

Τὸν τυμβορόντην, τὸν τάφων ἀλάστορα,
Τὸν πάντα χρυσοῦ δοῦλον, ὃς τὸν σημάτων
Πάντων ὑπερτέλλοντα τέτμηκεν τάφον,
Τοῦτον κτανών τις, τῆς δίκης ἔστω βραβεύς,

5 Testor vos, victores et martyres; contumeliam reddiderunt
Honores vestros ventris amatores isti lureonum filii.
Non quæritis mensam odoram, neque coquos:
Hi vero ructus exhibent, pro virtute præmium.

1178-1179 XXX. *In ecclesiam, ubi manebat, quæ transformata fuit ab eo; erat enim idolorum templum* *.

Urbs antiqua sum, quæ sub dæmonibus collapsa,
Rursus excitata sum manibus Gregorii.
Templum Christi exstructum est: dæmones, cedite mihi.

XXXI. *In sepulcrorum effossores* **.

Postea quam latibulum istud intus excepit te,
Qui fregisti sepulcrum, o pessima bellua,
Sepulcrum tale, et tot manuum opus,
Quid vidisti? Dicito, edissere: putrida
5 Mortuorum capita, et simulacra eorum qui olim fuere.
Uxorem audio et maritum hic simul compositos.
Nonne horrore carnes efluxere? Quid autem reperisti?
Nihil, et quidem merito nihil. Sed patrasti scelus.
Abscede, abscede, inferis daturus pœnas.
10 Sed a vivis abstine: ante mortem enim timemus.

XXXII. *Aliud* ***.

Hunc tumulicidam, sepulcrorum perniciem,
Auri prorsus mancipium, qui hoc monumentis
Omnibus præstantius effodit sepulcrum,
Hunc qui occiderit, justitiæ erit arbiter erga eos

* Alias Murator. 226. ** Alias Bill. 138, pag. 202. *** Alias Bill. 139, pag. 202.

XXIX. 6 *Φιλογαστορίδαι. Gulusorum filii*, id est, gulosi.

8 *Οἱ δ' ἐργάς.* Id est, *hi autem, virtutis loco, vos ructibus munerantur.*

XXX. Tit. *Εἰς τὴν ἐκκλησίαν*, etc. Quod sit hoc versuum genus, non satis constat. Muratorius putat aliqua hic desiderari et manenum esse aliquem versum. Planudes *Περὶ ἐγκαιρίων*, sic carmen istud Gregorii expressit:

Δαίμοσιν ἱρὰ κ' ἀρχαία πόλις εἰμὶ καμοῦσα·
Λύθις ἀνηγέρθην Γρηγορίου παλάμαις,
Οὕτινος ἦ πραπίσιν περικαλλὴς ναὸς ἐτύχθην,
Ἴδρυμαι δὲ Χριστῷ· δαίμονες, εἴξατέ μοι.

—In versione metrica hoc exemplum secuti duobus distichis tres poetæ versus expressimus. Caillau.

XXXI. 4 *Σεσηπότα.* Codices aliqui σεσηρότα.

METRICA VERSIO.

vos nece, vos palmæ celebres contestor honore:
Turparunt vestrum ventris amore decus.
Non lautas petitis mensas, artemque coquorum,
Præstant hi ructus, præmia pro merito

XXX. IN ECCLESIAM, UBI MANEBAT, QUÆ TRANSFORMATA FUIT AB EO; ERAT ENIM IDOLORUM TEMPLUM.

(*A. B. Caillau interprete.*)

Urbs antiqua, jugo eecidi submissa maligni;
Sed me restituit dextera Gregorii.
Surrexere sacri ditissima mœnia templi,
Christus ubi colitur; sis procul inde, Satan.

XXXI. IN SEPULCRORUM EFFOSSORES.

(*Billio interprete.*)

Ad ima, sæva bellua, admissus loca,
Rupto sepulcro maximo, quod tot manus
Tanto labore struxerant, tot sumptibus,
Quid crania præter putrida est visum tibi,
Hominumque tristes reliquias, quosdam et typos,
Virum jacentem et conjugem, velut audio?
Fluxere carnes quin tuæ? Quidnam invenis?
Nil, jure prorsus tu nihil: scelus ast habes.
Abscede, nequam, mortuis pœnas dabis.
At parce vivis; nam metus vivos tenet.

XXXII. ALIUD.

(*Eodem interprete.*)

Hunc tumulicidam, busta qui ferus rapit,
Aurisque prorsus servus est, quique omnibus
Bustum sepulcris majus effodit, neci
Si quis det ex his, triste qui bustum hoc habent

Ὃ Οἳ τόνδ' ἔχουσι τύμβον, εἰ τόδ' ἔστ' ἔχειν.
Κτανών; τί τοῦτο; καὶ βαλὼν κρημνῶν ἄπο.
Βαλών; τί τοῦτο; καὶ τεμὼν ἅμφω χέρε.
Τεμών; τί τοῦτο; μηδὲ τυμβεύσας νέκυν.
Ὡδ' ἂν πάθοι δίκαια, ὀφλήσει δ' ἔτι,
10 Τὸ ταῦτα χρυσοῦ τοῦ κακοῦ δράσαι χάριν.

ΑΓ'. *Ἄλλο.*

Τίς οὗτος, ὃς σκαπτῆρα, καὶ τυμβωρύχους
Ἐμοῖσι χεῖρας ὀστέοις ἥκεις ἄγων;
Οὐδ' αὐτὸ (φεῦ, φεῦ!) τοῦδε τοῦ τάφου, τάλας,
Κάλλος τοσοῦτον καὶ τόσον τιμᾷν θέλων.
5 Ὡς ἀξιόν σε τοῖσδε χωσθῆναι τάφοις!

ΑΔ'. *Ἄλλο.*

Φρυξ ἦν ὁ Μίδας, ὃς δ' ἅπαντα χρυσίον

Α Ἴστει γενέσθαι. Τυγχάνει· λιμῷ δέ γε
Θνήσκει μὲν, εὐχῇ πλούσιος, θνήσκει δ' ὅμως.
Τοῦτ' ἦν παθεῖν σε τὸν τάφων ὀρύκτορα,
Ὃ Ὡς ἂν μάθωσι πάντες αἰδεῖσθαι τάφους.

ΑΕ'. *Ἄλλο.*

Κἀνταῦθα χεῖρας, ὦ κακοί, βεβλήκατε;
Κἀνταῦθα χρυσὸς ἦγεν' ὑμᾶς ὁ πλάνος;
Ἀλλ' οὐδ' ὁ χρυσὸς, ἐλπίδες δὲ χρυσίου.
Τοιαῦτα πάσχειν τοὺς κακοὺς ἦν ἔνδικον.

ΑϚ'. *Ἄλλο.*

Ὁ τύμβος οὐκ ἔγχρυσος· εἰ δέ σοι φίλον
Πλουτεῖν, ἔχεις λῃστάρχου εὔπορον βίον·
Νεκρῶν δ' ἀπόσχου· καὶ σέ τις μένει τάφος.

5 Qui hunc habent tumulum, si hoc est habere.
Qui occiderit? quid istud? etiam dans præcipitem.
Dans præcipitem? quid istud? etiam secans ambabus manibus.
Secans? quid istud? nequidem humo condens cadaver.
Sic justas dabit pœnas, et tamen debebit adhuc,
10 Quod hoc facinus perpetraverit vilissimi auri gratia.

XXXIII. *Aliud* *.

Quis es tu qui fossorem, et tumuli violatrices
Meis ossibus manus venis adhibiturus?
Neque heu! heu! hujus sepuleri, miser,
Tantam pulchritudinem, et tantum decus reveritus.
5 Quam æquum erat his te defossum obrui lapidibus!

1180-1181 XXXIV. *Aliud* **.

Erat olim Midas Phrygius, qui omnia aurum
Rogabat fieri. Consequitur quod optabat, fame autem
Moritur; pro desiderio dives, moritur tamen.
Hoc æquum erat te pati sepulcrorum effossorem,
5 Ut discerent omnes revereri sepulcra.

XXXV. *Aliud* ***.

Huc etiam manus, o improbi, misistis?
Huc etiam fallax perduxit vos aurum?
Imo nec aurum, sed spes duntaxat auri.
Talia pati improbos æquum erat.

XXXVI. *Aliud* ****.

Sepulcrum hoc aureum non est. Si autem cupis
Ditescere, habes latronum principis vitam parandis opibus idoneam.
Mortuis autem parce: te quoque manet sepulcrum.

* Alias Bill. 140, pag. 203. ** Alias Bill. 141, pag. 203. *** Alias Bill. 142, pag. 203. **** Alias Bill. 143, pag. 203.

XXXII. 10 *Κακοῦ*. Ita legendum. Edit. καλοῦ.

METRICA VERSIO.

(Hoc si est habere), justus hic judex erit.
Necet? quid istud? Arce mi tat si edita.
Mittat? quid istud? Si manu gemina secet.
Secet? quid istud? Si cadaver non humet.
Supplicia digna sic dabit: pœna hæc quoque
Levis erit, auri cum siti hæc patraverit.

XXXIII. ALIUD.
(*Billio interprete.*)

Quis tu ligonem, quique sacrilegas manus
Ut ossa mittas in mea. Huc gressus agis,
Heu, heu! nec ipsum talis et tanti decus
Veritus sepuleri? Dignus es, post hoc scelus,
Lapidibus hisce, dignus es certe obrui.

XXXIV. ALIUD.
(*Eodem interprete.*)

Midas petebat quidlibet in aurum sibi

Β Verti; petitis potitur; at dira fame,
Dum dives esse gestit, infelix perit.
Patiaris utinam paria, qui busta effodis,
Discant sepuleris parcere ut cuncti dehinc.

XXXV. ALIUD
(*Eodem interprete.*)

Misistis, homines improbi, huc etiam manus?
Fallax et huc vos duxit aurum, perditi?
Imo nec aurum, spes sed auri scilicet.
Pati ista sane par fuit parvos viros.

XXXVI. ALIUD.
(*Eodem interprete.*)

Haud dives est hic tumulus. At ditescere
Si vis, latronem, (dives hæc vita est,) age.
At parce nobis; te quoque sepulcrum manet.

ΛΖ'. Ἄλλο.

Ἐξηπάτημαι· τὸν τάφον δέ γ' ᾠόμην
Χώσας τοσοῦτον, αἰδέσαι βροτῶν γένος.
Οἱ δ' ὡς νεκρῷ μοι προσδραμόντες πλουσίῳ,
Ἔχουσι τύμβον· οὐ γὰρ εἶχον ἄλλο τι.

ΛΗ'. Ἄλλο.

Ὄρυσσ', ὄρυσσε τύμβον. Ὡς αὐτῷ βόθρον,
Εὖ ἴσθ', ὀρύσσεις, χρυσὸν ἐκ νεκροῦ φέρων,
Εἰς ὃν βαλεῖ σε καὶ ποθ' ὕστερον δίκη·
Ὀπισθόπους μὲν, σὺν τόκῳ δ' ἐπέρχεται.

ΛΘ'. Ἄλλο.

Πέπονθε δεινὸν τύμβος· ὁ σκάψας, πλέον.
Ὁ μὲν γὰρ οὐδὲν ὧν πέπονθ' αἰσθάνεται·
Σὺ δ' εἰ λάλημα πᾶσιν, ὦ χρυσοῦ λάτρα,

Μ'. Ἄλλο.

Ὅλοιτ', ὄλοιτο χρυσὸς ἐκ μέσου βροτῶν,
Ὃς ἐξέμηνε καὶ τάφους τοῖς πλουσίοις.
Ὁ δ' ἔστι μάρτυς, οὐκέτ' ὢν τάφος τόσος.
Ἄνδρες, βοηθεῖτ', ἢ κακόν τις λήψεται.

ΜΑ'. Ἄλλο.

Ὡς ἀσθόλη σοι χρυσὸς, ἂν καί τις φανῇ
Τάφῳ, γένοιτο. Τοῦτ' ἂν ἐνόικον πάθοις,
Τάφους διοχλῶν τῶν πάλαι τεθνηκότων.

ΜΒ'. Ἄλλο.

Σκόπει τίν' ἠδίκησας, ἢ γυμνοῖς τίνα,
Τάφους ὀρύσσων, καὶ κόνιν διφώμενος,

A Ὃν οὐδὲ τύμβος δέξεται τεθνηκότα.

B Tu vero, avare, fabula es cunctis simul,
Qui nec sepulcro mortuus donaberis.

XXXVII. *Aliud* *.

Deceptus sum; existimabam, cum tantum
Struerem sepulcrum, illud reverituros homines.
Ipsi vero in me mortuum irruentes, tanquam divitem,
Habent meum sepulcrum : non enim habent aliud quidquam.

XXXVIII. *Aliud* **.

Fode, fode sepulcrum. Sic tibi ipsi foveam,
Id certo teneas, fodis, aurum mortuo eripiens,
In quam te tandem aliquando conjiciet justitia divina,
Quæ tardo quidem pede, sed cum fenore redditura supervenit.

XXXIX. *Aliud* ***.

Perpessus est gravia tumulus ; sed qui illum effodit, graviora.
Ille enim nihil ex iis quæ tulit, sentit :
Tu vero fabula es omnium, o auri cultor,
Quem tumulus ne quidem excipiet defunctum.

XL. *Aliud* ****.

Pereat, pereat aurum e medio mortalium,
Quod in furorem vertit tumulos divitibus.
1182-1183 Hujus rei testis est, qui jam non est tumulus tantus.
Viri, ferte auxilium : sin minus, mali aliquid aliquis accipiet.

XLI. *Aliud* *****.

Instar fuliginis fiat tibi aurum, si quid auri appareat
In tuo tumulo. Hoc juste patiaris,
Tu qui tumulos deturbas hominum pridem mortuorum.

XLII. *Aliud* ******.

Considera quem keseris, aut quem nudaveris,
Tumulos effodiens, et cinerem perscrutans,

* Alias Bill. 144, pag. 205. ** Alias Bill. 145, pag. 205. *** Alias Bill. 146, pag. 205. **** Alias Bill. 147, pag. 205. ***** Alias Bill. 148, pag. 205. ****** Alias Bill. 149, pag. 205.

XXXVIII. 4 *Ὀπισθόπους*. Sic legendum censet Billius pro ἐπὶ σκότους quod habent codices.

XL. 2 *Ἐξέμηνε*. Sic Bill. pro ἐξέμεινε, quod in codicibus legitur. Deinde *τοῖς πλουσίοις*. Edit. τοὺς πλουσίους.

METRICA VERSIO.

XXXVII. ALIUD.

(Billio interprete.)

Deceptus ego sum. Bustum enim tantum struens,
Existimabam nemini id prædæ fore.
At irruentes improbi in me, ut divitem,
Habent sepulcrum. Nil enim, id præter, mihi.

XXXVIII. ALIUD.

(Eodem interprete.)

Fode hoc sepulcrum. Sed tamen, dum mortuo
Prædaris aurum, tu tibi scrobem fodis,
Lamittet in quam te Dei vindex furor,
Qui sero punit, sed tamen cum fenore.

XXXIX. ALIUD.

(Eodem interprete.)

Læsum est sepulcrum : fossor at lesus magis
Nil namque bustum sentit ex his quæ tulit :

XL. ALIUD.

(Eodem interprete.,

Aurum utinam ab orbe pereat omni fundilus,
Busta ad superba divites quod impulit.
Testatur istud tumulus hic, dispar sui.
Javate : ne quid quispiam accipiat mali.

XLI. ALIUD.

(Eodem interprete.)

Tibi si quid auri forsan in bustis siet,
Fuligo fiat. Hoc tibi juste accidet,
Qui mortuorum sævus in tumulos ruis.

XLII. ALIUD.

(Eodem interprete.)

Quem lædis, aut quem barbarus nudas, vide,
Fodiens sepulcrum, et pulverem scrutans levem

Ὃς οὐδ' ἃ πάσχει ζῶσιν ἐξειπεῖν ἔχει,
Τίς ἂν κατέσχε τῷ τάφῳ χρυσοῦ πέρι.

ΜΓ'. Ἄλλο.

Σκείρων τίς οὗτος, ἢ Τυφωεὺς, ἢ γίγας
Ἵκει τυραννῶν νερτέρους, τύμβον τ' ἐμόν;
Τί ταῦτα; καὶ ποῦ μῆνις ἔκδικος τάφων;
Νῦν δεῖ κεραυνοῖς τοὺς κακοὺς τεθνηκέναι.

ΜΔ'. Ἄλλο.

Νεκροὶ, βοηθεῖτ'. Ἀλλὰ τί σθένος νεκρῶν;
Οἱ γειτονοῦντες. Τίς δέ μ' ἄλλος ὤλεσεν;
Δίκη, σὺ μέλλεις; Καὶ τάφῳ χρυσὸς φθορεύς.

Λ Ἑστήσομ' οὕτως ἄχρις ἐσχάτου πυρός.

ΜΕ'. Ἄλλο.

Δίκη, δικασταὶ, καὶ νόμοι, καὶ βήματα,
Κακοῖς ἀρήγετ'. Οὐ γὰρ ἂν ἄλλως ὅδε
Τάφος διώλετ' ἐξ ἀναρσίας χερὸς,
Ἢ καὶ πάλαι θανόντας αἰτεῖ χρυσίον.

ΜϚ'. Ἄλλο.

Καρποὺς ἄρουρα, χρυσὸν ἡ ψάμμος φέρει,
Σῆρες δὲ λεπτὰ νήματ', οἱ τάφοι κόνιν.
Εἰ δ' ὀστέων σοι χρυσὸς ἐκπορίζεται,
Τὰ πάντ' ἄναντα· χρυσὸς ἐκ πάντων ῥέει.

Qui neque quod patitur, vivis narrare potest,
Nec quid in tumulo conditum sit auri.

XLIII. *Aliud* *.

Quis iste Sciron, aut Typhoeus, aut gigas,
Venit sævire in mortuos, et in tumulum meum?
Quidnam hæc? et ubi ira ultrix tumulorum?
Nunc fulminibus par est improbos perimi.

XLIV. *Aliud* **.

Mortui, juvate. Verum quænam mortuorum vires sunt?
Vicini. Et quis alius, nisi ipsi, me perdidit?
Vindicta, tu moraris? Tumulo etiam aurum est noxium.
Sic stabo usque ad extremum ignem.

XLV. *Aliud* ***.

Justitia, judices, leges, tribunalia,
Impios juvatis. Non enim aliter illud
Sepulcrum periisset per sceleratam manum,
Quæ et ab olim defunctis poscit aurum.

XLVI. *Aliud* ****.

Terra fructus, aurum fert arena,
Vermes eximia fila serica, tumuli pulverem.
Si tibi etiam ex ossibus aurum subministratur,
Ardua omnia; aurum vero ex omnibus fluit.

* Alias Bill. 150, pag. 203. ** Alias Bill. 151, pag. 203. *** Alias Bill. 152, pag. 203. **** Alias Bill. 153, pag. 203.

XLII. 3 Ἃ *πάσχει*. Edit. male ἃ *πάσχειν*. Mox *ἧς ἄν*. Hic aliquid vitii inesse videtur, quod difficile sanari potest, nec Græco respondet versio Benedictinorum qui forte legerunt οὐδ' ἄν, quamvis in textu retinuerint ἧς. Sed nec ita planus fit sensus, quem alibi se non deprehendere fatentur ingenue. CAILLAU.

XLIII. 1 *Σκείρων*. Sciron, nomen est insignis latronis a Theseo interfecti: Typhoeus autem gigantis cujusdam, qui cum Jovem de regio solio deturbare conaretur, fulmine ab eo interemptus est.

4 *Νῦν δεῖ*. Ita Vatic. Edit. νῦν καί.

XLVI. 1 Ἄρουρα. Ita Vatic. Edit. ἄρουτα.

4 Ἄναντα. Per contractionem pro ἀνάντυτα. Hinc, Billio invicta, solvitur difficultas.

METRICA VERSIO.

Narrare qui nec, quæ ferat, vivis potest,
Quidnam nec duri conditum tumulus gerat.

XLIII. ALIUD.

(*Billio interprete.*)

Sciron quis iste, vel Typhoeus, aut gigas,
Spoliare venit mortuos, bustum et meum?
Quidnam hæc? et ira, tumulorum vindex, ubi?
Dignus trisulco fulmine est hic obrui.

XLIV. ALIUD.

(*Eodem interprete.*)

Manes, juvate. Mortui sed quid valeat?
Vicina turba. Quis, nisi hæc, me perdidit?
Ultio moraris? Busta quoque ob aurum ruunt.

B Sic stabo donec ardeat flamma ultima.

XLV. ALIUD.

(*Eodem interprete.*)

Leges, tribunal, judices, ultrix Dice,
Pravos juvatis. Non enim bustum secus
Periisset istud ex manu nefaria,
Aurum quæ ab olim mortuis etiam petit.

XLVI. ALIUD.

(*Eodem interprete.*)

Fert terra fructus, aurum arena, et serica
Eximia tellus fila, tumuli pulverem.
Quod si tibi aurum ex ossibus quoque carpitur,
Scrutare cuncta: Plutus ex cunctis fluit.

ΜΖ'. Ἄλλο.

Τρισθανέες, πρῶτον μὲν ἐμίξατε σώματ' ἀνάγνων
Ἀθλοφόροις, τύμβοι δὲ θυηπόλον ἀμφὶς ἔχουσιν.
Δεύτερον αὖτε τάφους τοὺς μὲν διεπέρσατ' ἀθέσμως,
Αὐτοὶ σήματ' ἔχοντες ὁμοῖα· τοὺς δ' ἀπέδοσθε
Πολλάκι, καὶ δὶς ἕκαστον. Ὃ δὲ τρίτον, ἱεροσυλεῖς
Μάρτυρας, οὓς φιλέεις. Σοδομῖτιδες, εἴξατε, πηγαί.

ΜΗ'. Ἄλλο.

A. Ἡΐδες Χριστιανῶν, τόδ' ἀκούσατε. *B.* Οὐδὲν ὁ [τύμβος.
A. Πῶς οὖν ὑμετέρους χώννυτ' ἀριπρεπέας;
B. Ἀλλ' ἔστιν καὶ πᾶσι γέρας τόδε. *A.* Μήτε τάφοισι
Βάλλειν ἀλλοτρίοις δυσμενέας παλάμας;
Εἰ δ', ὅτε μὴ νέκυς οἶδε τὰ ἐνθάδε, τοῦτ' ἀδίκαστον,
Πείθομαι, ἢν σὺ φέρῃς πατρὸς ὕβριν φθιμένου.
Συμβολέται, γάστρωνες, ἐρυγόβιοι, πλατύνωτοι,
Μέχρι τίνος τύμβοις μάρτυρας ἀλλοτρίοις
Τιμᾶτ', εὐσεβέοντες ἃ μὴ θέμις; ἴσχετε λαιμούς,
Καὶ τότε πιστεύσω μάρτυσιν ἦρα φέρειν.
Γ. Τιμὴ μάρτυσίν ἐστιν ἀεὶ θνήσκειν βιότητι
Αἵματος οὐρανίου μνωομένους μεγάλου
Τύμβοι δὲ φθιμένοις. Ὅις βήματα δ' ἄμμιν ἐγείρει
Ἀλλοτρίοισι λίθοις, μηδὲ τάφοιο τύχοι.

1184-1185 XLVII. *Aliud* *.

Ter morte digni, primum miscuistis corpora profanorum
Martyribus, et sepulcra sacerdotem utrinque habent.
Deinde autem tumulos, alios quidem evertistis nefarie,
Ipsi sepulcra habentes similia : alios autem vendidistis
Sæpe et bis unumquemque. Tertio denique, sacrilegio lædis
Martyras, quos amas. Sodomitici, cedite, fontes.

XLVIII. *Aliud* **.

A. Filii Christianorum, hoc audite. *B.* Nihil est tumulus.
A. Quare igitur vestros tumulatis insignes?
B. At est etiam omnibus (commune) hoc præmium. *A.* Item ne tumulis
Injicere (liceat) alienis hostiles manus?
Quod si ideo, quia non novit mortuus, quæ hic fiant, id inultum (credis),
Credo (tibi) si tu feras patris ignominiam mortui.
Compotores, ventri dediti, quorum vita vomitus est, homines lato dorso,
Usquequo tumulis martyras alienis
Honoratis, pii quatenus non licet? Compescite gulas,
Et tunc credam vos martyribus glorificari.
C. Honos est martyribus (gratus) semper mori vitæ,
Sanguinis cœlestis memores, magni (inquam sanguinis).
Sepulcra autem mortuis (honori sunt) : qui autem suggesta nobis exstruit
Alienis lapidibus, is nec sepulturam consequatur.

* Alias Murator. 137. ** Alias Murator. 138.

XLVII. Τιτ. Ἄλλο. In Ambros. Scholiastis ms. legitur hic titulus : Κατὰ τυμβορύχων, *contra sepulcrorum effossores.* In cod. Reg. 2891, Εἰς τοὺς ἀνορύττοντας τάφους προφάσει μαρτύρων. *In effodientes sepulcra prætextu martyrum.* Carmen istud laudatur a D. Mabillonio in Euseb. Rom. ad Theophilum Gallum Epist. de cultu SS. ignotorum, tanquam anonymi poetæ. Hos tamen antiquus Scholiastes Nazianzeno tribuere videtur, quamvis frustra in iis ejus elegantiam quæsieris.

1 Τρισθανέες. Schol. Reg. 991 τρισκάταροι.

2 Ἀθλοφόροις. Idem Schol. τοῖς σώμασι τῶν ἁγίων. Mox τύμβοι. Idem Schol. βεβήλων δηλονότι μέσον πολλάκις κειμένων.

4 Σήματα. Forte σώματα.

6 Εἴξατε. Salvinius felici conjectura legit ἥξατε, quod valde placet Muratorio. *Venite, prosilite, sulphurei fontes, qui Sodomam evertistis.* Reg. 991 Schol. ὑποχωρήσατε, μείζονος χρῄζει κολάσεως τὰ γενόμενα. *Cedite, majora supplicia talibus debentur sceleribus.*

XLVIII. Τιτ. Ἄλλο. Dialogus est inter poetam *A*, sepulcrorum violatores *B*, et martyres *C*, vel Γ, ex interpretatione clarissimi viri Boivinii, regiæ Bibliothecæ curatoris. Doctissimus Muratorius hoc poema Gregorio ascribere non est ausus.

5 Οἶδε. Schol. αἰσθάνεται. Mox ἀδίκαστον. Schol. ἀτιμώτερον.

7 Συμβολέται. Cod. Medic. τυμβολέται. Mox ἐρυγόβιοι. Id. cod. ἐρευγόβιοι. Deinde πλατύνωτοι. Sic Reg. 992. Edit. πλατήνωτοι.

10 Ἦρα. Sup. lin. 991 χάριν.

12 Αἵματος. Schol. τοῦ ὑπὲρ τῆς ἡμῶν σωτηρίας χυθέντος. *Sanguinis cœlestis*, nempe Christi, *qui pro salute nostra effusus est.*

METRICA VERSIO.

XLVII. IN EFFODIENTES SEPULCRA, PRÆTEXTU MARTYRUM.

(*A. B. Caillau interprete.*)

Ter nece vos digni : primo copulastis iniquos
Martyribus cineres; suus astat cuique sacerdos.
Dein per vos quædam sunt terræ æquata sepulcra,
Cum similes vobis tumuli. Sunt vendita quædam,
Sæpius et bis idem. Charos tum crimine testes
Sacrilego lædis; Sodomæ, prorumpite, fontes.

XLVIII. ALIUD.

(*Eodem interprete.*)

A. Christicolæ, præbete aurem. *B.* Nil petris sepulcri.
A. Cur vestris surgunt splendida busta viris?
B. Illic cunctis communis honor. *A.* Sint præmia cunctis,
Non bustum hostilis verbera ferre manus.
Hoc credis, quia non sentit defunctus, inultum?
Defuncti ergo patris tu quoque probra feras.
Vita queis vomitus, pingues, et potus, et alvus,
Externis tumulis, quo decus usque, pii,
Quatenus haud licitum, turbæ confertis ovanti?
Martyribus laus est mittere frena gulæ.
C. Est laus martyribus semper contemnere vitam
Cœlestis nunquam sanguinis immemores.
Defunctis tumuli : tumulos qui marmore nobis
Furato condit, non habeat tumulum.

15 A. Μάρτυρες, αἷμα Θεῷ μεγάλην ἐσπείσατε λοιβήν,
Καὶ μέντοι θεόθεν ἄξια δῶρ' ἔχετε,
Βήματ', ὕμνους, λαούς, ψυχῶν σέβας. Ἀλλ' ἀπὸ τύμ-
Φεύγετε, νεκροκόμοι, μάρτυσι πειθόμενοι. [βων

ΜΘ'. *Ἄλλο.*

Μηκέτι πηκτὸν ἄροτρον ἀνὴρ ἐπὶ γαῖαν ἐλαύνοι,
Μὴ πέλαγος πλώοι, μὴ ὄρυ θοῦρον ἔχοι·
Ἀλλὰ φέρων σκαπάνην τε καὶ ἄγριον ἐν φρέσι θυμὸν,
Ἐς τύμβους πατρῶν χρυσὸν ἴοι ποθέων,
5 Ὅπποτε καὶ τοῦτόν τις ἐμὸν περικαλλέα τύμβον
Σκάψεν ἀτασθαλέων, εἵνεκα κερδοσύνης.

Ν'. *Ἄλλο.*

Ἑπτὰ βίοιο πέλει τάδε θαύματα, τεῖχος, ἄγαλμα,
Κῆποι, πυραμίδες, νηὸς, ἄγαλμα, τάφος.
Ὄγδοον ἔσκον ἔγωγε πελώριος ἐνθάδε τύμβος,
Ὑψιπαγὴς, σκοπέλων τῶνδ' ἄπο τῆλε θέων.
5 Πρῶτος δ' ἐν φθιμένοισιν ἀοίδιμος, ἔργον ἄπλητον
Τῆς σῆς, ἀνδροφόνε, μαινομένης παλάμης.

ΝΑ'. *Ἄλλο.*

Ἦν ὅτε ἦν ἀτίναχτος ἐγὼ τάφος, οὔρεος ἄκρην
Πουλὺς ὑπερτέλλων, τηλεφανὴς σκόπελος.
Νῦν δέ με θὴρ ἐτίναξεν ἐφέστιος εἵνεκα χρυσοῦ,
Ὧδε δ' ἐτινάχθην γείτονος ἐν παλάμαις.

ΝΒ'. *Ἄλλο.*

Τοῦ τύμβοιο τόσου λῃστορα, δν πέρι πάντη
Λάων τετραπέδων ἀμφιθέει στέφανος,

15 *A.* Martyres, cruorem Deo magnam libastis libationem,
Et quidem a Deo digna præmia habetis,
Suggesta, hymnos, conventus, animarum reverentiam. Sed a tumulis
Fugite, mortuorum curatores, martyribus obedientes.

XLIX. *Aliud* *.

Ne quis amplius compactile aratrum in terram agat,
Ne mari naviget, neque hastam bellicam tenear,
1186-1187 Sed ferens ligonem trucemque corde animum,
Ad tumulos patrum vadat, aurum inhians,
5 Quandoquidem et hunc quis meum splendidum tumulum
Effodit improbe agens, lucri causa.

L. *Aliud* **.

Septem in orbe sunt mira, mœnia, simulacrum,
Horti, pyramides, templum, simulacrum, sepulcrum.
Octavum sum ego vastus hic tumulus,
Sublime compactus, scopulis ab his longe procurrens.
5 Sed qui primus inter mortuos decantatus, opus nunc sum insatiabile
Tuæ, o homicida, furentis manus.

LI. *Aliud* ***.

Eram olim inconcussum ego sepulcrum, montis verticem
Plurimum super imminens, longe conspicua moles.
Nunc autem me bellua domestica evertit auri causa,
Hicque sum eversum vicini manibus.

LII. *Aliud* ****.

Tanti prædonem sepulcri, quod circum undique
Quadratorum lapidum ambit corona,

* Alias Murator. 139. ** Alias Murator. 140. *** Alias Murator. 141. **** Alias Murator. 142.

17 *Βήματα.* Schol. ναοὺς ἱερούς. *Sacras ædes.* XLIX. Tit. *Ἄλλο.* Codic. Κατὰ τυμβωρύχων. Tempore Gregorii Theologi crudelis invaserat consuetudo ut tumuli vel splendidissimi everterentur, quod ibi thesauri reconditi crederentur. Plurima condidit epigrammata Gregorius ad incutiendum tumulorum effractoribus terrorem. Nonnulla jam edidit Billius pag. 202, quæ supra retulimus : postea Leuvenklaius. Plura vero Muratorius e ms. codice Mediceæ bibliothecæ S. Laurentii vulgavit accepta et descripta a claro viro Antonio Maria Salvinio.

L. 5 *Ἔργον ἄπλητον. Opus quod explere nequit furentem manum tuam.*

METRICA VERSIO.

A Libavit, magnum textis pia dextra cruorem,
Sanguinei, atque Deo præmia digna tulit,
Busta, hymnos, cultum, populos. Procul este, se-
[pulcra
Queis curæ; dociles cedite martyribus.

XLIX. ALIUD.

(*A. B. Caillau interprete.*)

Ne quis compacto terram jam sulcet aratro,
Vel mare, nec vibret bellica tela manu :
Sed durum portans sæva cum mente ligonem,
Aurum inhians, patrum busta verenda petat ;
Hunece meum siquidem pravo quis pessimus actu
Effodit tumulum, turpia lucra parans.

L. ALIUD.

(*Eodem interprete.*)

Miranda in mundo septem sunt ; mœnia, signum,
B Horti, pyramides, cippus, imago, sacrum.
Octavum sum vastus ego compactus in altum
Præruptis tumulus rupibus exsiliens :
Defunctos inter primus, non, improbe, possum
Tantus ego rabidas exsatiare manus.

LI. ALIUD.

(*Eodem interprete.*)

Inconcussus eram, montis sublime cacumen
Exsuperans tumulus, conspicuusque procul :
Nunc auri, conjuncta domo me bellua, causa,
Stravit : præcipitem proxima dextra dedit.

LII. ALIUD.

(*Eodem interprete.*)

Prædonem tumuli, quem circulus undique tantum
Quadratus cingit, vastaque saxa ferunt.

Ἄξιον αὐτίχ' ἓην αὐτῷ ἕνι σήματι θέντας,
Αὖθις ἐπικλεῖσαι χάσματα δυσσεβέϊ.

ΝΓ'. Ἄλλο.

Ἔργον ἀλιτρὸν ὄπωπα, κεχηνότα τύμβον, ἰδεύων·
Χρυσοῦ ταῦτα πέλει ἔργματα τοῦ δολίου.
Εἰ μὲν χρυσὸν ἔχεις, εὗρες κακόν. Εἰ δ' ἄρα κενὸς
Ἔνθεν ἔβης, κενεὴν μῆσαο δυσσεβίην.

ΝΔ'. Ἄλλο.

Ὀσσάτιον παράμειψα βροτῶν βίον! οὐδ' ἄρ' ἔμελλον
Ἐκφυγέειν παλάμας γείτονος οὐλομένου,
Ὅς με καὶ αἰπὺν ἐόντα χαμαὶ βάλε νηλέϊ θυμῷ,
Οὔτε θεὸν δείσας, οὔθ' ὁσίην φθιμένων

ΝΕ'. Ἄλλο.

Τὸν τύμβων κακόεργον ἀλάστορα φεύγετε πάντες.

A Εἰ δὲ τόσην σκοπιὴν ῥήξατο ῥηϊδίως,
Οὐ μὲν ῥηϊδίως ἐρρήξατο. Ἀλλ' ἀποτῆλε
Χάζεσθε· φθιμένοις ὧδ' ἂν ἀρεσσάμεθα.

ΝΓ'. Ἄλλο.

Αἶ, αἶ! ὦ τί κακὸν προτιόσσομαι ἔγγυθεν ἦδη
Τοῖσί τε τυμβορύχοις, τοῖς τε περικτίοσιν,
Σήματος ὑψιθέοντος ὀλωλότος! Ἀλλὰ τὸν ἐχθρὸν
Οἶδε ὁίκη. Δακρύειν δ' ἡμέτερον φθιμένους.

ΝΖ'. Ἄλλο.

Μαυσώλου τάφος ἐστὶ πελώριος, ἀλλὰ Κάρεσσι
Γίμιος. Οὔτις ἐκεῖ τυμβολέτης παλάμη.
Καππαδόκεσσιν ἔγωγε μέγ' ἔξοχος. Ἀλλὰ δέδορκας
Οἷα πάθον. Στήλῃ γράψατε νεκροφόνον.

Æquum statim fuit eodem sepulcro ponentes,
Rursus claudere hiatum super impio.

LIII. *Aliud* *.

Facinus sceleratum vidi, hiantem tumulum, iter faciens :
Auri hæc sunt opera fraudulenti.
Si aurum habuisti, reperisti malum. Si autem vacuus
Hinc recessisti, inutilem molitus es impietatem.

LIV. *Aliud* **.

Quot præterii hominum ætates! neque potui
Effugere manus vicini nefarii,
Qui me licet sublime positum humi stravit fero animo,
Neque Deum veritus, neque mortuorum sanctitatem.

LV. *Aliud* ***.

Tumulorum perditum depopulatorem fugite omnes :
Si autem tantum scopulum rupit facile,
1188-1189 Non ipse facile diruptus est. Verum procul hinc
Discedite : mortuis ita rem gratam faciemus.

LVI. *Aliud* ****.

Heu! heu! quale malum præsentio jam appropinquare
Tum tumulorum effossoribus, tum finitimis habitatoribus,
Perdito in altum excurrente monumento! Sed inimicum
Novit pœna. Illacrymare nostrum est mortuis.

LVII. *Aliud* *****.

Mausoli sepulcrum est ingens, sed Caribus
Venerandum. Nulla hic tumulorum perditrix manus.
Inter Cappadoces ego valde præcellens. Sed vidisti
Qualia pertuli Cippo inscribite mortuicidam.

* Alias Murator. 143. ** Alias Murator. 144. *** Alias Murator. 145. **** Alias Murator. 146. ***** Alias Murator. 147.

LV. 4 Ἀρεσσάμεθα. Forte ἀρεστόμεθα.
LVI. *Οἶδε δίκη. Justitia novit inimicum. vœnas infligit.*

METRICA VERSIO.

Protinus hoc ipso decuisset ponere cippo,
Et reparata reum claudere saxa super.

LIII. ALIUD.
(*A. B. Caillau interprete.*)

Dum fit iter, vidi tumulum, mens horret! hiantem;
Auri patravit crimen iniqua fames.
Hinc si lucra tibi, lucra hæc sunt pessima; lucri
Si nihil hinc, vanum fit tibi grande scelus.

LIV. ALIUD.
(*Eodem interprete.*)

Humanæ quot ego transcurri tempora vitæ!
Sed fera vicini non fugienda manus,
Qui me stravit humi, quanquam sublime repostam,
Sævus, nec Dominum, sacra nec ossa timens.

LV. ALIUD.
(*Eodem interprete.*)

Qui vastat tumulos, hominem vitate nefandum
B Si facili rupit talia saxa manu,
Non ipse est facile diruptus. Sed procul este :
Sic res defunctis gratior eveniet.

LVI. ALIUD.
(*Eodem interprete.*)

Quod quantumque malum tumulos spoliantibus in-
stat,
Et queis sunt propius mœnia juncta domus
Dejecto grandi busto! Sed novit iniquum
Pœna : piis oculi fletibus ossa rigent.

LVII. ALIUD.
(*Eodem interprete.*)

Mausoli sacro molem veneratur honore
Gens Caria. Hic tumulis noxia nulla manus.
Cappadocis magnus, vidisti quanta subivi.
Mors et defunctis, scribite saxa super.

ΝΙΓ'. Ἄλλο.

Τεῖχος ἐνὶ προπόδεσσι, καὶ ὄρθιος, ἔνθεν ἔπειτα
Ὕπτιος ἐκ λαγόνων εἰς ἓν ἀγειρομένων,
Τύμβος ἔην, καθύπερθε λόφου λόφος. Ἀλλὰ τί ταῦτα;
Οὐδὲν χρυσοφίλοις, οἵ μ' ἐτίναξαν ὅλον.

ΝΘ'. Ἄλλο.

Νεκρῶν νεκρὰ πέλει καὶ μνήματα. Ὃς δ' ἀνεγείρει
Τύμβον ἀριπρεπέα τῇ κόνι, τοῖα πάθοι.
Οὐ γὰρ ἂν οὗτος ἀνὴρ τὸν ἐμὸν τάφον ἐξαλάπαξεν,
Εἰ μὴ χρυσὸν ἔχειν ἤλπετο ἐκ νεκύων.

Ξ'. Ἄλλο.

Τίς, τίνος; Οὐ κενὴ στήλη· πρὸ γὰρ ὤλετο τύμβου.
Α Τίς χρόνος; Ἀρχαίη σήματος ἐργατίη.
Τίς δὲ ἐνήρατο, εἰπὲ, φθόνος τόδε; Χεῖρες ἀλιτραὶ
Γείτονος. Ὡς τί λάθοι; Χρυσὸν ἔχοι σκοτίην.

ΞΑ'. Ἄλλο.

Ὅστις ἐμὸν παρὰ σῆμα φέρεις πόδα, ἴσθι με ταῦτα
Τοῦ νεοκληρονόμου χερσὶ παθόντ' ἀδίκως.
Οὐ γὰρ ἔχον χρυσόν τε καὶ ἄργυρον, ἀλλ' ἐδοκήθην,
Κάλλει μαρμαίρων τοσσατίων λαγόνων.

ΞΒ'. Ἄλλο.

Στῆθι πέλας, καὶ κλαῦσον ἰδὼν τόδε σῆμα θανόντος·
Εἶπot' ἔην· νῦν (μὴν) δὲ τάφου δηλήμονος ἀνδρὸς

LVIII. *Aliud* *.

Murus in montis radicibus, et erectus, hinc deinceps
Supinus ex lateribus in unum collectis
Tumulus eram, collis supra collem. Sed quid hæc?
Nihil aurum amantibus, qui me totum excusserunt.

LIX. *Aliud* **.

Mortuorum mortua quoque sunt monumenta. Qui autem erigit
Tumulum magnificum cineri, talia patiatur.
Non enim iste vir meum sepulcrum vastasset,
Nisi aurum habere sperasset ex mortuis.

LX. *Aliud* ***.

Quis, cujus? Non inanis cippus : ante enim tumulum eversus est
Quodnam tempus? Antiqua est monumenti structura.
Quis autem hoc livor sustulit, dic? Manus scelestæ
Vicini. Ut quid caperet? Ut aurum haberet in tenebris conditum.

LXI. *Aliud* ****.

Quicunque meum ad tumulum fers pedem, scito me hæc
Novi hæredis manibus passum injuste.
1190-1191 Non enim habebam aurum et argentum, sed visus sum habere,
Pulchritudine renidens tantorum parietum.

LXII. *Aliud* *****.

Siste gradum propius, et luge intuens hoc monumentum mortui;
Aliquando eram; nunc autem sepulcri miseri viri

* Alias Murator. 148. ** Alias Murator. 149. *** Alias Murator. 150. **** Alias Murator. 151. ***** Alias Murator. 152.

LVIII. 4 *Χρυσοφίλειις*. Ms. χρυσοφίλαις.

LX. 1 *Τίς, τίνος* ; Dialogismus est in quo verba Græca, non in uno corrupta loco, locum divinationibus dedere, inquit Muratorius.

LXI. 1 *Φέρεις*. In manuscriptis codicibus legitur φέρει.

LXII. 2 *Τάφου*. Ms. τάφον, pro quo posuit Muratorius τάφου, nec immerito. Loquitur tumulus, et inquit se olim viri mortui fuisse monumentum, at nunc se esse infelicis tantum sepulcri monumentum. Quod si τὸ δηλήμονος interpretaris *perditissimi ac nefarii viri*, sensus erit : Olim testabar hic hominem jacere sepultum; nunc dejectus viatores moneo de exsecrabili effossoris facinore. Ita Muratorius. — Quidquid sit, certum est hic inesse mendum aliquod, cum versus secundus una syllaba deficiat : Εἶποτ' ἔην, νῦν δὲ τάφου, etc., cui mendo ut occurrerem expletivam intra parenthesim posui (μὴν). Adde quod libenter crediderim aliter disponendum esse punctorum ordinem ita ut in primo

METRICA VERSIO.

LVIII. ALIUD.

(*A. B. Caillau interprete.*)

Montis in extremis murus stat, deinde supinus
Cum surgens in idem tendit utrumque latus,
Magnus eram cippus, collisque in colle. Quid ista?
Nil cupidis, quorum me manus egit humi.

LIX. ALIUD.

(*Eodem interprete.*)

Et defunctorum tumuli periere. Sepulcrum
Magnificum cineri qui facit, ista ferat.
Namque meum nunquam bustum vastasset iniquus,
Ni lucri gelido spes foret ex cinere.

LX. ALIUD.

(*Eodem interprete.*)

Quis, cujus? Non vana fuit, bustum ante columna
B Diruta. Quæ tumuli tempora? Forma vetus.
Quis tulit hunc livor? Vicini dextra scelesti.
Ut quid haberet! Opes, quas cava celat humus.

LXI. ALIUD.

(*Eodem interprete.*)

Istum quisquis adis tumulum, me scito recentis
Ausibus hæredis tanta tulisse mala.
Non aurum intus habens, frustra sum visus habere,
Ad celsum tollens mœnia pulchra polum.

LXII. ALIUD.

(*Eodem interprete.*)

Sis propius, ploraque videns. Sacrum antea hu-
| stum
Defuncti stabam : miseri sum triste sepulcri

Σῆμα πέλω, μὴ τύμβον ἐγείρετε βροτὸς ἄλλος·
Τί πλέον, ἢ παλάμῃσι φιλοχρύσῃσιν ὀλεῖται;

ΞΓ'. *Allo.*

Αἰὼν, καὶ κληῖδες ἀμειδήτου θανάτοιο,
Καὶ λήθης σκοτίης βένθεα, καὶ νέκυες,
Πῶς ἔτλη τύμβον τις ἐμὸν ἐπὶ χεῖρας ἐνεγκεῖν;
Πῶς ἔτλη; φθιμένων κήδεται οὐδ' ὁσίη.

ΞΔ'. *Allo.*

Τέτρωμαι πληγῆσιν ἀεικελίῃσιν ὁ τύμβος,
Τέτρωμ', ὥς τις ἀνὴρ ἐν δαῒ λευγαλέῃ.
Ταῦτα φίλα θνητοῖσι; τὸ δ' αἴτιον ὡς ἀθέμιστον!
Τὸν νέκυν, οἷον ἔχων χρυσὸν, ἀποξέομαι.

A

ΞΕ'. *Allo.*

Ἱκός τε Θεοῦ ξενίου σε λιτάζομαι, ὅστις ἀμείβεις
Τύμβον ἐμὸν, φράζειν· Τοῖα πάθοις ὁ δράσας.

ΞΖ'. *Allo.*

Πάντα λιπὼν, γαίης τε μυχοὺς καὶ πείρατα πόντου,
Ἦλθες ἔχειν ποθέων γρυσὸν ἐμοῦ νέκυος.
Νεκρὸν ἔχω, καὶ μῆνιν ὀλωλότος. Ἦν τις ἐπέλθῃ,
Ταῦτα λιλαιομένῳ δώσομεν ἀσπασίως.

ΞΖ'. *Allo.*

Εἴ σοι χρυσὸν ἔδωκα μόνῳ μόνος, οὐκ ἐφύλασσες
Τοῦθ' ὅπερ εἰλήφεις; ἢ κακὸς ἦσθ' ἂν ἄγαν.
Εἰ δὲ τάφον σκάπτεις, τὴν αἰδέσιμον παραθήκην,
Καὶ τόδ' ἐπὶ χρυσῷ, ἄξιος, εἰπὲ, τίνος;

Monumentum sum, ne tumulum erigat mortalis alius :
Quid aliud faciet, quam quod a manibus auri cupidis destruatur?

LXIII. *Aliud* *.

Ævum, et claustra torvæ mortis,
Et oblivionis tenebrosæ profunda, et mortui,
Quomodo quis meo tumulo ausus est manus inferre?
Quomodo ausus est? neque sanctitas mortuos defendit.

LXIV. *Aliud* **.

Sauciatus sum plagis indignis tumulus,
Sauciatus sum, ut vir in funesta pugna.
Hæc grata sunt hominibus? causa autem quam nefaria!
Mortuum, velut aurum, habens, effringor.

LXV. *Aliud* ***.

Per Deum hospitalem te rogo, quicunque pertransis
Tumulum meum, dic : Talia patiare, qui hæc perpetrasti.

LXVI. *Aliud* ****.

Omnia relinquens, et terræ abdita, et fines maris,
Venisti habere desiderans aurum mei mortui.
Mortuum habeo, et iram exstincti. Si quis adoriatur,
Hæc desideranti dabimus libenter.

LXVII. *Aliud* *****.

Si tibi aurum dedissem soli solus, nonne servares
Hoc quod accepisses? aut scelestus nimium esses.
Si vero tumulum effodis, sacrum depositum,
Idque auri causa, quo dignus es, dicito.

* Alias Murator. 153. ** Alias Murator. 154. *** Alias Murator. 155. **** Alias Murator. 156. ***** Alias Murator. 157.

versu sit punctum post *τόδε*. Unde ita legendum :
Στῆθι πέλας, καὶ κλαῦσον ἰδὼν τόδε. Σῆμα θανόντος
Εἶποτ' ἔην· νῦν (μὴν) δὲ τάφου, etc.
Siste gradum propius, et luge hoc intuens. Monu-
[mentum mortui
Aliquando eram; nunc autem, etc.
Sic in versione metrica vertere præsumpsi, quod, lector, judices. Caillau.

METRICA VERSIO.

Nunc hominis signum. Tumulum non erigat alter. B
Quid faciet, nisi quod manibus quatiatur avaris?

LXIII. ALIUD.

(*A. B. Caillau interprete.*)

Ævum, claustra necis torvæ crudelia, manes,
Immemoremque animum nox tenebrosa premens,
Quæ manus ausa meum temere violare sepulcrum?
Quæ manus? Exstinctis nec pietate quies.

LXIV. ALIUD.

(*Eodem interprete.*)

Vulnera suscepi nimis heu! probrosa, sepulcrum
Vulnera suscepi, miles ut arma movens.
Humano grata hæc generi? Quam causa nefanda!
Frangor opes ut habens, cui cinis intus inest.

LXV. ALIUD.

(*Eodem interprete.*)

Te per mite rogo Numen, quicunque sepulcrum
Pertransis, clama : Qui facit ista, ferat.

LXVI. ALIUD.

(*Billio interprete.*)

Venisti, pelagus, telluris et abdita linquens,
Defunctum cupiens exspoliare meum.
Mortuus, exstincti furor et mihi : si quis iniquo
Me lædat, cupidus talia suscipiat.

LXVII. ALIUD.

(*Eodem interprete.*)

Si tibi solus ego præstassem munera soli,
Non data servares, ni scelerata manus?
Si vero effodiat tumuli mala dextra sacratum
Depositum, qualis debita pœna tibi?

ΞΙΓ'. Ἄλλο.

Τοὺς ζῶντας κατόρυτσε· τί γὰρ νεκροὺς κατορύσ-
[σεις;
Ἄξιοί εἰσι τάφων, οἵ σε ζῆν εἴασαν οὕτω,
Τὸν τῶν οἰχομένων ὑβριστὴν, καὶ φιλόχρυσον.

ΞΘ'. Ἄλλο.

Καὶ σὺ, τάλαν, παλάμῃσι τεαῖς ἢ μύστιν ἐδωδὴν
Δέξῃ θαρσαλέως, ἢ Θεὸν ἀγκαλίσεις;
Χείρεσιν, αἷς διόρυξας ἐμὸν τάφον; ἦ ῥα δίκαιοι
Οὐδὲν ἔχουσι πλέον, εἰ σὺ τάλαντα φύγοις,
Ψῆσι, δίκης. Τίς πίστις, ὅτ' ὤλεσαν ὃν λαγόνεσσι
Σῇσιν ἔδωκα νέκυν, γαῖα φίλη, φθίμενον;

A

Ο'. Ἄλλο.

Οὐ γαίη μ' ἐτίναξεν· ἀτάσθαλος ὤλεσεν ἀνήρ·
Καὶ φιλοκερδείης εἵνεκα τοῦτον ἔχω.
Πρόσθετα δ' ἦεν ἄσυλα, Θεὸς, νέκυς. Ἀλλὰ Θεὸς μὲν
Ἵλαος. Εἰ δὲ νέκυς, ὄψεσθ' ὁ τυμβολέτης.

ΟΑ'. Ἄλλο.

Ἦ ῥά σε δινήσουσιν Ἐριννύες· αὐτὰρ ἔγωγε
Κλαύσομ' ἀποφθιμένους, κλαύσομ' ἄγος παλάμης.
Λήξατε, τυμβοχόοι, καὶ λήξατε βένθεσι γαίης
Κεύθειν τοὺς φθιμένους. Εἴξατε τυμβολέταις.

ΟΒ'. Ἄλλο.

Νεκρῶν καὶ τάδε γ' ἐστὶ σοφίσματα, ὡς φιλόχρυσοι
Εὕρωσιν παλάμην, σήματα τοῖα χέειν.

1192-1193 LXVIII. *Aliud* *.

Viventes sepeli. Quid enim mortuos tumulas?
Digni sunt, qui sepeliantur, qui te sic vivere passi sunt,
Te in mortuos contumeliosum, et aurum inhiantem.

LXIX. *Aliud* **.

Et tu, infelix, manibus tuis, aut mysticum cibum
Sumes confidenter, aut Deum amplecteris,
Manibus quibus effodisti meum tumulum? Justi ergo
Nihil iniquis amplius habent, si lances effugias
(Dicet quis) justitiæ. Quæ fides, quando perdiderunt, quem visceribus
Tuis commendavi mortuum, terra amica, exstinctum?

LXX. *Aliud* ***.

Non terra me excussit; vir impius me perdidit;
Et avaritiæ causa illum intus habeo.
Sacra sunt asyla, Deus et mortuus. Sed Deus quamvis
Propitius. An et mortuus, viderit tumuli destructor.

LXXI. *Aliud* ****.

Te certe agitabunt Furiæ. Ego vero
Plorabo mortuos. Plorabo tuæ dexteræ scelus.
Cessate, tumulorum aggestores, cessate profundis terræ
Occulere mortuos. Cedite tumulorum perditoribus.

LXXII. *Aliud* *****.

Mortuorum hæc quoque commenta sunt, ut auri cupidam
Invenirent manum, hujusmodi monumenta exstruere.

* Alias Murator. 158. ** Alias Murator. 159. *** Alias Murator. 160. **** Alias Murator. 161. ***** Alias Murator. 161.

LXIX. 2 Ἀγχαλίσεις. Ita per conjecturam scribendum existimavit Muratorius, cum in ms. legatur ἀγκαλέσει. Namque antiquitus, inquit, mos fuit, ut ad sacram mensam accedentes manibus acciperent corpus Domini e manibus sacerdotis.

LXX. 3 Θεός, etc. Nempe *templa et sepulcra*.

LXXI. 3 Καὶ addidit Muratorius, deest in codice.

4 Κεύθειν... τυμβολέται. Sic emendavit Muratorius pro κεύθω... τυμβολέται, quæ leguntur in ms.

METRICA VERSIO.

LXVIII. ALIUD.

(*A. B. Caillau interprete*)

Viventes tumula: tumulo quid mortua condis
Corpora? Sunt digni tumulo, te vivere passi,
Te male lædentem cineres, aurumque petentem.

LXIX. ALIUD.

(*Eodem interprete.*)

Tu, miser, audebis supremum stringere Numen,
Sumere vel fœda mystica dona manu,
Quæ sacrum effodit tumulum? Nihil ergo malignis
Majus habent justi, si fugienda bilanx
Est tibi justitiæ. Cum consumpsere cadaver,
Quod tibi, terra, dedi, quæ manet æqua fides?

B

LXX. ALIUD.

(*Eodem interprete.*)

Non me stravit humus, sed vis me perdidit audax:
Hunc habeo fœdam propter avaritiam.
Numen et exstinctus res sunt intacta: sepulcri
Destructor videat, num sit uterque favens.

LXXI. ALIUD.

(*Eodem interprete.*)

Te certe quatient Furiæ. Sed nunc ego manes
Flebo, tuæ ploratus crimina flebo manus.
Qui struitis tumulos, terræ cessate profundis
Claudere defunctos. Cedite sacrilegis.

LXXII. ALIUD.

(*Eodem interprete.*)

Hinc illuduntur manes. Ut dextra rapacem
Vim scelerata ferat, splendida busta nitent.

Τί σ' ἀνέηκεν, ἄπληστε, τόσον κακὸν ἀντὶ γόοντος
Κέρδεος ἀλλάξαι, μηδὲ παρεσταότος;

ΟΓ'. Ἄλλο.

Στῆλαι καὶ τύμβοι, μέγα χαίρετε, σήματα νεκρῶν.
Οὐκέτι κηρύξω μνήμασι τοὺς φθιμένους.
Ἠνίκα τὸν περίφαντον ἐμὸν τάφον ὤλεσε γείτων,
Γαῖα φίλη, σὺ δέ μοι δέχνυσο τοὺς φθιμένους.

ΟΔ'. Ἄλλο.

Στῆλαι, καὶ πλακόεντες ἐν οὔρεσιν, ἔργα γιγάντων,
Τύμβοι, καὶ φθιμένων ἄφθιτε μνημοσύνη
Σεισμὸς πάντα βράσειεν, ἐμοῖς νεκύεσσιν ἀρήγων,
Οἷς ἔπι χεὶρ ὁλοὴ ἦλθε σιδηροφόρος.

ΟΕ'. Ἄλλο.

Ἠνίκα τὸν περίβωτον ἐπ' οὔρεος, ἄγριε Τιτάν,
A Τύμβον ἀνερρήξω, πῶς ἐσίδες νέκυας
Ὡς δ' ἐσίδες, πῶς χεῖρες ἐπ' ὀστέα; ἦ τάχα μέν σε
Τῇ σχέθον, εἰ θέμις ἦν τοῖσδ' ἕνα τύμβον ἔχειν.

ΟΣ'. Ἄλλο

Σήματα, καὶ σποδιή, καὶ ὀστέα, οἵ τε πάρεδροι
Δαίμονες, οἳ φθιμένου ναίετε τόνδε λόφον,
Τόνδ' ἀλιτρὸν τίννυσθε, ὃς ὑμέας ἐξαλάπαξεν.
Τῶν δὲ περικτιόνων δάκρυον ὔμμιν ὅσον!

ΟΖ'. Ἄλλο.

Τύμβοι, καὶ σκοπιαὶ, καὶ οὔρεα, καὶ παροδῖται,
Κλαύσατε τύμβον ἐμὸν, κλαύσατε τυμβολέτην.
Ἠχὼ δ' ἐκ σκοπέλων πυμάτης ὀπὸς ἀντιαχείτω
Τῶνδε περικτιόνων· Κλαύσατε τυμβολέτην.

Quid te induxit, inexplebilis, tantum malum cum *fluxo*
Lucro, quod nequidem adest, commutare?

LXXIII. *Aliud* *.

Cippi ac tumuli, longum valete, indicia mortuorum.
Non amplius indicabo monumentis exstinctos.
Quandoquidem illustre meum sepulcrum perdidit vicinus,
Chara tellus, tu mihi excipe exstinctos.

1194-1195 LXXIV. *Aliud* **.

Cippi, et lapidei in montibus, opera gigantum,
Tumuli, et exstinctorum inexstincta memoria:
Terræ motus universa subruat, meis opem ferens mortuis,
Quos ferro adorta est funesta manus.

LXXV. *Aliud* ***.

Quando celebrem in monte, ferox Titan,
Tumulum perfregisti, quomodo inspexisti mortuos?
Simul ac autem inspexisti, quomodo manus tuæ adversus ossa? Forsitan te
Hic retinuissent, si fas esset cum his unum sepulcrum habere.

LXXVI. *Aliud* ****.

Monumenta, et cinis, et ossa, et assessores
Genii, qui exstincti tumulum hunc incolitis,
Hunc scelestum ulciscimini, qui vos depopulatus est.
Finitimorum autem quot vobis lacrymæ!

LXXVII. *Aliud* *****.

Tumuli, et speculæ, et montes, et viatores,
Deflete tumulum meum, deflete tumuli eversorem.
Echo e rupibus extremam vocem resonet
Finitimorum: Deflete tumuli eversorem.

* Alias Murator. 162. ** Alias Murator. 163. *** Alias Murator. 164. **** Alias Murator. 165. ***** Alias Murator. 166.

LXXII. 3 *Ἀντὶ γόοντος*. Malim ἀντὶ ῥέοντος.
4 *Παρεσταότος*. Muratorius *neque permanente*. Melius sane, *quod ne adest quidem*.

METRICA VERSIO.

Quid te grande malum cum falso induxit, avare,
Commutare lucro, quod neque certus habes?

LXXIII. ALIUD.
(*A. B. Caillau interprete.*)

Signa neeis, cippi, longum, tumulique, valete.
Non monstrent cineres jam monumenta pios.
Cum mihi subvertit vicinus nobile bustum,
Tu, chara, exstinctos suscipe, terra, mihi.

LXXIV. ALIUD.
(*Eodem interprete.*)

Saxosi tumuli, molesque in monte gigantum,
Exstinctæ cippi lumina clara facis,
Quassa juvet manes subvertens omnia tellus,
Invasit ferro quos scelerata manus.

LXXV. ALIUD.
(*Eodem interprete.*)

Cum magnum excelso fregisti in monte sepulcrum,
B Ossa, ferox Titan, quomodo visa tibi?
Quomodo visa manus tetigit? Te forte tenerent,
Si bustum oppositis esse deceret idem.

LXXVI. ALIUD.
(*Eodem interprete.*)

Ossa, cinis, tumuli, lapides, geniique superni,
Qui sacram hanc sedem manibus incolitis,
Qui vos subvertit, pœna multate nefandum.
Quot fundunt lacrymas, queis prope juncta domus!

LXXVII. ALIUD.
(*Eodem interprete.*)

O tumuli, speculæ, montes, plebs obvia, bustum
Flete meum, diræ crimina flete manus.
Extremam e scopulis populi vocem insonet echo
Vicini: Diræ crimina flete manus.

ΟΗ'. Ἄλλο.

Κτείνετε, λῃΐζεσθε, κακοί, κακοκερδέες ἄνδρες·
Οὔτις ἔτι σχήσει τὴν φιλοχρημοσύνην.
Εἰ τάδ' ἔτλης, κακόεργε, κακόφρονος εἵνεκα χρυσοῦ
Πᾶσι σὴν ἔπ' ἔχεις ἁρπαλέην παλάμην.

ΟΘ'. Ἄλλο.

Οὗτος ἔπερσεν ἐμὸν φίλον τάφον ἐλπίδι κούφῃ,
Ὃν μοῦνον κτεάνων ἔνθεν ἀπῆλθον ἔχων.
Καὶ τοῦτόν τις ἀλιτρὸς ἑαῖς παλάμαις ὀλέσειεν,
Ἐκ δ' ὀλέσας τύμβου τῆλε βάλοι πατέρων.

Π'. Ἄλλο.

Τίς τὸν ἐμὸν διέπερσε φίλον τάφον, οὔρεος ἄκρης
Τῆσδ' ἀναειρόμενον ἡλίκον ὀσσατίης;

Α Χρυσὸς ἔθηξε μάχαιραν ἐπ' ἀνδράσι. Χρυσὸς ἄπλητον
Κύμασι χειμερίοις ὦλεσε ναυσιβάτην.
Καί με χρυσὸς ἔπερσε μέγαν περικαλλέα τύμβον
Ἐλπισθείς. Χρυσοῦ δεύτερ' ἅπαντ' ἀδίκοις.
Πολλάκι ναυηγοῖο δέμας κατέχωσεν ὀδίτης
Κύμασι πλαζόμενον, πολλάκι θηρολέτου,
Ἤδη καὶ πολέμῳ τις ὃν ὦλεσεν. Ἀλλ' ἐμὲ γείτων
Χωσθέντ' ἀλλοτρίαις χερσὶν ἔπερσε τάφον.

ΠΑ'. Ἄλλο.

Ὦ χρυσοῦ δολίοιο πόσον κακὸν ἔπλετ' ἀνηλοῦς!
Ζῶσιν, καὶ φθιμένοις χεῖρα φέρεις ἄδικον.
Οἷς γὰρ ἐμὸν τύμβον τε καὶ ὀστέα δῶκα φυλάσσειν,
Τῶνδ' ὑπὸ ταῖς ἁλιτραῖς ἐξολόμην παλάμαις.

LXXVIII. *Aliud* *.

Occidite, diripite, improbi, improbi lucri viri;
Nemo jam coercebit avaritiam.
Si autem hæc ausus es, malefice, malignum propter aurum
Omnibus tuam injicis rapacem manum.

LXXIX. *Aliud* **.

Ille vastavit dilectum meum tumulum inani spe,
Quem unum e possessionibus habens inde abii.
Hunc etiam aliquis scelestus suis manibus interficiat,
Et interfectum procul projiciat a tumulo parentum.

1196-1197 LXXX. *Aliud* ***.

Quis meum evertit dilectum tumulum, in montis vertice
Sublimis erectum altius?
Aurum acuit gladium mortalibus. Aurum insatiabilem
Fluctibus hibernis perdidit nautam.
Et me evertit ingens perpulchrum sepulcrum, aurum
Speratum: auro viliora sunt omnia improbis.
Sæpe naufragi corpus humavit viator
Fluctibus ejectum, sæpe et a feris interfecti,
Etiam et quem quis bello peremit. Verum me vicinus
Aggestum alienis manibus tumulum evertit.

LXXXI. *Aliud* ****.

Auri dolosi quantum malum est immisericordis!
Viventibus et mortuis manum affers violentam.
Quibus enim et meum sepulcrum et ossa dedi servanda,
Horum scelestis perii manibus.

* Alias Murator. 167. ** Alias Murator. 168. *** Alias Murator. 169. **** Alias Murator. 170.

LXXXI. 1 Ἀνηλοῦς. Ita scribit Muratorius ex conjectura doctissimi Salvinii. Cod. ms. habet ἀνηλοῖς.
2 Ἄδικον. Codices manuscripti habent ἀδίκων.

METRICA VERSIO.

LXXVIII. ALIUD.

(*A. B. Caillau interprete.*)

Ferte necem, furtum, pravi, exercete nefandum;
Frenabit fœdam nullus avaritiam.
Talia si propter nummos, scelerate, malignos
Ausus es, invadit dextera cuncta rapax.

LXXIX. ALIUD.

(*Eodem interprete.*)

Subruit iste meum, sperat dum vana, sepulcrum,
Quod solum a cunctis raptus ab orbe tuli.
Hunc nece crudeli mactet mala dextra, paterno
Et tumulo abjiciat mortua membra procul.

LXXX. ALIUD.

(*Salvinio interprete.*)

Quis nostrum evertit tumulum, qui vertice montis
B Arduus excelso celsior erigitur?
Aurum acuit gladium miseris mortalibus. Auri
Nautam avidumque undis horrida mersit hiems
Me, speratum aurum, perpulchrum ingensque se-
[pulcrum
Rupit. Nil auro charius improbulis.
Corpus humare undis ejectum sæpe viator,
Enectumque feris corpus humare solet,
Et quem quis bello occidit. Tumulum me alienis
Aggestum manibus, proximus eripuit.

LXXXI. ALIUD.

(*A. B. Caillau interprete.*)

Infidi quam grande malum est immitibus auri!
Vivos, defunctos ledit avara manus.
Ossa quibus servanda dedi sacrumque sepulcrum,
Ipsorum pravo crimine deperii.

ΠΒ'. *Allo.*

Πάντ' ἔθανεν. Νεκύεσσιν ἐπαίζομεν. Οὔτις ἔτ' αἰδὼς
Ἐκ ζώντων φθιμένοις. Δέρκεο τόνδε τάφον,
Ὃν γ' ἐλπὶς χρυσοῖο διώλεσε τόσσον ἐόντα,
Θαῦμα παρερχομένοις, θαῦμα περικτιόσιν.

ΠΓ'. *Allo.*

Λίσσομαι, ἢν γε θάνω, ποταμῷ δέμας, ἢὲ κύνεσσιν
Ῥίψατε, ἢὲ πυρὶ δάψατε παντοφάγῳ·
Λώϊον, ἢ παλάμῃσι φιλοχρύσῃσιν ὀλέσθαι.
Δείδια, τόνδε τάφον τοῖα παθόντ' ὁρόων.

ΠΔ'. *Allo.*

Δήποτε Κῦρος ἄναξ, βασιλήϊον ὡς ἀνέῳξεν
Τύμβον ἐπὶ χρυσῷ, γράμμα τόδ' ἦὗρε μόνον
« Οἴγειν ἀπλήστοιο τάφους χερός. » Ὣς δὲ σὺ τόσσον
Σῆμα τάδ' οὐχ ὁσίαις οἴξας, ἄνερ, παλάμαις.

A

ΠΕ'. *Allo.*

Ὃς κακὸς οὐ φθιμένοισι, τάχα φθιμένοισιν ἀρήγοι·
Ὃς δ' οὐδὲ φθιμένοις, οὔποτ' ἂν οὐ φθιμένοις.
Ὡς δὲ σύ, τοῖς φθιμένοισιν ἐπεὶ τάφον ἐξαλάπαξας
Οὔποτ' ἂν οὐ φθιμένοις χεῖρα φέροις ὁσίην.

ΠΖ'. *Allo.*

Μαρτύρομ', οὐδὲν ἔχω· πτωχὸς νέκυς ἐνθάδε κεῖμαι
Μή με τεαῖς ἀτίσῃς τυμβοφόνοις παλάμαις.
Οὐδὲ γὰρ οὗτος ἔχεν χρυσὸν τάφος· ἀλλ' ἐδαΐχθη.
Πάντα φιλοχρύσοις ἄμβατα· φεῦγε Δίκη.

ΠΖ'. *Allo.*

Οἱ τύμβοι φθιμένοισιν· Ἀρήξατε, εἶπον ἅπαντες,
Ἥνίχ' ὁ λυσσήεις τόνδ' ἐτίναξε τάφον.
Οἱ νέκυες τύμβοισι· Τί ῥέξομεν; αὖθις ἀέρθη,
Ὡς ἐπὶ βουκτασίῃ γαῖαν ἀφεῖσα Δίκη.

LXXXII. *Alind* *.

Omnia periere. Mortuis insultamus. Nulla jam verecundia
Mortuis a viventibus. Intuere hunc tumulum,
Quem spes auri perdidit, cum tam ingens esset,
Miraculum prætereuntibus, miraculum finitimis.

LXXXIII. *Aliud* **.

Precor, cum mortuus fuero, corpus in fluvio, aut canibus
Projicite, aut igne consumite omnivoro.
Id melius, quam manibus auri cupidis perire.
Timeo, hunc tumulum talia passum intuens.

LXXXIV. *Aliud* ***.

Olim Cyrus rex, regium cum aperuisset
Sepulcrum auri causa, scriptum hoc tantum invenit :
Aperire tumulos avaræ est manus. » Ita vero tantum
Monumentum hoc non sanctis aperuisti, o homo, manibus.

1198-1199 LXXXV. *Aliud* ****.

Qui malus est viventibus, fortasse mortuis proderit :
Qui vero neque mortuis, nec vivis quidem unquam.
Tu igitur, mortuorum quandoquidem sepulcrum vastasti,
Nunquam viventibus manum feres sanctam.

LXXXVI. *Aliud* *****.

Fateor, nihil habeo; mendicus mortuus hic jaceo.
Ne me tuis inhonora tumulicidis manibus.
Neque enim iste habebat aurum tumulus; nihilominus direptus est.
Nihil auri cupidis inaccessum; aufugit Justitia.

LXXXVII. *Aliud* ******.

Tumuli mortuis : Opem ferte, aiebant omnes,
Cum rabidus quidam hunc concussit tumulum.
Mortui tumulis : Quid faciemus? rursus sublata est,
Ut in boum cæde terram relinquens Justitia.

* Alias Murator. 171. ** Alias Murator. 172. *** Alias Murator. 173. **** Alias Murator. 174. ***** Alias Murator. 175. ****** Alias Murator. 176.

METRICA VERSIO.

B

LXXXII. ALIUD.
(*A. B. Caillau interprete.*)

Perdita cuncta; cinis spretus. Non præstat honorem
Vivens defunctis; huncce vide tumulum,
Spe dejectum auri; mirus cum surgeret istis
Qui procul adveniunt, queis prope juncta domus.

LXXXIII. ALIUD.
(*Eodem interprete.*)

Exstinctum fluvio canibusve emittite corpus,
Ignis et omnivori tradite membra rogo.
Id melius cupidis manibus quam triste perire,
Hunc passum timeo tanta videns tumulum.

LXXXIV. ALIUD.
(*Eodem interprete.*)

Regali tumulo quondam rex Cyrus aperto,
Nummorum causa, talia scripta tulit :
« Pectoris est cupidi tumulos aperire : » sepulcrum
Ergo tua expandit prava, sceleste, manus.

LXXXV. ALIUD.
(*Eodem interprete.*)

Qui malus est vivis, defunctis forte favebit :
Nil dabit et vivis, sacra nec ossa putans.
Ergo, exstinctorum tumuli destructor inique,
Non vivis unquam tu bona dona feres.

LXXXVI. ALIUD.
(*Eodem interprete.*)

Nil habeo, fateor; jaceo pauperrimus illic :
Sacrilegis manibus ne mihi probra feras.
Non aurum intus habens, est hic direptus : avaris
Nil sacrum manibus. Fugit ab orbe Dice.

LXXXVII. ALIUD.
(*Eodem interprete.*)

Huc ferte auxilium, tumuli dixere sepultis
Omnes, cum tumulum stravit acerba manus.
Exstincti tumulis : Quid agendum? Ablata superne
Ut, cæsis bovibus, cessit ab orbe Dice.

ΠΗ'. Ἄλλο.

Ἦλυθεν εἰς ἀΐδην τις· ὁ δ' ἔπτατο, ἄλλος ὄλεσσεν
Θῆρας, ὁ δὲ πλεκτὸν υἱεῖ τεῦξε δόμον.
Τούτων οὗτος ἀνὴρ οὐ δεύτερον ἔργον ἔρεξεν,
Τόνδε τάφον ῥήξας χείρεσιν οὐχ ὁσίαις.

ΠΘ'. Ἄλλο.

Εἰ τόσον ἔργον ἔγειρας ὀλωλότι, οὐ μέγα θαῦμα·
Εἰ δὲ τόσον διέπερσας, ἀοίδιμος ἐσσομένοισιν,
Καί σέ τις ἐν μεγάλοισιν ἀριθμήσει κακοεργοῖς,
Τύμβον ἀναῤῥήξαν θ', ὃν καὶ τρομέουσι φονῆες.

Ι'. Ἄλλο.

Χρυσὸς μὲν Ῥοδίοισιν ἐπέκλυσε. Σοὶ δ' ἀπὸ τύμβου
Χρυσὸν φέρει σίδηρος, ὃς κακὸν φέρει.

Α Ὄρυσσ', ὄρυσσε πάντας. Ἢ τάχ' ἄν σέ τις
Τύμβος ἢ ἐξολέσειε πεσών, νεκύεσσι δ' ἀρήγοι.

ΙΑ'. Ἄλλο.

Τύμβος ἦην, νῦν δ' εἰμὶ λίθων χύσις, οὐκ ἔτι τύμβος
Ταῦτα φιλοχρύσοις εὖαδε. Ποῖα δίκη;
Αἶ, αἶ! καὶ τέφρη γενόμην, καὶ χεῖρας ἀλιτρῶν
Οὐκ ἔφυγον. Χρυσοῦ τί γε χερειότερον;
Ἄξομαι ἀνδρομέης γενεῆς ὕπερ, εἴ σέ τις ἔτλη,
Τύμβε, χαμαὶ βαλέειν οὐχ ὁσίαις παλάμαις.
Τύμβος ἐγὼ, σκοπιή τις ἀπ' οὔρεος· ἀλλά με χεῖρες
Θῆκαν ἴσον δαπέδῳ. Τίς τάδ' ἄνωξε νόμος;
Οὗτος ἐμὸς δόμος ἦεν ὀλωλότος. Ἀλλὰ σίδηρος
Ἦλθ' ἐπ' ἐμῷ τύμβῳ. Σὸν δόμον ἄλλος ἔχοι.

LXXXVIII. *Aliud* *.

Descendit in infernum quidam : alter volavit : alius occidit
Feras, hic vero plexilem filio fabricavit domum.
Ilis iste vir non secundum opus fecit,
Hoc sepulcrum perfringens sceleratis manibus.

LXXXIX. *Aliud* **.

Si tantum opus erexeris mortuo, non valde mirandum :
Si autem tantum opus vastaveris, famosus eris apud posteros,
Et te quispiam inter magnos recensebit sceleratos,
Quando sepulcrum evertisti, quod etiam verentur homicidæ.

XC. *Aliud* ***.

Aurum quidem in Rhodios pluit. Tibi autem e tumulo
Aurum affert ferrum, quod malum affert.
Effode, effode omnes. Fortasse te quis
Tumulus perdat decidens et mortuis opem ferat.

1200-1201 XCI. *Aliud* ****.

Tumulus eram : nunc autem sum acervus lapidum, non jam tumulus :
Ita avaris placuit. Quæ justitia?
Eheu, eheu! et cinis evasi, et manus impiorum
Non effugi. Auro quid pejus?
Timeo pro humana stirpe, si te quis ausus sit,
Tumule, in terram dejicere sceleratis manibus.
Tumulus eram ego, specula quædam de monte, sed me manus
Æquavere solo. Quæ lex talia jubet?
Hæc mea domus erat defuncti. Sed ferrum
Meo supervenit tumulo. Tuam domum alius habeat.

* Alias Murator. 177. ** Alias Murator. 178. *** Alias Murator. 179. **** Alias Murator. 180.

XC. 1 *Ῥοδίοισιν*. Hujus fabulæ, inquit Muratorius, vestigia sunt apud Pind. in *Olymp.*, od. VII, ubi de Rhodiis loquens poeta hæc habet : Κείνοισι μὲν ξανθὰν ἀγαγὼν νεφέλην, πολὺν ὕσε χρυσόν, id est, *illis quidem* (Jupiter), *flavam adducens nubem, multum pluit auri.* Ut Rhodiorum opulentiam deprædicarent poetæ, hunc aureum imbrem finxere. Ibid. *ἐπέκλυσε*. Cod. ἐπέκλυσεν. Mox idem habet τύμβον pro τύμβου, quod correxit Muratorius.

XCI. 2 *Ποῖα δίκη; Quas pœnas dabunt*, vel, *quæ justitia!*

METRICA VERSIO.

LXXXVIII. ALIUD.

(*A. B. Caillau interprete.*)

Ille orcum, ille polum petiit, monstra ille peremit,
Implexam nato struxit et iste domum.
Hic istis certe non facta secunda peregit,
Effringens pravis hunc tumulum manibus.

LXXXIX. ALIUD.

(*Eodem interprete.*)

Non mirum tantam defunctis condere molem;
Sed vastare locum, dabit hoc tibi nomen in ævum
Grandius, infamesque viros numeraberis inter,
Destructor busti, quod et ipse homicida veretur.

XC. ALIUD.

(*Eodem interprete.*)

Scilicet in Rhodios aurum pluit. At tibi ferrum
B Fert e sepulcro cum thesauris et malum.
Cuncta effode. En fortasse quis te decidens
Perdet, et auxilium tumulus feret ossibus æquum.

XCI. ALIUD.

(*Eodem interprete.*)

Cippus eram; sed nunc lapidum congestus : avaris
Sic animis placuit. Qualia jura, precor!
Ipse cinis factus pravas vitare nequivi
Dextras. Quid nummis pejus adesse potest?
Pro genere humano vereor, si te qua, sepulcrum,
Ausa sit in terram vertere prava manus.

(*Salvinio interprete.*)

Celsus eram tumulus, specula et de monte. Sed [æquum
Me fecere solo. Hoc quæ pia jura jubent?
Nostra fuit domus hæc defuncti. Venit in ipsam
Ferrum. Vestram alius sic habeatque domum.

Τὴν σκαπάνην ἐπ' ἄρουραν· ἐμοῦ δ' ἀπογάζεο τύμβου, A
Χάζεο. Οὐδὲν ἔχω πλὴν ζακότων νεκύων.
Εἴ σ', ἄπληστε, τάφων δηλήμονα τοῖον ἐόλπειν,
Ἁσσάλος ἂν τῇδε καὶ τροχὸς ἐκρέματο.
Τίπτε μ' ἀνοχλίζεις κενεὸν τάφον; Ὀστέα μοῦνα
Κεύθω, καὶ σποδιὴν τοῖσιν ἐπερχομένοις.

ΜΒ'. Ἄλλο.

Τύμβος ἐγὼ τύμβων πανυπέρτατος. Ἀλλά μ' ἔφυξεν
Ὡς τινα τῶν πολλῶν ἀνδροφόνος παλάμη.
Ἀνδροφόνος παλάμη με διώλεσε. Λήξατε τύμβων,
Θνητοί, καὶ κτερέων. Δεῦτ' ἐπὶ νεκρὰ, κύνες.
Δεῦτ' ἐπὶ νεκρὰ, κύνες. Χρυσοῦ διζήτορες ἄνδρες
Ἤδη καὶ νεκύων χρυσολογοῦσι κόνιν.

ΜΓ'. Ἄλλο.

Ἄλλος τύμβον ἔγειρε· σὺ δ' ὤλεσας. Ἄλλος ἐγείροι
Σὸν τάφον, εἴ γε θέμις· ἄλλος ἔραζε βάλοι.
Ἤδη καὶ νεκύεσσιν ἐπέκραον οἱ φιλόχρυσοι·
Φεύγετε δ' ἐκ τύμβων, εἰ σθένος, οἱ φθίμενοι.
Τίπτε μ' ἀνοχλίζεις; νεκύων ἀμενηνὰ κάρηνα
Μοῦνα φέρω! Τύμβων ὀστέα, πλοῦτος ἅπας.
Δαίμονας, οἵ με ἔχουσιν, ἀλεύεο. Οὔτι γὰρ ἄλλο
Τύμβος ἔχω. Τύμβων ὀστέα, πλοῦτος ἅπας.
Εἰ χρυσοῦ δόμος ἦεν ὅλος τάφος, ὦ φιλόχρυσε,
Οὔποτ' ἔδει τοίην χεῖρα φέρειν φθιμένοις.
Λήθη καὶ σιγὴ νεκύων γέρας· ὡς ἀλάπαξεν
Οὗτος, ἐμὸν πολλοῖς θῆκεν ἄεισμα τάφον.
Πάντ' ἔχετε ζώοντες. Ἐμοὶ δ' ὀλίγοι τε φίλοι τε
Λᾶες τῷ φθιμένῳ. Φείδεο σὺ νέκυος.
Οὐ χρυσοῦ δόμος εἰμί· τί τέμνομαι αὐτὸς ἔγωγε;
Τύμβος, ὃν ὀχλίζεις, πλοῦτος ἐμοῦ νέκυος.

Ligonem mitte in arva : sed a meo procul esto sepulcro,
Esto procul. Nihil aliud habeo præter valde iratos mortuos.
Si te, avare, tumulorum effossorem huc sperassem,
Palus hic certe et rota pependisset.
Quid me vexas, vacuum tumulum? Ossa sola
Tego, et cinerem accedentibus.

XCII. *Aliud* *.

Tumulus ego tumulorum præstantissimus : sed me rupit
Ut aliquem e multis homicida manus.
Homicida manus me destruxit. Cessate tumulis
Mortales, et exsequiis. Venite ad cadavera, canes.
Venite ad cadavera, canes. Auri conquisitores viri
Jam et mortuorum aureum colligunt cinerem.

XCIII. *Aliud* **.

Alius tumulum erexit : tu vero destruxisti. Alius erigat
Tuum tumulum, si tamen æquum est; alius humi sternat.
Jam et mortuos invadunt auri cupidi ;
Fugite e tumulis, si potestas, o mortui.
Quid me vexas? mortuorum imbecilla capita
Tantum contineo. Tumulorum ossa, divitiæ omnes.
Genios, qui me possident, fuge. Nihil enim aliud
Tumulus contineo. Tumulorum ossa, divitiæ omnes.
Si aurea domus esset totum hoc bustum, o avare,
Nec fas quidem esset mortuis vim talem inferre.
Oblivio et silentium mortuorum præmium : quandoquidem vastavit
Iste, meum multis fabulam fecit sepulcrum.
1202-1203 Omnia habete, viventes. Mihi et pauci, et chari
Lapides mortuo. Parce tu exstincto.
Non aurea domus sum : quid diripior ipse ego?
Tumulus, quem dejicis, mihi mortuo sunt divitiæ.

* Alias Murator. 181. ** Alias Murator. 182.

12 *Ζακότων*, etc. *Valde iratum cadaver.*

METRICA VERSIO.

Arva ligo pulset. Nostro procul esto sepulcro,
Esto procul. Cineres possidet ira meos.
Si te huc sperassem, tumulorum effossor avare,
Hic palus pendens, et rota sæva foret.

(*A. B. Caillau interprete.*)

Quid vacuum vexas tumulum? Venientibus ossa
Sola tego, et cinerem quem levis aura rapit.

XCII. ALIUD.

(*Salvinio interprete, a nobis emendato.*)

Sum tumulis tumulus longe sublimior : at me
Rupit ut e multis unum homicida manus.
Destruxit me homicida manus. Cessate sepulcris
Exsequiisque, homines. Quærite membra, canes.
Membra, canes rabidi, conquirite mortua. Bustis
Auratum cinerem gens sitibunda petit.

B XCIII. ALIUD.

(*Salvinio interprete.*)

Erigit hic tumulum : tu contra destruis; unus
Erigat, atque alter destruat hunece tibi.
Vita auri cupidi defunctos aggrediuntur;
Aufugite, exstincti, si pote, de tumulis.

(*A. B. Caillau interprete.*)

Quid tu me vexas? Insunt mihi mortua tantum
Corpora. Divitiæ scilicet ossa meæ.
Astantes fuge tu genios. Nil amplius illic
Est mihi. Divitiæ scilicet ossa meæ.
Aurea si totum hoc bustum domus esset, avare,
Nec vi defunctos fas agitare foret.
Præmia defunctis sunt alta silentia noctis;
Fit modo sed bustum fabula vana cadens.
Omnia sint vivis. Pauci charique supersunt
Mi lapides. Functo parcite luce, precor.
Aurea non sedes ego sum. Quid vastor iniquo?
Quem lædis, solæ sunt mihi cippus opes.

Τύμβος ἐγὼ κλέος ἦα περικτιόνων ἀνθρώπων·
Νῦν δ' εἰμὶ στήλη χειρὸς ἀλιτροτάτης.
Εἰ λίην φιλόχρυσον ἔχεις κέαρ, ἄλλον ὀρύσσειν
Χρυσόν. Ἐμοὶ δ' οὐδὲν πλὴν φθιμένων κτερέων.
Μὴ δείξῃς μερόπεσσι γυμνὸν νέκυν· ἢ σὲ γυμνώσει
Ἄλλος. Ὁ δὲ χρυσὸς πολλάκις ἐστὶν ὄναρ.
Οὐχ ἅλις ἦε βροτοῖσι βροτοὺς ἔπι χεῖρας ἰάλλειν·
Ἀλλὰ καὶ ἐκ νεκύων σπεύδετε χρυσὸν ἔχειν.
Ὑμετέροις τύμβοισιν ἀρήξατε, οἱ τόδ' ὁρῶντες
Σῆμα δαΐχθέν. Ὅσον λεύσσατε τυμβολέτην!
Τίς με τὸν ἐξ αἰῶνος ἀκινήτοισι λίθοισι
Κευθόμενον, θνητοῖς δεῖξε πένητα νέκυν;
Τίπτε τάφον διέπερσας ἐμὸν, τάλαν; Ὡς διαπέρσῃ
Σοί γε Θεὸς βιοτήν. Ὦ φιλόχρυσον ἄγος!
Ὤμοσα τοὺς φθιμένους, καὶ ὤμοσα Τάρταρον αὐτὸν,
Μήποτε τυμβολέταις εὐμενὲς ὄμμα φέρειν.
Οὖρεα καὶ πρῶνες, τὸν ἐμὸν τάφον ὥς τιν' ἑταίρων

A Κλαύσατε. Ἦ δὲ πέσοι τῷ σε τεμόντι λίθος.
Ἠλούσιος, εἰμὶ πένης, τύμβῳ πολὺς, ἔνδον ἄχρυσος·
Ἴσθι καθυβρίζων νεκρὸν ἀσυλότατον.
Κἂν σεῦς πυθμένος ἄχρις ἐμοὺς κευθμῶνας ὀρύσσων,
Μόχθος σοι τὸ πέρας. Ὀστέα μοῦνον ἔχω.
Τέμνετε, τέμνετε ὦδε. Ἠλύχρυσος γὰρ ὁ τύμβος
Τοῖς ποθέουσι λίθους· τ' ἄλλα δὲ πάντα κόνις.
Γαῖα φίλη, μὴ σοῖσι θανόνθ' ὑποδέχνυσο κόλποις,
Τὸν τυμβωρυχίης κέρδεσι τερπόμενον.
Ὑβριστὴς ἐπ' ἐμ' ἦλθε τὸν οὐ ζώοντα σιδήρου,
Καὶ χρυσὸν ποθέων, ἤυρε πένητα νέκυν.

ΧΔ'. Ἄλλο.

Μῦθος Τάρταρος ἦεν· ἐπεὶ τάφον οὐκ ἀνέῳξεν
Οὗτος ἀνήρ· οἴμοι, ὡς βραδύπους σὺ, Δίκη!
Ὡς βραδύπους σὺ, Δίκη! καὶ Τάρταρος οὔποτε δεινός!
Οὐ γὰρ ἂν οὗτος ἀνὴρ τόνδ' ἀνέῳξε τάφον.

Sepulcrum ego deus eram finitimarum gentium:
Nunc vero titulus sum manus impiissimæ.
Si valde auri cupidum cor habes, aliud effode
Aurum: mihi nihil præter mortualia.
Ne ostendas mortalibus nudum mortuum: nam te nudabit
Alius. Aurum vero sæpe somnium est.
Non satis erat mortalibus mortales manus injicere;
Verum etiam et a mortuis studetis aurum habere.
Vestris sepulcris ferte opem, hoc videntes
Monumentum discerptum. Quam magnum cernitis tumulicidam!
Quis me e longo tempore immobilibus lapidibus
Occultatum, mortalibus prodidit egenum cadaver?
Cur sepulcrum evertisti meum, miser? Sic secet
Tibi quoque Deus vitam. O nefanda auri cupiditas!
Obtestor mortuos, obtestor et ipsa Tartara,
Nunquam tumulorum eversoribus placidum aspectum præbeant.
Montes et colles, meum tumulum ceu aliquem sodalium
Deflete. Omnis autem cadat in eum, qui te cecidit, lapis.
Dives, sum pauper, tumulo magnificus, intus absque auro:
Scito te contumelia afficere mortuum, rem maxime inviolabilem.
Quamvis perstes, ad fundum usque mea latibula effodiens,
Labor erit tibi finis. Ossa tantum habeo.
Secate, secate hic. Multum enim auri possidet sepulcrum
Desiderantibus lapides; cætera vero omnia cinis.
Terra chara, ne tuo mortuum excipe sinu,
Qui e tumulorum effossione lucrari delectatur.
Contumeliosum in me irruit non viventem ferrum,
Et aurum oppetens, reperit pauperem mortuum.

XCIV. *Aliud* *.

Fabula Tartarus est: si quidem tumulum non reserasset
Iste vir. Eheu! quam tardipes tu, Vindicta!
Quam tu tardipes, Vindicta! et Tartarus non est gravis!
Non enim iste vir hunc reserasset tumulum.

* Alias Murator. 185.

METRICA VERSIO.

Gentis honor tumulus vicinæ nobilis olim,
Nunc titulus fœdæ crimine surgo manus.
Si tibi cor auri cupidum nimis, effode bustum
Nunc aliud. Solum frigida membra mihi.
Defunctum nudare cave, ne nudus et ipse
Exponaris. Opes somnia sæpe volant.
Mortales vim ferre gravem mortalibus ergo
Non satis? A tumulo vultis habere lucrum.
Vestra sepulcra cito visis servate ruinis;
Quæ tumulos vertens dextra videtur ibi!
Quis magnis longo tectum me tempore petris,
In lucem est ausus prodere corpus egens?
Cur dejecisti tumulum? Sic, improbe, vita
Te spoliet Numen. Quam malus ardor opum!
Obtestor manes, obtestor Tartara: nunquam
Sacrilegos placidis aspiciant oculis.
Hunc, montes, tumulum ceu quem deflete sodalem;
In te cædentem saxa revulsa cadant.

B Dives, inops, tumulo splendens, expersque metalli;
Exstinctum offendis rem super omne sacram.
Funditus usque meas perstes aperire latebras;
Nil tibi præter opus. Nam cinis unus adest.
Perge, seca; bustum multos habet hocce thesauros
Optanti lapides: cætera cuncta cinis.
Chara, tuo exstinctum gremio ne suscipe, terra,
Qui tumulos fodiens gaudet habere lucrum.
Percussit ferro defunctum armata nefando,
Et quærens aurum, repperit ossa, manus.

XCIV. ALIUD.
(*Salvinio interprete.*)

Fabula sunt manes; tumulum namque haud reserasset
Iste vir; eheu! Quam tu pede clauda, Dice!
Quam pede clauda, Dice! Manes quam fabula! [Namque
Iste modo hunc tumulum non reserasset homo.

APPENDIX

—

1204-1205 MONITUM NOVI EDITORIS (*a*) IN TRAGŒDIAM : *CHRISTUS PATIENS.*

Pervolventi mihi, et quidem attentius, qui in manus, divina favente Providentia, devenere Benedictinorum Sancti Mauri manuscriptos codices, unum tantummodo defuisse visum est, nempe monitum de tragœdia, cui titulus *Christus patiens*. Hoc autem eo gravius mihi accidit, quod hic de litteraria simul et religiosa quæstione non parvi momenti agatur. Sed huic defectui resarciendo plenius affuerunt omnes criticæ peritissimi viri, qui usque ad hoc tempus in Ecclesia floruerunt. Hanc enim tragœdiam Theologo non esse ascribendam uno ore consentiunt Tillem. tom. III, pag. 559; Dupin, tom. II, pag. 372 et 651; Baillet, *Jugement des savants*, tom. IV, part. II, pag. 457; Baron., tom. I, ad ann. 44, § 129; Rivet, *Critic. sacr.*, pag. 343; Vossius, *Instit. poetic.*, lib. II, cap. 14, pag. 72; Bellarm., *De scriptor. eccles.*; Labb. *De scriptor. eccles.;* et post eos D. Ceillier, *Hist. des auteurs sacrés*, etc., tom. VII, pag. 196 (*b*).

Hæc sunt autem argumenta quibus ista nititur sententia, quæ difficile posset abjici. 1° quidem silent circa auctoris nomen veteres manuscripti codices, et adducitur solummodo codex unus qui nomen Theologi habet, alterque Suidæ, nec multum vetus, nec magni ponderis, ubi hæc tragœdia operibus sancti Gregorii subjungitur. 2° Non reperitur in præfato opere certa doctrinæ puritas, quam in cæteris Theologi carminibus, epistolis et orationibus admirantur omnes. Ibi enim (vers. 439, etc.) sanctissima Virgo inducitur, modo scandalum patiens audita Filii nece; modo timore indigno dejecta, quæ juxta (vers. 469, etc.) sancti Ambrosii verbum (*c*), *stabat ante crucem mater, et fugientibus viris stabat intrepida;* modo gemitibus lacrymisque nimium indulgens, de qua idem sanctus doctor dicebat (*d*) : *Stantem lego; flentem non lego;* modo tandem vesano furore correpta, et Filii inimicos ita gravissimis lacessens injuriis (vers. 272, etc.), ut et insuper omnes istis calamitates imprecetur. Adde quod auctor ex apocryphis sane falsas deducens historias, sanctam dicat Virginem (vers. 1349, etc.) *manibus angeli fuisse enutritam, et ab universo senatu conjugem viro modesto traditam :* quod Christus sanctissimæ Matri statim post resurrectionem apparuerit (vers. 2095, etc.); quod ecclesiæ multæ in beatæ Virginis honorem tunc fuerint erectæ (vers. 965, 966), solemniaque celebrata festa, quod non factum videtur, nisi circa medium quinti sæculi, post Ephesini concilii decretum, anno 431 emissum. 3° In hoc dramate frustra quæsieris sancti Gregorii elegantiam styli, variumque colorem, necnon et gravitatem sermonis, et metri rectitudinem, et similitudinum copiam, quibus omnibus illustrantur cætera beati doctoris carmina. Unde patet huic non prorsus esse ascribendum hoc poema.

Cui autem sit tribuendum, non satis constat. Sunt nonnulli qui Apollinarium hujus operis scriptorem prædicaverint; sed immerito, ut demonstrat tum temporis circumstantia, cum eodem sæculo vixerit ac Gregorius noster, tum aliqua operis fragmenta, quibus utraque in Christo natura astruitur, cum (vers. 1792) Mariam vocet matrem τοῦ Διφυοῦς, ejus qui est duplicis naturæ.

Hinc probabilius forte videbitur hoc poema restituere Gregorio cuidam, propter facilem musam decantato, qui, ad episcopatum Antiochensem circa an. 572 evectus, propter nominis similitudinem, Theologus male creditus est.

Cum tamen antiquissimus sit ille fetus, nec in omnibus respuendus, ita ut Benedictini novam ejus versionem prosaicam elaborare non dubitaverint, hunc cum versione præfata, in appendice repræsentare, addita in oram marginis versione metrica, a Roilleto concinnata, operæ pretium esse duximus.

(*a*) d. A. P. Caillau.
(*b*) Cf. Wafekenaer, Præf. ad Euripidis *Hippolytum*.
(*c*) *De instit. virgin.*, cap. 7, pag. 261.
(*d*) *De obit. Valentiniani*, p. 1185.

ΧΡΙΣΤΟΣ ΠΑΣΧΩΝ,

ΤΡΑΓΩΔΙΑ.

—

CHRISTUS PATIENS,

TRAGŒDIA.

—

ΥΠΟΘΕΣΙΣ.

Ἐπεὶ δ' ἀκούσας εὐσεβῶς ποιημάτων,
Ποιητικῶς νῦν εὐσεβῆ κλύειν θέλεις,
Πρόφρων ἄκουε· νῦν τε κατ' Εὐριπίδην
Τὸ κοσμοσωτήριον ἐξερῶ πάθος,
Ὅθεν μαθήτῃ πλεῖστα μυστικῶν λόγων
Ὡς ἐκ στόματος Μητροπαρθένου κόρης,
Μύστου πεφιλμένου τε τῷ Διδασκάλῳ.
Πρώτην γὰρ αὐτὴν νῦν παραστήσει λόγος.
Μητροπρεπῶς θρηνοῦσαν ἐν καιρῷ πάθους
Πότμου τε τὴν πρόφασιν ἀρχῆς ἄπ' ἄκρης
Στένουσαν, ὡς φανεῖσαν ὄντως αἰτίαν
Τοῦ μητέρ' αὐτὴν τοῦ Λόγου χρηματίσαι,
Καὶ νῦν ἰδεῖν πάσχοντα τοῦτον ἀδίκως·

1206-1207 PROLOGUS.

Cum, auditis pie poematibus,
Poetice nunc pia auscultare velis,
Alacri animo excipe : nunc quoque Euripidis more
Mundi salutem eloquar passionem,
Ex qua edisces plerosque mysticorum sermonum,
Nempe ex ore Matris Virginis,
Et discipuli Domino dilectissimi.
Priorem namque ipsam nunc proferet sermo,
Ut matrem decet, lugentem tempore passionis,
De mortis origine mundo coæva
Ingemiscentem, quæ mors vere causa exstitit,
Cur ipsa parens Verbi nuncupata fuerit,
Et nunc ipsum inique patientem viderit :

Tit. *Χριστὸς πάσχων.* Unus e duobus mss. codicibus quos doctissimus Combefisius excussit, sic habet : Τραγῳδία εἰς τὸ σωτήριον πάθος τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Ita vero alterum : Ὑπόθεσις δραματικὴ κατ' Εὐριπίδην περιέχουσα τὴν δι' ἡμᾶς γενομένην σάρκωσιν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ τὸ ἐν αὐτῷ κοσμοσωτήριον πάθος. *Dramatica lucubratio, Euripidis more, complectens Salvatoris nostri Jesu Christi, nostri causa, incarnationem, et, qua parta mundo salus, ab eo susceptam passionem.* Alius titulus apud Leuvenklaium legitur : Γρηγορίου τοῦ θεολογίᾳ ἐνδιαπρεπήσαντος ὑπόθεσις δραματικὴ κατ' Εὐριπίδην περιέχουσα τὴν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἀῤῥητον σάρκωσιν, καὶ τὸ αὐτοῦ κοσμοσωτήριον πάθος. Verum hic titulus qui in libro mediocriter antiquo, ut ait Leuvenklaius, occurrit, ipsi videtur recentioris alicujus ingenii, quod sub nomine Gregorii affectare voluerit ex Euripidis imitatione gloriolam, cum parum profecto respondeant hæc vel illius tragici scriptoris, vel Gregorii accuratis poematibus. Nullam hic Leuvenklaius asserit legum haberi rationem quæ versibus iambicis præscriptæ sunt, et a Gregorio sane quam accurate observantur iambicis in poematibus.

Prol. 3 *Νῦν τε κατ' Εὐριπίδην. Nunc quoque Euripidis more ejus stylo ac cothurno.* Bene minus Roill. : *Nunc secundum Euripidem.*

9 *Μητροπρεπῶς. Matrem, ut decet, lugentem passionis tempore.*

11 *Ὡς φανεῖσαν ὄντως αἰτίαν. Ut quæ vere causa exstiterit*, nempe peccatum Adæ, *tum Christi ex Maria incarnationis, tum quod passus sit*

METRICA VERSIO.

CHRISTUS PATIENS, TRAGŒDIA.

(Cl. Roilleto Belnensi interprete.)

PROLOGUS.

Audita quando post pie poemata,
Etiam poesim tu piam audire expetis,
Audi animo alacri : nunc secundum Euripidem
Jam passionem orbi salutarem eloquar,
Ut pleraque inde dicta discas mystica
Ex ore tanquam Matris atque Virginis,
Suoque Domino apostoli charissimi.
Nam prima jam prodibit in proscenium
Confecta magnis luctibus, matrem ut decet
Prodire casus tristioris tempore,
Mortisque causam ab initio ingemens, caput
Quod verum ut ipsa dicta sit Verbi parens,
Et immerentem videat ipsum perpeti.

Εἰ μὴ γὰρ ἐσφάλημεν ἀπροσξίᾳ,
Οὐκ ἂν κατεκρίθημεν ἀρχῆθεν μόρον·
Κἂν μὴ διεφθάρημεν ἑρπετοῦ δόλῳ,
Μηδ' ἡ φθορά τ' εἰσῆλθε θηρὸς ἀπάτῃ,
Καὶ πότμον ὑπέστημεν ἐνδίκῳ κρίσει,
Ὡς μὴ τὸ κακὸν ἀδιάφθορον μένῃ,
Οὐκ ἦν βροτωθῆναί τε καὶ τλῆναι μόρον,
Τὸν ζωοποιὸν Δεσπότην, Θεὸν Λόγον,
Ἀφθαρτίσοντα τὸ φθαρὲν φιλαγάθως,
Καὶ ζωοποιήσοντα τὸ βροτῶν ἅπαν·
Μένοντος αὐτοῦ δ' ἀκενώτου τοῦ Λόγου,
Ἣ δ' οὐκ ἂν ἐκπέφηνε μήτηρ Δεσπότου,
Καὶ τόνδε νῦν ὁρῶσα πάσχοντ' ἀδίκως,
Θρηνοῦσ' ἀνηλάλαξε τετρυχωμένη.
Πρόσωπα γοῦν δράματός εἰσί μοι τάδε·
Μήτηρ πάναγνος, παρθένος μύστις, κόραι
Αἱ συμπαροῦσαι μητρὶ τῇ τοῦ Δεσπότου.

Nisi enim in errorem socordia inducti fuissemus,
Neque a principio morte multati fuissemus;
Et ni corrupti fuissemus serpentis dolo,
Neque labes introisset ferae deceptione,
Aut mortem subiissemus justo judicio,
Ne malum maneret integrum,
Opus non fuisset, ut homo fieret, et mortem obiret
Vitae auctor Dominus, Verbum Deus,
Incorruptibile reddens benignitate sua, id quod erat corruptum,
Et vivificans omne hominum genus :
Nisi seipsum exinanisset Verbum,
Nec ipsa exstitisset parens Domini,
Neque ipsum nunc intuita tolerantem iniqua,
Lugens ejularet, vivido afflicta dolore.
Personae igitur hujus tragoediae mihi sunt hae :
Mater intacta, virgo discipulus, virgines
Assistrices parenti Domini.

23 *Βροτῶν ἅπαν. Γρ.* βροτῶν γένος.

24 *Μένοντος αὐτοῦ δ' ἀκενώτου τοῦ Λόγου. Nisi se Verbum exinanisset majestatem divinam deprimendo ad humanam vilitatem, ut vere idem Deus et homo sit, quo nihil detractum Deitati.* Apostolicam vocem non reddit Roill. hisce verbis : *Imminutum parte non ulla sui.*

METRICA VERSIO.

Nam nisi dedisset culpa causam lapsui,
Injecta mortis non foret necessitas :
Et ni impulisset nos vafri in fraudem dolus
Serpentis, astu bestiae, corruptio
Non subsecuta, morbi ut inde addiceret
Nos lege justa, et ne malum esset integrum,
Manensque, non esset opus, ut Verbum Deus [cens
Vitae auctor, hominem indueret, et mortem inno-
Pateretur, ut contaminatum quod fuit
Integritati liberaliter asserens,
Mortale totum redderet vitae genus.
Quod si imminutum parte non ulla sui
Verbum fuisset, ipsa jam Domini parens
Non exstitisset, nec videns innoxium
Dira tolerantem, animi aegra flesset ejulans.
Personae igitur hae fabulae hujus sunt mihi :
Casta ipsa Mater, castus atque apostolus,
Quaeque Domini assistunt parenti virgines.

CHRISTUS PATIENS.

ΤΟΥ ΔΡΑΜΑΤΟΣ ΠΡΟΣΩΠΑ.

ΧΡΙΣΤΟΣ.
ΘΕΟΤΟΚΟΣ.
ΙΩΣΗΦ.
ΘΕΟΛΟΓΟΣ.
ΜΑΓΔΑΛΗΝΗ.
ΝΙΚΟΔΗΜΟΣ.
ΑΓΓΕΛΟΣ.
ΠΙΛΑΤΟΣ.
ΣΥΝΑΓΩΓΗ ΑΡΧΙΕΡΕΩΝ.
ΧΟΡΟΣ ΠΑΡΘΕΝΩΝ.
ΗΜΙΧΟΡΟΣ.
ΝΕΑΝΙΣΚΟΣ.
ΦΥΛΑΚΗ.

Θεοτόκ. Εἴθ' ὤφελ' ἐν λειμῶνι μηδ' ἕρπειν ὄφις, Α
Μηδ' ἐν νάπαισι τοῦδ' ὑφεδρεύειν δράκων
Ἀγκυλομήτης! Οὐ γὰρ ἐκ πλευρᾶς φῦμα,
Μήτηρ γένους δύστηνος ἠπατημένη,
Τόλμημα τολμᾷν παντότολμον ἀνέτλη,
Ἔρνους ἔρωτι θυμὸν ἐκπεπληγμένη,
Θεώσεως πεισθεῖσα τυχεῖν αὐτόθεν·
Οὐδ' ἂν φαγεῖν πείσασα καρποῦ τὸν πόσιν,
Τοῦ μηδὲ συμφέροντος αὐτίκα σφίσι,
Λειμῶνος ἐξώκιστο τοῦ πανολβίου,
Λύμην κατακριθεῖσα, καὶ λυγρὸν μόρον,
Μήτηρ τέκνων τ' ἤκουσεν· Ἐκ δυσκοιτίας
Μογοστοκοῦσ', ὠδῖσί τ' ἐμπαρειμένη,
Ἱδρῶτ' ἂν ὤρκει τήνδε γῆν ὀλεθρίαν,
Σὺν ἀνδρὶ καὶ τέκνοισιν ἀρᾶς ὑστάτης·
Ἅπερ τεκεῖν ὥριστο λύπαις καὶ στόνοις,
Διαδοχάς τε παραπέμπειν τῷ βίῳ,
Διαλλαγάς τ' ἐντεῦθεν εὑρεῖν ἐξόχους·

1208-1209 *TRAGŒDIÆ PERSONÆ.*

CHRISTUS.
DEIPARA.
JOSEPH.
THEOLOGUS.
MAGDALENE.
NICODEMUS.
NUNTIUS.
PILATUS.
CONGREGATIO PONTIFICUM.
CHORUS VIRGINUM.
SEMICHORUS.
ADOLESCENTULUS.
CUSTODIA.

Deipara. Utinam in horto nunquam irrepsisset serpens,
Neque in hujus saltibus dolos struxisset draco
Versipellis! Neque enim e latere orta,
Infelix humani generis parens decepta,
Scelus audacissimum aggredi ausa fuisset,
Rami cupidine animum perculsa,
Divinitatis exinde consortem se futuram persuasa:
Neque, postquam conjugi suasisset ut comederet de fructu
Nihil ipsis mox profuturo,
Ex horto exsulasset felici,
Exitioque damnata et sæva morte,
Mater filiorum (hæc) audisset: Ex inauspicato toro
In partu laborans, doloribusque implicita partus,
Sudore terram hanc exitialem colito,
Cum sponso et natis exsecrationi extremæ devotis,
Quos gignere decretum est in luctibus ac gemitibus,
Seriesque transmittere ævo,
Eximiamque exinde invenire reconciliationem;

1 *Εἴθ' ὤφελ'*. Ita Med. 1.
2 *Μηδ' ἐν νάπαισι*. Ibid. 5.
3 *Ἐκ πλευρᾶς*. Legit Combefisius ἐκ et ἄν. Utraque lectio melior quam in editis ἐν.
6 *Ἔρωτι*. Sic Med. 8.
15 *Σὺν ἀνδρὶ καί*. Ibid. 11.
18 *Διαλλαγάς τ'*. Christus enim Adæ filius secundum carnem homines Deo reconciliavit.

METRICA VERSIO.

Deip. O utinam in horto callidus nunquam et Β
Reptasset anguis, nec dolos in saltibus [vafer
Struxisset hujus fraudis artifex draco!
Non lateris unquam germen, infelix parens
Mortalium, decepta, tantæ audaciæ
Ausa esset ausum, capta rami primulum
Fructu decoro, et attonita animo, ex eo
Ut spem sibi divinitatis sumeret;
Non et vocato fraudem in illam conjuge,
Ut ederet ille de arboris fructu nihil
Mox profuturo, pulsa felici ex loco
Addicta sævæ morti, et æternis malis
Inauspicato audisset e toro parens
Tristis sobolis: Ægre tuum ventrem levans,
Doloribusque implicita partus, cum tuo
Sudore terram hanc colito duram et asperam:
Accedat illis, et tui consors tori,
Unaque miseri et exsecrati liberi,
Quos sic ut olim pareret in suspiria
Tantum et dolores, qui manerent posteros
Vitam in sequentem, jam Deus præscripserat,
Eximia ut esset hinc reconciliatio;

Οὐδ' ἂν γένος ὅλωλεν ἀνθρώπων ἅπαν,
Καὶ τὸν δυνατὸν ἀλθανεῖν ἔπεισέ πως,
Ἀγαθότητι δαπέδῳ κατιέναι,
Καινῶς βροτωθῆναί τε καὶ τλῆναι πάθος·
Οὐδ' ἂν ἐγὼ πέφυκα μήτηρ Παρθένος,
Καὶ νῦν ἔκλυον Υἱὸν ἕλκεσθαι κρίσει
Οὐράνιον, γῆγενον, ἀκραιφνῆ γοναῖς,
Ἰδεῖν τ' ἔφριττον τόνδε καθυβρισμένον,
Ἄτερ δαλῶν φέρουσα, φεῦ! δεινὴν φλόγα,
Ἣ σφόδρα μαιμάσσει με καὶ στροβεῖ κέαρ,
Καὶ καρδίαν δίεισιν, ὡς βόπτρον μέγα,
Ὡς νηπρεκῶς ἤῦσε Συμεὼν γέρων,
Τηλεσκόποις ὄμμασι πάντως προβλέπων.

Α Ἣ που μεγίστη γίνεται σωτηρία,
Ὅταν γυνὴ πρὸς ἄνδρα μὴ ὀχοστατῇ,
Τὰ πάντα συμφέρουσα τῷδ', ὥσπερ θέμις,
Μηδὲ πρὸς ἄλλου πάρφασίν τινα κλύῃ,
Ἀλλ' ἔστι συμφρονοῦσα γνησίῳ πόσει.
Νῦν δ' ἐχθρὰ πάντα, καὶ νοσεῖ τὰ καίρια,
Αὐτῆς προδούσης ἄνδρα, καὶ κράτους κλέος.
Φιλεῖ γὰρ ὕβρις ἡ πάλαι τίκτειν νέαν.
Ἐκ δακρύων δάκρυα καταλείβεται,
Ὧν οὔτε μέτρον, οὔτ' ἀριθμός ἐστι τις.
Κακῷ γὰρ κακὸν εἰς ἄμιλλαν ἔρχεται.
Ὅθεν πότνια φύσις ἠτιμωμένη
Στένει κλάουσα συμφορὰς πεφυρμένας,

Neque universum periisset hominum genus,
Neque Omnipotentem mederi quodam modo coegisset,
Præ sua benignitate in terram descendere,
Novo modo hominem induere, et subire mortem :
Neque ipsa exstitissem Virgo parens,
Neque nunc audirem ad supplicia trahi Filium
Cœlestem, terrenum, purum natalibus :
Aut horrerem videns ipsum injuriis lacessitum,
Absque face ferens, heu! diram flammam,
Quæ vehementer me absumit, evertitque animam,
Et pectus transfigit, ingentis gladii instar,
Ut vere vaticinatus est Simeon senex,
1210-1211 E longinquo cernentibus oculis omnia prospiciens.
Certe maxima salus est (conjugi),
Quando conjux e marito non dissidet,
Ipsum adjuvans in omni re, ut decet,
Nec ab alio, quo decipiatur, quidquam audit,
Sed genuino sponso assentitur.
Nunc vero omnia sunt inimica, et laborant præcipua,
Ex quo suum prodidit virum, suique imperii decus.
Solet enim injuria vetus parere novam.
Lacrymæ stillant ex lacrymis,
Quarum neque modus, neque numerus est.
Ex malo enim malum in pugnam advenit
Hinc alma natura dedecore confecta,
Ingemiscit deflens varia calamitatum agmina,

21 *Δαπέδῳ κατιέναι. In terram descenderet, novoque modo factus homo mortem ferret*, ut suæ benignitati sa isfaceret.

28 *Μαιμάσσει με. Absumit*, καταδαπανᾶται, καταναλίσκει. Mox *στρεβεῖ*, *δονεῖ*, *turbat, evertit animum.*

29 *Βόπτρον. Clava, manus ferrea.*

31 *Τηλεσκόποις.* Edit. mendose τηλευκόποις.

34 *Ἣ που μεγίστη*, etc. Ita Medeæ nutrix apud Euripid. vers. 14, 15.

34 *Τὰ πάντα συμφέρουσα*, etc. *In omnibus illi obsequens : in rem ejus omnia conferens, ejusque commodis studens.* Genuina hujusce vocis acceptio. Non ita se gessit Eva. Sic Med. vers. 15, etc.

35 *Μηδὲ πρὸς ἄλλου. Neque fallaci ulli sermoni aurem adhibet.*

37 *Νῦν δ' ἐχθρά.* Med. vers. 16.

40 *Ἐκ δακρύων δάκρυα.* Sic apud Euripid *Troad.* Hecuba, vers. 601, 616 et 617.

42 *Κακῷ γὰρ κακόν.* Sic Hec. vers. 608 :

Ἕτερα δ' ἀφ' ἑτέρων
Κακὰ κακῶν κυρεῖ.

Alia ab aliis mala malis incidunt.

METRICA VERSIO.

Jam non genus hominum occidisset perdite,
Nec qui mederi tam gravi morbo potest,
Impulsus esset ut nova clementia
Delapsus isthunc in locum, novo modo
Factus homo, nostræ se crucí submitteret :
Nec mater essem Virgo, nec cœlo satum,
Terraque natum, innoxium, natalibus
Purum, trahi jam ad supplicia, misera parens
Audirem, et illo lacerum cum aspicerem modo,
Quo nunc inhorreo videns, illa, illa ego
Quæ porto flammam magnam, et ardentem,
[face
Nulla, quæ adurit, quæ meum cor trajicit,
Figitque tanquam gladius alto cuspide,
Vatidico ut ore cuncta prævidens procul

Β Vates Simeon protulit vere senex.
Tum magna certe tutaque est salus, suo
Si dissidens nunquam uxor a viro, omnia
Illius affert in sinum, atque, ut addecet,
Nullius alterius in aures quam viri,
Concors cui sit, verba prudens excipit.
Infesta contra cuncta nunc lethaliter
Ruunt, maritum ex quo suum et sui imperi
Decus perenne, gloriamque prodidit.
Quando vetus injuria parere novam solet,
Et subsequuntur lacrymas lacrymæ alteræ,
Quæis nec modus sit, nec numerus ullus : malo
Nam semper aliud crescit in pugnam comes.
Hinc dedecore confecta natura ingemit.
Veneranda, deflens casuum mista agmina,

45 Διαδοχάς τε τῶν ἀφερτάτων πόνων,
Τὸν πάντα συντήκουσα δακρύοις χρόνον,
Ἐπεὶ πρὸς ἐχθροῖς ἦσθεν᾽ ἠδικημένη,
Καὶ μητρὸς αὐτῆς πρωτοπήμονι βλάβῃ,
Πατρός θ᾽ ὑποκλίναντος οὗας μητέρι,
50 Ὧν πάντες ἐσμὲν οἱ κατὰ χθόν᾽ ἔκγονοι.
Βοᾷ μὲν ὅρκους, ἀνακαλεῖ δεξιᾶς,
Πίστιν μεγίστην καὶ θεὸν μαρτύρεται·
Ἔγνω καὶ ἡ τάλαινα συμφορῶν ὕπο,
Οἷον πατρῴαν μὴ λιπεῖν ἑστὸν χθόνα·
55 Στυγεῖ δὲ κόσμον, οὐδ᾽ ὁρῶσ᾽ εὐφραίνεται.
Λ Εἰς τοῦτο γὰρ νῦν ἐνέβην᾽ ἀλγηδόνος,
Ὥστ᾽ ἵμερός μ᾽ ὑπῆλθε, γῆ τε καὶ πόλῳ
Λέξαι μολούσας δεῦρο φύσεως βλάβας.
Οὔπω γὰρ ἡ τάλαινα παύεται γόνων,
60 Τίκτουσα, μὴ τίκτουσα, φεύγουσ᾽ αὖ τόκους.
Δύστην᾽· ἐμαυτὴν γὰρ λέγω, λέγουσά τε,
Τίκτουσαν, οὐ τίκτουσαν, ὡς ὑπὲρ λόγον.
Τόκον γὰρ ἔγνων ἄτοκον· τί γὰρ φράσω;
Πόνους φυγοῦσα καὶ φθορὰν νῦν καὶ πάθη.
65 Οὐκ οἶδα τέρψιν, οὐδ᾽ ἐπίψογον φάτιν
Τινὸς πρὸς ἀνδρὸς μᾶλλον, ἢ χαλκὸς βαφάς.

45 Successionesque intolerabilium malorum,
Omni tempore lacrymis contabefacta,
Postquam ab hostibus animadvertit se injuria affectam,
Et ipsius parentis primum damnum sibi afferentis labe,
Seductioneque patris aures accommodantis matri,
50 Quorum omnes terram colentes sumus posteri.
Clamat jusjurandum, vocat et dexteram;
Maximam fidem et Deum testatur:
Et agnovit misera ob calamitates
Quam sit utile patriam non deserere terram:
55 Odit autem mundum, neque lætatur ejus aspectu.
Eo enim nunc pervenit doloris,
Ut mihi venerit desiderium terræ et cœlo
Dicere, quæ hinc damna proveniunt naturæ.
Necdum misera desinit parere,
60 Pariens, non pariens, rursum abnuens partum.
Infelix: me ipsam enim dico, dicens te,
Quæ pariam, et non pariam, partu qui rationem superat.
Nam partum sum experta sine partu; quid enim eloquar?
Laboris expers, et corruptelæ nunc et passionis.
1212-1213 65 Neque voluptatem novi, neque ab ullo viro rumoreæ
Magis famæ aliquid inurentem, quam æri tinctura.

45 *Διαδοχάς τε. Successionesque intolerabilium malorum, malaque intolerabilia sibi succedentia;* ita fere ibid. 588.

46 *Τὸν πάντα.* Ita fere Medeæ nutrix, vers. 25, 26.

48 *Πρωτοπήμονι βλάβῃ.* Reg. Med. πρωτοπήμονος βλάβῃ, *primæ parentis labe.*

49 *Πατρός θ᾽ ὑποκλίναντος οὗας μητέρι.* Hunc versiculum, qui deerat in editis, suppeditavit cod. Med, sicque planus plenusque fit sensus.

51 *Βοᾷ μὲν ὅρκους*, etc. *Juramenta clamat, revocat dexteras, fidem maximam Deumque testem appellat.* Ibid. vers. 21, 22... 34, 35, 36... 56, 57, 58, 59, qui iisdem fere constant vocibus.

54 *Μὴ λιπεῖν. Quam bonum paternis non excedere sedibus.*

55 *Οὐδ᾽ ὁρῶσ᾽ εὐφραίνεται. Nec ejus mundi aspectu delectatur.* Roill. *Nihil eo gravius videt*, quæ verba auctoris mentem sane non exprimunt.

56 *Ἐνέβην᾽.* Hanc vocem in tertia persona accipit Combefisius, et de Eva intelligit: non quod Roillet, sed in prima persona, quem sequimur.

57 *Ὥστ᾽ ἵμερος*, etc. *Hinc subit animam, ut terræ cœloque narrem*, etc. Ita prophetæ in sacris Scripturis cœlum et terram contestantur, et quasi in illorum auribus loquuntur, ut animi πάθος exaggerent. Male Roill. vertit: *Incommoda, quot habet genus e cœlo et terra.*

59 *Οὔπω γὰρ ἡ τάλαινα παύεται γόνων. Necdum parere desinit Eva.* Male Roill.: *Nondum luctibus finem facit*, quasi legeret γόων, ut in Med. vers. 59.

60 *Τίκτουσα, μὴ τίκτουσα. Pariens, non pariens* eo partu, qui vim omnem rationis excedit, *ὡς ὑπὲρ λόγον, qui sit laboris expers integra virginitate.* Quam in his insulse ludit Roill. *Modo ventris edens, modo repente supprimens partum!* quam prorsus præstat carminis modos spernere, quam sic sacra temerare!

61 *Ἐμαυτήν.* Sic Hecuba, vers. 736.

64 *Νῦν καὶ πάθη.* Reg. Med. sup. lin. νῦν καὶ πάλαι. *Et nunc et pridem pudoris exempta labe.*

METRICA VERSIO.

Et non ferendam semper insurgentium
Novam laborum plus satis propaginem,
Tabescit omni misera lacrymis tempore,
Quod, alia præter gravia duraque, ipsius
Primum parentis læsa noxa, injurias
Sensit, colentes quæ globum istum posteros
Manent: datamque jurejurando fidem
Dextramque clamat, et Deum testem vocat:
Miseraque didicit a malis, quam sit grave
Durumque patrio se solo subducere:
Exosa mundum, nil eo gravius videt.
Eo doloris nunc enim tota efferor,
Naturæ ut illuc omnia velim incommoda
Referre, quot habet e cœlo et terra genus.
Nam misera nondum luctibus finem facit,
Modo ventris edens, modo repente supprimens
Partum, modo etiam eum misera rursum abnuens.
Nam sic voco me cum quasi supra modum
Partum ferentem, nunc prementem te voco.
Nam partum ego sum experta sine partu: qui enim
Nomine alio vocari possim, ut quæ parens
Expers laboris et doloris exstiti
Integra, et incorrupta, nescia illius
Etiam voluptatis, viri quæ ex copula est?
Neque magis ullam sentiens viri notam
Famam excedentem, quam exedere durum solet

Οὐ γὰρ κορείη, ἄμμα διέφθειρέ τις·
Καὶ παῖδα πῶς ἔτικτον; ὦ θάμβος μέγα!
Ὑβρισμένον δὲ τὰ νῦν πῶς οἶσω βλέπειν;
Πόνους φυγοῦσα, πῶς ὀδυνῶμαι κέαρ;
Ἀνηλάλαξα πῶς πάλαι χαρᾶς ὕπο,
Ὅτ' ἦλθεν εὐάγγελος ἀγγέλων τόκον,
Φράζων ἄλυξιν δυσμενῶν βροτῶν γένει,
Καὶ γηθόσυνον χάρμα μοι φέρων μέγα!
Λόγοις δὲ τοῦδ' εὔπλαγκτος οὐκ ἐφαινόμην,
Πειστὸν τῷ φέροντι θέσκελον φάτιν,
Οὐχὶ σφάγιον μηνύουσάν μ' ἐκτεκεῖν,
Ἀλλ' ὡς ἄνακτα γῆς τε καὶ παντὸς πόλου
Ὅμως δ' ἔθυον καὶ γυναικείῳ νόμῳ,
Ὑχῆς τ' ἔπεμπον ἁλαλαγμὸν ἐκ μέσης·
Λάκουσ', ἀνευφημοῦσα τὴν ἀγγελίαν,
Θυηφάγον φέρουσά τ' εὐώδη φλόγα,
Οἷαν θύειν φράζουσιν οἱ θεοπρόποι,
Ζῆλον ἔμπυρον, πνεῦμα συντετριμμένον,
Ἔρωτά τ' εὐκάθεκτον ἔνθερμον λίαν,
Ἃ θυσίαν οἴδαμεν εὐφημουμένην.
Καὶ πῶς στροβεῖ μου σπλάγχνα νῦν δριμὺ βέλος;
Κἀγὼ πρόθυμος ἔννυχος δραμεῖν θέλω,
Ἰδεῖν τε Παιδὸς ἣν κακοσύνην πάθοι·
Αὗται δ' ἔπεισάν μ' ἡμέρας μίμνειν φάος.
Χορ. Δέσποινα, νῦν πύκαζε σὸν δέμας τάχει.
Θεοτό. Ἄνδρες τρέχουσιν ἐμφανεῖς ἔξω πύλης.

Nemo enim virginitatis florem mihi sustulit:
Et filium qui genuerim? O stuporem maximum!
Sed injuria affectum quomodo nunc potero intueri?
Nullos partus dolores experta, cur animo crucior?
Quomodo exsilivi olim gaudio,
Cum auspicatus advenit angelus nuntians partum,
Indicans effugium ab hostibus mortalium generi,
Miraque lætitia animum exhilarans meum!
Hujus autem verbis decipi minime videbar,
Fidem adhibens ferenti cœleste oraculum,
Significans me pariturum fore non victimam,
Sed quasi regem terræ et cœli:
Muliebri tamen legi obsequebar,
Et ex intimo corde hymnum emittebam,
Clamans gaudio, faustis ominibus prosequens nuntium,
Incensis ferens suffimentis redolentem flammam,
Quæ sacrificia præscribunt divini vates,
Accensum zelum, spiritum contritum,
Modestumque amorem præfervidum,
Quæ victimam novimus laudabilem.
Sed cur perturbat mea viscera nunc truculenta cuspis?
Ego quidem prompta sum etiam noctu currere,
Ut videam, quæ mala patiatur Filius:
Hæ vero mihi suaserunt diei exspectare lucem.
Chor. Domina, nunc cito corpus tuum contege.
Deip. Viri conspicui currunt e porta.

70 *Πόνους φυγοῦσα.* *Quæ partus dolores nullos senserim:* quod vers. 64 lucem allert. Male Roill.: *Cum sim jam meis laboribus defuncta:* quæ verba innuerent in iis quandoque Mariam fuisse, ac cæterarum more peperisse; quod amolitur auctor et improbat fides.

75 *Εὔπλαγκτος.* Codex Reg. Medicæus habet ἀπλαγκτος, *erroris expers.*

81 *Λάκουσ'.* Reg. Med. λάσκουσ', quod idem est, *clamans gaudio.*

84 *Ζῆλον ἔμπυρον.* *Quæ omnia spiritalis sunt sacrificii.*

88 *Κἀγὼ πρόθυμος ἔννυχος δραμεῖν θέλω.* Sic *Rhes.* vers. 65, Hector ait:

Κἀγὼ μὲν ἦν πρόθυμος ἰέναι δόρυ
Ἐν νυκτί. . . . . .

Ego quidem eram promptus pugnare
Etiam noctu. . . . .

91 *Δέσποινα, νῦν πύκαζε*, etc. Ibid. vers. 90 sic Hector Æneam excitat:

Αἰνέα, πύκαζε τεύχεσιν δέμας τὸ σόν.
Æneæ, munias armis corpus tuum.

METRICA VERSIO.

Tinctura ferrum. Nemo sustulit mihi
Florem pudoris integrum: et qui filium
Enixa credar? O stuporem maximum!
Injuria affectum modo quo cernere
Nunc potero? cum sim jam meis laboribus
Defuncta, qui fit ut cruci r animo tamen?
Ut exsilivi gaudio, quando angelus
Sese auspicatus obtulit primum mihi,
Partum futurum nuntians, atque omnium
Soluta veteris cum genere mortalium
Vincula inimicitiæ sua voce indicans,
Miraque lætitia animum exhilarans meum!
Tum non videbar hujus ore decipi,
Cœleste cui fidem faceret oraculum:
Partu edituram me meo interea tamen
Non victimam præsagiens, at totius
Regem quasi terræ, polique: concita
More mulichri gaudii vocem indicem

Expectoravi, prosecuta nuntium
Et voce, et ominatione deferens
Ignes odoros tharis accensi, pii
Quo genere se sullire mystæ prædicant
Zelum æstuantem, et spiritum Deo sacrum,
Modestum amorem charitatemque igneam,
Qua nulla superis victima cadit gratior.
At nescio quæ pectus effodit meum
In me acta cuspis. Et ego vel silentio
In noctis altæ, prompta festino gradu
Eram videre quæ mihi charissimo
Injecta Nato crux: at auctores mihi
Istæ fuerunt ne prius quam se dies
Prima extulisset, hinc meum efferrem pedem.
Chor. Compone corpus nunc, hera, ocius, ut [decet.
Deip. Quidnam hoc? Frequentes se viri cursu ef- [ferunt

Τί δ' ἐστί; μῶν γε δυσμενῶν ἀγγέλλεται
Λόχος κρυφαῖος ἑστάναι κατ' εὐφρόνην;
Χορ. Ἔννυχος ὄχλος ἐν θορύβῳ συρρέει·
Στρατὸν πόλιν τε πᾶσαν ἂν ὄρφναν βλέπω,
Λαμπτῆρας εἰσφέροντα καὶ πολλὰ ξίφη.
Θεοτό. Καὶ νῦν πρὸς ἡμᾶς νῦν τίς ἐν σπουδῇ ποδὸς
Στείχει, νέον τι πρᾶγμ' ἔχων ἴσως φράσαι;
Χορ. Ἰὼ, τί λέξει, καὶ τίν' ἀγγελεῖ λόγον.
Ἰὼ, τί λέξει, καὶ τίν' ἀγγελεῖ λόγον.
Ἰὼ, τί λέξει, καὶ τίν' ἀγγελεῖ λόγον.
Χορ. Ὀτνια, πότνα, σεμνοτάτη Παρθένε,
Αἲ, αἲ, αἲ, αἲ!
Πολλῇ μὲν ἐν βροτοῖσι, κοὐκ ἀνώνυμος,
Ἁγνὴ κέκλησαι, τῆσδε γῆς ὅσοι πέδον
Ναίουσι, λαμπρὸν φῶς ὁρῶντες ἡλίου·

A Τὰ νῦν δὲ τάλαιν', ἡ παλαι μακαρία.
Θεοτό. Τί δ' ἐστίν; ἦ πού τίς μ' ἀποκτεῖναι θέλει;
Χορ. Οὐκ, ἀλλὰ Παῖς θνήσκει σὸς ὑπ' ἀλαστόρων.
Θεοτό. Οἵ μοι! τί λέξεις; ὥς μ' ἀπώλεσας, γύναι!
Χορ. Ὡς οὐκέτ' ὄντος Υἱέως φρόντιζε δή.
Θεοτό. Ὦ δεινὰ λέξας', οὐχὶ συγκλείσεις στόμα;
Καὶ πᾶν μεθήσεις ἄπρεπὲς ῥῆμα φέρειν;
Τὸν ὄντ' ἀεὶ γὰρ, μηκέτ' εἶναι πῶς λέγεις;
Εὔφημος ἴσθι, κἂν τί σοι χρεία λέγειν,
Λέγ' ὡς προσήκει, μηδ' ἀτιμάσῃς Θεόν.
Γονᾶς γὰρ ἀπὸ χρυσέας ἔβλαστέ μοι·
Καινὸν δὲ πιτνεῖν αἷμ' ὑπ' ἀνέρων Θεοῦ.
Θανεῖν τὸ ἀθάνατον, οὐκ ἔχει λόγον.

Quid vero est? num quæ hostium nuntiatur
Cohors occulta stare per noctem?
95 *Chor.* Nocturna turba cum tumultu confluit;
Exercitum universamque urbem in obscuro intueor,
Faces et plurimos gladios ferentem.
Deip. Et nunc ad nos quis pede concito
Venit, novam aliquam rem forsan habens, quam nuntiet?
100 Noverim, quid loquatur, et quem ferat nuntium.
1214-1215 *Chor.* Veneranda, veneranda, castissima Virgo,
Heu, heu, heu, heu!
Celebris quidem inter homines, et non ignobilis,
Casta vocaris, quicunque hanc tellurem
105 Habitant, fulgidum videntes lumen solis;
Nunc misera, quæ prius beata.
Deip. Quid igitur? num quis me vult occidere?
Chor. Nequaquam, sed tuus Filius scelestorum manu perit.
Deip. Heu me! quid dicis? ut me perdidisti, mulier!
110 *Chor.* De Filio tuo tanquam mortuo cogita.
Deip. O atrocia locuta, non claudes os?
Nec omnem omittes indecorum sermonem loqui?
Æternum namque, quomodo jam non exsistere ais?
Fausta precare: et si quid loquendum habueris,
115 Die, ut decet, neque Deum injuria allicias.
Ex stirpe enim aurea mihi germen effloruit;
Novumque id esset, ut Dei cruor efflueret manu mortalium.
Fieri non potest ut immortalis moriatur.

95 *Τί δ' ἐστί; μῶν γε δυσμενῶν*, etc. Sic ibid. vers. 91 Æneas iisdem fere vocibus Hectorem interrogat.

94 *Κατ' εὐφρόνην. Noctu, per noctis silentia.*

98 *Ἐν σπουδῇ ποδός.* Ibid. chorus Æneæ adventum nuntiat. Male Roillet. *pede turbido.*

101 *Ὀτνια, πότνα.* Reg. Med. πότνια, πότνια.

105 *Πολλῇ μὲν ἐν βροτοῖσι. Præclara, eximia, inter mortales celebrata es.* Nec bene Roillet. vertit *crebro*, siquidem ὁ πολύς, idem est ac *clarissimi generis*, quod exponit vox sequens, κοὐκ ἀνώνυμος. Ita prologus Hippolyti apud Euripid. incipit: sic enim fatur Venus vers. 1, 2 et 4.

109 *Οἵ μοι! τί λέξεις;* Sic Hædra suam nutricem alloquitur, vers. 555, et apud *Med.* Jaso mulieribus respondet vers. 1310.

110 *Ὡς οὐκέτ' ὄντος.* Sic ibid. vers. 1311 chorus Jasonem de cæde filiorum suorum edocet:

Ὡς οὐκέτ' ὄντων σῶν τέκνων φρόντιζε δή.
Cogita igitur tanquam de mortuis liberis tuis.

111 *Ὦ δεινὰ λέξας'*, etc. Sic Phædra nutricem suam increpat vers. 498 et 499.

113 *Τὸ ἀθάνατον.* Reg. τὸν ἀθάνατον. *Fieri non potest, ut qui est immortalis, moriatur.*

METRICA VERSIO.

E porta anheli: quid rei? An quod nuntius
Venit cohortis hostium irrepentium?
Chor. Nocturna turba cum tumultu confluit:
Exercitum totam per urbem conspicor
In nocte opaca plurima armatum face
Et ense multo. *Deip.* Nescio quis etiam pede
Contendit ad nos turbido, forte ut novi
Quid nuntiet nobis: juvat rescíscere
Ecquid novarum nuntius rerum advenit.
Chor. Pudica o Virgo, casta, veneranda, ah, ah, ah!
Crebro quidem tu casta magni nominis
Has inter omnes dicta, quas suo e sinu
Produxit olim terra, quæque hanc incolunt
Hoc intuentes candidum solis jubar:
Nunc jam misera, beata quæ fueras prius.
Deip. Quid ista trepidatio subita? Num quod sua

B Manu parat me aliquis scelesta tollere?
Chor. Non id quidem, verum tuus quod Filius
Misere a scelestis tollitur. *Deip.* Vah! quidnam ais?
Ut perdidisti me, mulier! *Chor.* Ego jam quasi
Non amplius Nato manente prospicio tibi.
Deip. O non ferenda proferens, non impudens
Os continebis, indecensque desines
Efferre dictum? Namque eum qui semper est,
Quonam ore dicis esse jam non amplius?
Bona verba, quæso, et si tibi est usus datus
Aliquis loquendi, loquere sicut te decet,
Nec indecora voce dehonesta Deum.
E stirpe germen aurea hoc cedit mihi:
Novumque id esset, ut manu mortalium
Effunderetur sic Dei sanguis; mori
Qui possit autem, cui mori nunquam datur?

Ἔστικτον αὐτὸν, οἶδα δ' ὡς ἐγεινάμην.
Chor. Ὦ τλῆμον, οὐκ οἶσθ' οἷ κακῶν ἐλήλυθας,
Καὶ τοῦσδε κινεῖς κἀναμοχλεύεις λόγους.
Ἥδῦς φανείσης, Υἱέως γ' ὄψει μόρον·
Ὡς πάννυχον κρίνουσιν οἱ μιαιφόνοι.
Καί τοι δέδορκ' ἐνθάδε τῶν Παιδός τινα
Στείχοντ' ὀπαδῶν, πνεῦμά τ' ἠρεθισμένον,
Σπουδῇ πρὸς ἡμᾶς τόνδ' ἰθύνοντα δρόμον,
Δείκνυσι δ' ὡς τι καινὸν ἀγγέλλει παρών.
Deστό. Τί δῆτα; ἆρα σημάνει νέον θέλει;
Chor. Ἴδω, τί λέξαι πνευστιῶν οὗτος θέλει.
Nunt. Ἄγγ. Ὀττοτοί!
Καλλίστα, πότνα, σεμνοτάτα Μαρία,

A Αἴ, αἴ, αἴ, αἴ!
Ἀπωλόμεσθ', οὐ δυσμενῶν τάχ' ὑπό του.
Deστό. Τίνα θροεῖς αὐδάν; τίνα βοᾷς λόγον;
Nunt. Ἄγ', εἰπὲ, τίς φοβεῖ σε φήμ' αὖθις νέα;
Chor. Ἔκλυες, ὦ ἄϊες, ὃ ἤκουσας ὅς,
Ὃς Παῖδα σὸν προὔδωκε τοῖς μιαιφόνοις;
Deστό. Πρὸς τοῦτο δ' ἄλλο καινὸν ἀγγελεῖς κακόν;
Τίς ἐστι; μῶν τις τῶν φιλεῖν ἠλπισμένων;
Chor. Ἀργυροδέκτης, δύστροπος μύστης, λέγει,
Ἀργυροφύλαξ, ἀργυροτρώκτης πλέον.
Deστό. Οἴ μοι! τόδ' οἷον ἄλλο πρὸς κακῷ κακὸν,
Εἰ τοῖς φιλεῖν δοκοῦσι κατειργάσμεθα;
Ἦ που τετόλμηκ' ἔργον ἄτολμον τάλας;

Ipsum genui, novi autem quomodo genuerim.
Chor. O infelix, nescis quo malorum veneris,
Et hosce moves atque rejicis sermones.
Cum aurora illuxerit, Filii mortem videbis:
Totam noctem, ut ipsum capite damnent, scelesti absumunt.
Et jam video hic unum e Pueri famulis
Venientem spiritu irritato (anhelo),
Properanter suum cursum ad nos dirigentem,
Vultuque profert se quid novi mox nuntiaturum.
Deip. Quid igitur novi significare cupit?
Chor. Videam, quid eloqui velit anhelus iste.
Nunt. Papæ! hei!
Eximia, veneranda, castissima Maria,
Eheu, eheu, eheu, eheu!
Perimus, neque tamen ab ullo hostium.
Deip. Quam edis vocem? quem nuntium profers?
Age, dic, quis te novus rumor iterum terret?
1216-1217 *Chor.* Audisti, eheu! audisti, eheu! audisti,
Quis tuum Natum sceleratis prodidit?
Deip. An adhuc aliud novum annuntias malum?
Ecquis est? num quis est ex intimis?
Chor. Qui pecuniam accipiebat, pravus discipulus, ait,
Pecuniæ custos, imo potius vorax.
Deip. Hei mihi! quale hoc aliud malum ad malum accessit,
Si ab ipsis, qui videntur amici, prodimur?
An igitur ausus est miser hanc turpissimam rem?

120 *Ὦ τλῆμον, οὐκ οἶσθ'*. Sic *Med.* vers. 1506, chorus de Jasone loquitur.

121 *Κἀναμοχλεύεις λόγους*. Addit Ro.ll. *inscia*, ad explendum metrum: sed bene minus pro reverentia qua mulieres Deiparam prosequebantur. Sic Medea vers. 1317, Jasonem furibundum irridet:

Τί τάσδε κινεῖς κἀναμοχλεύεις πύλας;
Quid hasce moves, et vectibus removes portas?

124 *Τῶν Παιδός*. Ita Reg. Edit τὸν Παιδός. Sic ibid., vers. 1118, 1119, 1120.

133 *Ἀπωλόμεσθ'*, etc. Ita fere auriga Rhesi vers. 867:

Ἡμεῖς δ' ὑπ' ἐχθρῶν οὐδενὸς πεπλήγμεθα.
Nos vero a nullo hostium percussi sumus.

134 *Τίνα θροεῖς αὐδάν;* Sic *Orest.* vers. 1250, chorus Electram interrogat.

135 *Φήμ'*. Alii legunt φημί, et interpretantur: *Quis terret te, o puella, dico iterum:* non recte, ut nobis videtur: νέα namque hic puellam non significat, sed ad φήμη refertur.

142 *Οἴ μοι! τόδ'*, etc. Sic Hippolyti ancillæ ingemiscunt, vers. 874.

144 *Ἦ που τετόλμηκ'*, etc. Ita fere Ægeus Medeam de conjuge suo querentem alloquitur, vers. 695:

Ἦ που τετόλμηκ' ἔργον αἴσχιστον τόδε;
An igitur ausus est hanc turpissimam rem?

METRICA VERSIO.

Illi ut parens sim, sorte qua tamen scio.
Chor. Miseranda, nescis quo malorum veneris,
Et ista verba tu tamen seris inscia.
Aurora postquam illuxerit, mortem tui
Nati videbis, nocte quam tota viri
Contaminati sanguine una sanciunt.
Et ecce video de grege tui Filii
Sectaque quemdam, turbido qui pectore
Properanter ad nos dirigit cursum suum,
Vultuque profert quid novi quod nuntiet.
Deip. Et quid novi jam, cujus hic sit nuntius?
Age, ergo, videam anhelus iste quid velit.
Nunt. Eheu! pudicas inter et pulcherrimas,
Atque venerandas prima, virgo eadem et parens,
Maria, ah, ah, ah, ah! nos perimus, nec tamen
Quidquid mali hoc est, ab aliquo hostium venit.

B *Deip.* Quænam ista vox est? Sermo quis, quem [detonas?
Age, expedi hoc mihi, o puella, inquam, novus
Quis terror animum sic paventem conentit?
Chor. Audisti? An etiam nunc misellam præterit
Te, qui catervæ destinatæ sanguini
Cædique, natum prodiderit innoxium?
Deip. Ecce aliud autem de integro referes malum.
Quisnam ejus auctor? Num quis est ex intimis?
Chor. Ille, ille, vita perdita, tum moribus,
Discipulus, ille, inquam, ille qui pecuniæ, et
Ærarii magister, aut potius vorax.
Deip. Eheu! quid hoc est, quod novum malis malum
Accedit ad cumulum, si ab his quos credimus
Nobis amicos, nos dati pessum sumus?
Certe ille facinus ausus est audax miser?

Τί δ' ἐγκαλῶν προῦδωκε παντευεργέτην ;
Ἢ τίς λαβὴ δράματος ἦν τῷ μαινόλῃ ;
Χορ. Ἄκουε τοῦδ', ὃς σοι τρανῶς πάντ' ἀγγελεῖ.
Ἄγγ. Ἄκουε, τλῆμον, ἡ τὸ πρὶν πανολβία,
Ἄκουε οὓς σοι δυστυχεῖς φέρω λόγους.
Θεοτόκ. Αἲ, αἲ ! διοιχόμεσθα, δῆλος εἶ λόγῳ,
Κακῶν γὰρ ἥκεις, ὡς ἔοικεν, ἄγγελος.
Ἄγγ. Κακῶν μὲν, ἀληθῶν δ' ὅμως. Τί γὰρ φράσω;
Ἐπεὶ τὸ πάσχα καινὸν, ὡς ἔφη, φάγοι,
Μύσταις ἄριστον παραθεὶς, δεῖπνον μέγα,
Δείξας τ' ἐν αἰνίγμασι τὸν αὐτοῦ πράτην·
Ἔπειτα νίψας τῶν μαθητῶν τοὺς πόδας,
Ἔξεισιν, ὡς εἴθιστ', ἐλαιῶν εἰς ὄρος,
Εἰπών τε μύσταις πάνθ' ἅπερ τανῦν πάθοι,

Α Καταρτίσας πάντας τε μυσταγωγίαις,
Πολλοῖς ξὺν ἄλλοις καὶ τάδ' εἶπε πρὸς Θεόν·
« Πάτερ, μέγιστον νῦν πόρασχέ μοι κλέος·
Τὸ παρὰ σοὶ γὰρ μὴ λιπὼν ποτε κλέος,
Εἰς μεῖζον ἥξω, δυσμενῆ κτανὼν βροτῶν·
Ἔθνη τε δισσοῖς πάντ' ἔχοντι πρὸς σέθεν·
Λαβὼν δὲ πάντας, χ' ὡς ἀριστεῖον σφέων
Ὑπερχρεμασθεὶς αὖγε σαῖν χερσὶν νέμω.
Κυδρούμενος δὲ τοῖς ἀριστεύμασί μου,
Κάλει φίλους εἰς δαῖτα. Μακάριος εἶ,
Μακάριος τοιάδε διειργασμένος. »
Ὁ δ' αὖθις ἀφῆσιν ὡς βροντῶν ὕπα,
Δηλῶν κλεῖσμὸν αἰθερωτρόμῳ βοῇ·
Καὶ πρὶν κλεῖσας, νῦν κλεῖσω σε πλέον.

145 Quo crimine autem omnium bonorum largitorem prodidit?
Aut quam facinoris ansam furibundus arripuit?
Chor. Audi hunc, qui tibi aperte omnia referet.
Nunt. Audi, o misera, quæ prius eras felicissima,
Audi, quos infelices tibi fero sermones.
150 *Deip.* Hei, hei ! perimus, significas hoc oratione :
Nam, ut videtur, vemus nuntius malorum.
Nunt. Malorum equidem, at certorum. Quid enim eloquar?
Postquam pascha novum, ut ipse dixit, edisset
Discipulis prandium apponens, grandem cœnam,
155 Designassetque per modum ænigmatis sui proditorem,
Ac deinde abluisset suorum discipulorum pedes,
Egreditur, juxta morem suum, ad montem olivis consitum,
Cumque suis omnia sibi ferenda enuntiasset,
Cunctusque sacro firmasset mystico,
160 Inter plura alia, ad Deum hæc precatus est :
« Pater, maximam nunc præbe mihi gloriam ;
Qui eam quam apud te habeo, nunquam reliquerim gloriam,
Ad majorem evadam, hoste mortalium perempto :
Omniaque ex te possidenti da mihi gentes :
165 Cumque omnes acceperim, et ut ipsarum præmium
Suspensus fuerim, tuis iterum manibus rependam.
Gloriosior effectus ex præclaris facinoribus meis,
Invita amicos ad convivium. Beatus es ;
Beatus es, qui talia perfeceris. »
170 At ipse rursus, ut tonans emittit vocem,
Testatus gloriam clamore cœlum commovente :
1218-1219 *Jam te glorificavi, nunc amplius te glorificabo.*

149 Ἄκουε οὖν, etc. Sic apud Euripid. nuntius qui sententiam mortis adversus Orestem et ipsius sororem Electram, ab Argivis latam narrat, v. 855.

150 *Αἲ, αἲ ! διοιχόμεσθα*, etc. Sic ibid. præ dolore exclamat Electra, vers. 856, 857.

158 *Εἰπών τε.* Ita legendum videtur. Edit. εἰπὼν τοῖς.

162 *Τὸ παρὰ σοί. Qui eam, quam apud te habeo, nunquam reliquerim gloriam, ad majorem evadam. quasi novo eam cumulo complebo, meæ passionis triumpho et animarum lucro.* Nec bene Roill. : *Quæ ante tota profluit*, quasi legeret παρὰ σοῦ. Ita fere iisdem verbis, at diverso sensu Eurip. *Bacch.* vers. 1235, 1237, etc.

171 *Κλεῖσμόν.* Auctor tragœdiæ seriem rerum gestarum non observat. Orante quidem Domino,

METRICA VERSIO.

Quo crimine autem agens reum illum prodidit,
Perspecta in omnes cujus est benignitas?
Aut quæ furoris causa tam magni fuit?
Chor. Audi hunc, aperte qui tibi omnia disseret.
Nunt. Nunc misera, paulo et ante felicissima,
Audi tibi quæ infausta dicta nuntio.
Deip. Occidimus, heu ! quantum ex tuis verbis liquet ;
Malorum adest, ut est verisimile, nuntius.
Nunt. Esto malorum, vera quæ novi tamen.
Quid enim eloquar? Postquam novo pascha modo,
Ut dixit ille, edisset, apposito suis
Apostolis epulo hilari et cœna, suo
Et indicato venditore ænigmate
Verborum, et inde pedibus ablutis gregis,
Ille ex recepto more sibi, montem ocius
Petiit olivis consitum, cumque omnia
Sibi ferenda enuntiasset, et sacro
Firmasset omnes, quotquot essent, mystico,

Β Ut cætera taceam, ad Deum hæc precatus est :
« Nunc jam, Pater mi, gloriam quæ maxima est,
Hanc exhibe : nam quæ perennis gloria,
A te illa tota profluit, mortalium
Hoste perempto, clariorem consequar
Et ampliorem : quas tuo beneficio
Gentes ego habeo, da mihi, quas prænomm
Tanquam rei gestæ bene acceptas, tuis
Reddam vicissim manibus actus in crucem,
Meaque factus clarior victoria
Invita amicos gratus ad convivium.
O te beatum, ter beatum, inquam, et quater,
Cui datum sit omnia hæc exsolvere. »
At ipse vocem rursus edit ut tonans,
Clamore cœlum permovente, gloriam
Testatus illam Filium qua cingeret,
Hac voce : *Jam te gloria insignem prius,*
Majore multo et ampliore ornavero.

Ἐπεὶ δὲ μύσταις ταῦτ' ἐνηχήθη ξένως,
Ἦκει πρὸς αὐτοὺς ἐν τόπῳ τοῦ χειμάρου,
Πρὸς κῆπον, ἧχι πολλάκις συνήγετο,
Ὃν οὐδ' ὁ πράτης ἀγνοῶν, νυκτῶν μέσον
Ἔφθασεν, ὄχλον τῶν μιαιφόνων ἄγων,
Ξιφηφοροῦντας καὶ φρονοῦντας ἐν Ὁράσει·
Ὃς καὶ προσιὼν, ὡς φίλος, Διδασκάλῳ,
Ραβεῖ, προσειπὼν, *χαῖρ'*, ἐφίλει δυστρόπως.
Θεοτό. Φεῦ, φεῦ! τί χεῖρον τοῦδε τολμήσειέ τις;
Τί γοῦν πρὸς αὐτὸν ἀντέφησε Παῖς ἐμός;
Ἄγγ. Οὐκ εἶπεν οὐδὲν, πλήν· *Ἑταῖρ', ἐφ' ᾧ πάρει;*
Ἅφαρ δ' ἔβαλον χεῖρας οἱ μιαιφόνοι.
Ἄμμες δ' ἀφέντες ἄλλος ἄλλῃ φεύγομεν.

Πέτρος δ' ὁ κλεινὸς καὶ λόγοις ἀπείπετο.
Μόνος δ' ἐπιστήθιος εἶπετ' ἀτρέμας,
Ἔδοξε δ' αὐτὸς ὑπό του πεπυθέναι,
Σιγῇ λέγοντος, ὡς πρὸς αὐτὸν ἠρέμα
Τὸν δύστροπον πράτην γε τοῦ Διδασκάλου·
« Τῆς ἀσεβείας! ὦ τάλ', οὐ φοβῇ Θεόν;
Οὐ θεσμὸν αἰδῇ τῶν βροτῶν τῆς οὐσίας;
Ἀδάμ τε τὸν σπείραντα γηγενῆ στάχυν,
Καὶ πατριάρχας ἐκλελεγμένου γένους;
Μύστης φανεὶς, σὺ συμμαθητὰς αἰσχύνεις·
Τὸν Μυσταγωγὸν, φεῦ! προδοὺς ἀργυρίου
Προῦδωκας αὐτὸν εἰς φόνον μιαιφόνοις.
Οὐκ εἶπεν, οὐ σῆς προνοήσατο φρενὸς,

Cum autem hæc insolito modo discipulorum aures perculissent,
Venit cum illis, ad locum torrentis,
Ad hortum, quo sæpius se conferebat,
Quem haud nesciens venditor media nocte
Prævertit, agmen scelestorum ducens,
Sicarios, et audaciam spirantes :
Qui et accedens, ut amicus, ad Magistrum,
Dicens : *Ave Rabbi*, cum osculatus est perfide.
Deip. Eheu, eheu! quid atrocius quis ausus fuisset?
Ecquid ad hunc respondit Filius meus?
Nunt. Nihil dixit, nisi : *Amice, ad quid venisti?*
Statimque ipsi manus injecerunt scelerati.
Nos autem, eo relicto, alius alio effugimus.
Petrus inclytus ipsum verbis abnegavit.
Solus, qui pectori incubuit, secutus est quiete;
Et ipsi visum est aliquem audisse,
Qui submissa voce, et veluti solum sic alloqueretur
Perditum Magistri sui venditorem :
« Vah! impium scelus! o miser, neque times Deum?
Neque ullam vereris legem generis humani?
Neque Adam terrigenæ spicæ satorem,
Neque patriarchas electi generis?
Discipulus habitus, tuos sodales dedecore afficis;
Mysteriorum magistrum pecunia venditum
Ad ipsam mortem barbaris prodidisti.
Nonne præcavit tibi, præmonuitque animo

venit vox de cœlo, Joan. xii, 29, sed nihil tale contigit, cum oravit post ultimam cœnam, nec ullus evangelistarum hoc narrat contigisse.

174 *Ἦκει πρὸς αὐτούς. Venit cum illis* (discipulis); rarior equidem talis hujus præpositionis acceptio. Sed nihil aliud sane vult auctor quam quod refert Joan. xviii, 1.

177. *Τῶν*. Male edit. τοῦ.

186 *Ὁ κλεινός*, etc. De suo addit Roill. *audax.*

187 *Ἀτρέμας. Quiete, silentio.* Roillet. : *Nihil timens.*

192 *Τῆς οὐσίας*. Roillet., *Juris.*

195 *Σπείραντα*. Ita Reg. cod. Edit. σπείροντα. Ita lere Med. vers. 479 :

... Καὶ σπεροῦντα θανάτιμον γύην.
... *Et seminares lethalem segetem.*

194 *Ἐκλελεγμένου γένους. Electi*, id est, *Israeliticæ gentis;* nec bene Roill., *Generis antiqui viros.*

METRICA VERSIO.

Hæc insueto cum modo comitum omnium
Aures perculissent, sæpius quo cogeret
Omnes ad hortum, parte qua torrens aquæ
Præterfluebat, huc coegit : perditus
Quem non et ipse callidusque venditor
Oblitus, alta nocte prævertit, manum
Sicariorum cæde multa insignium
Audaciaque dux trahens : qui postquam eo
Venit, ut amicus ad magistrum : *Ave Rabi*,
Dicens, cum ipsum est osculatus perfide.
Deip. Eheu! quis unquam facinus hoc atrocius
Patrasset? age, quidnam meus in hunc Filius?
Nunt. Nil gravius in eum quidquam, at id solum
[intulit :
Amice, quidnam huc advenis? Tum protinus
Injectæ in illum barbaræ hinc atque hinc ma-
[nus.

B Ipso relicto, nos alius alio fugam
Arripuimus. Quin iste Petrus inclytus
Audaxque, verbis abnegavit hunc suis :
Solus secutus, nil timens, qui pectori
Incubuit hujus : quin mihi videor quoque
Audisse quemdam, clanculum qui perditum
Et veluti solum venditorem Heri sui
His conveniret vocibus demurmurans :
« Vah! impium scelus! o miser, nec tu Deum
Metuis nec ullam juris humani times
Legem, et satorem terreæ spicæ Adamum,
Et patriarchas generis antiqui viros?
Discipulus habitus, tu gregem socium nota
Inuris inhonesta, sic sacrorum principe
Aurum ob avarum vendito, ut tu proderes
Eum cruentis ad necem diram viris.
Nonne ille mentem dixit, et scivit tuam,

Σκοπεῖν ἐφ' οἷσι νῦν ἐκὼν ἀλγύνεται;
Σὺ δ' οὐκ ἀνέσχου· τοιγαροῦν γνοίης τάχα.
Εὖ γ' ἴσθι, πατρὸς εὐσεβὲς θάλπει γένος.
Εἰ μὴ γὰρ ὅρκοις Ἀβραὰμ ὑπεσχέθη,
Οὐκ ἄν ποτ' ἔσχε μὴ τάδ' ὑπεξιέναι,
Κἀντεῦθεν ὑμῖν ἀποδοῦναι τὴν δίκην.
Δοκεῖς γὰρ αὐτὸν τάδ' ὑποστῆναι πάθη,
Εἰ μή τι κερδαίνοντα κἀντεῦθεν μέγα;
Νῦν δ' ἐκ χθονὸς μὲν ὧχ' ἂν ἔρχεται πάλιν,
Καινῶς ἄνειτι. Σίγα, δέξεται κρίσιν.
Ἐρῶν καθ' ὑμῶν Πατρὶ σὴν ἁμαρτίαν,
Λαοῦ τε τοῦδε μαινόλου τολμηρίαν,
Ὡς καὶ προεῖπε Δαυΐδου γλώσσῃ πάλαι

A Οὐκ ἀγνοῶν τι, καὶ πρὸ τῆς τολμηρίας·
Πλήσει τε πᾶσαν γαῖαν ἐνδόξων λόγων,
Ἔργων τε κλεινῶν, μυρίων θαυμασίων·
Ὄψεσθε δ' ἐν Πατρὸς μολοῦντ' αὖθις κλέει,
Κρίσιν φέροντα ζῶσι καὶ τεθνηκόσιν,
Καὶ πᾶσι παρέχοντα τὸ κατ' ἀξίαν.
Πῶς γοῦν προσόψει σύ τε καὶ μιαιφόνοι,
Ἢ ποίαν οὐκ ἐκτίσετ' ἔνδικον τίσιν;
Πλὴν καὶ πρὸ τοῦδε τίσετ' ἔνδικον τίσιν,
Εἰ μὴ χέρας νίψεσθε τὰς μιαιφόνους,
Ἃς, ἢν θέλητε κἂν τανῦν ξυνιέναι,
Αὐτὸς ῥυτοῖς νάμασιν ἀπομόρξεται.
Ἢ σῆς γε τόλμης νῦν μάθῃς γεγευμένος,

Inspicere ea quorum gratia volens in dolore versatur?
Tu vero noluisti; igitur mox senties.
Certo scias, patris pium fovet genus.
Nisi enim Abrahæ jurejurando fuisset astrictus,
Numquam hæc inulta sivisset,
Ac vobis pœnam confestim irrogasset.
An etenim putas ipsum talia passum fuisse,
Nisi magnum exinde perspexisset emolumentum?
At nunc quidem mox ille terra se effert,
1220-1221 Mirabiliterque ascendit. Sile, judicium arripit,
Declarans adversum vos Patri tuum scelus,
Plebisque hujus cruentæ audaciam,
Sicut olim ore David prædixit
Haud ignoranti, priusquam hæc facinora evenirent;
Totamque replebit terram claro fidei præconio,
Operibusque magnificis, innumerisque miraculis:
Videbitis autem in Patris gloria iterum venientem,
Mortuis ac vivis judicium ferentem,
Et omnibus juxta sua merita rependentem.
Quomodo igitur ipsius vultum sustinebitis, tu et scelesti,
Aut qualem justam non exsolvetis pœnam?
Sed ante hunc diem æquum subibitis supplicium,
Nisi manus sanguine infectas abluetis,
Quas, si velitis nunc etiam intelligere,
Ipse liquidis fluentis abstergeret.
Intelliges sane, cum tuam degustaveris audaciam,

204 *Ὑμῖν*. Ita legit Combefisius, melius quam ἡμῖν, ut in editis.

205 *Δοκεῖς γάρ*, etc. In isto versu et seq. imitatur auctor noster Eurip., apud quem Medea vers. 368 et 369 sic loquitur de Jasone:

Δοκεῖς γὰρ ἄν με τόνδε θωπεῦσαί ποτ' ἄν,
Εἰ μή τι κερδαίνουσαν ἢ τεχνωμένην;

Putas enim me blandis verbis compellaturam fuisse [unquam,
Nisi aliquid lucri captarem aut machinarer?

207 *Ἔρχεται*. Melius quam in edit. ἔρχηται.

208 *Δέξεται κρίσιν*. Combefisius hæc verba jungit sequentibus, Πατρὶ σὴν... οὐκ ἀγνοῶντι. *Cum Patre judicium accipiet, cui notum est scelus tuum*, etc., ad quod auctor arcessit Davidis auctoritatem ex ps. 108, qua sic Dei præscientiam contestatur: legit etiam in cod. Reg. pro ἀλγῶν, ἀθυμῶν, quæ in editis, ἐρῶν καθ' ὑμῶν, quæ lectio vera ipsi videtur: nam Christo in cœlum recepto dolere et mœrere non convenit.

213 *Ἐνδόξων λόγων*. De Evangelii prædicatione hæc profecto sunt intelligenda.

215 *Ἐν Πατρὸς μολοῦντ' αὖθις κλέει*. *In Patris gloria venientem ac majestate*: nec bene Roill.: *Patris hinc ad gloriam sui reversus*. Id ante dixerat, καινῶς ἄνειτι, sed hic de extremo judicio loquitur poeta.

METRICA VERSIO.

Ea meditari, quæ lubens propter, cruces
Perfert? At animo qui tuo nullum modum
Tunc adhibuisti, postea jam senties.
Pium ille certe sustinet patris genus.
Nam nisi is Abraham jurejurando foret
Astrictus, ista non subiret quæ subit;
Nec inde pœnas innocens exsolveret,
Nisi certa magni hinc surgeret spes com- [modi.
At nunc quidem mox ille se terra efferet,
Mirabilisque ascendet in cœlum: sile,
Judicium et idem suscipiet una suo
Cum Patre mœrens et dolens ob noxiam
Solamque populi insaniam audacem sui,
Davidis olim ut ore prædictum fuit,

B Quem non et ausum etiam ante quidquam præterit,
Qui, qua patebit terra, sermone hanc potens,
Immensus opere, magnus et mirabilis
Totam replebit, Patris hinc ad gloriam
Sui reversus, ille mortuis sedens
Vivisque judex digna factis omnibus
Æquus rependet. Ergo qui vultum illius
Et tu, et tui isti sanguine aspersi viri
Tum perferetis? justa quæ non perditi
Solvetis illi supplicia? Quin ei diem
Hunc ante, pœnas vos luctis debitas,
Nisi abluatis sanguine infectas manus,
Quas, si velitis nunc vel etiam attendere,
Ille ex fluente sibi liquore absterserit.
At tu brevi nunc cum scelestorum grege

225 Σὺν σοὶ δὲ καὶ πᾶς τῶν ἀλαστόρων ὄχλος.
Νῦν δ' εἰ μένειν δεῖ, μίμν' ἐφ' ἡμέραν μίαν,
Ἤν μή τι πάθῃς, ὧν φόβος πολὺς κρατεῖ,
Κἀγὼ προφήτης τῶν λόγων γενήσομαι.
Ἀλλ' ἐκποδὼν ἄπιθι, καὶ σαυτοῦ πέρι
230 Φρόντιζε· τ' αὐτοῦ δ' αὐτὸς εὖ γε θήσεται.
Σὺ δ', ὥσπερ εἰκὸς, κατθανῇ κακὸς κακῶς,
Πρώτως κρεμαστοῖς ἐν βρόχοις ἠρτημένος.
Ἥδημ' ἐς ᾅδην κραιπνὸν ὁρμήσας τάχα,
Λύπῃ παχνωθεὶς, ὡς προδοὺς ἀργυρίου,
235 Καὶ νᾶμα πυρὸς παμφάγου σε δέξεται.
Οὐ γὰρ θέλεις νῦν ἐκφυγεῖν τιμωρίαν.
Καὶ τῶνδε τεύξῃ, προὐνέπω δέ σοι τάδε·

A Οὗ σ' ἡ 'πιοῦσα λαμπὰς ὄψεται Θεοῦ·
Οὐ νεκρεγέρτου νεκρέγερσιν κατίδοις.
240 Ἐς γὰρ τοσοῦτον μωρίας ἀφικάνεις,
Ὡς τ' ἐξὸν αὖθις δεῖν' ἑλεῖν βουλεύματα,
Καὶ πάντ' ἀφέντα προσπεσεῖν Διδασκάλῳ,
Καὶ τῶν βλεφάρων θερμὰ χῦσαι δάκρυα,
Βρόχον κρεμαστὸν ἐξανάψεις ἀγχόνης,
245 Ψυχὴν ἀφεῖναι τοῖς βροχώμασι τρέχων.
Ὅμως δὲ κἂν τοῖσδ' οὐκ ἀπειρηκὼς σέ πως
Σώσει, τὸ σόν γε προσκοπούμενος κέαρ·
Οὐ γὰρ δύναιτ' ἂν ἀγαθός που μὴ μένειν.
Ἀλλ' οὔ σε μὴ θέλοντα κερδᾶναι θέλει·
250 Οὐ γὰρ νόμον τίθησιν ἐν βροτοῖς βίαν·

225 Ut tecum omnis exsecrandorum cohors.
Nunc igitur si oportet te manere, mane ad unum diem,
Si non quid patiaris eorum, quæ vehementer metuo,
Et ego hosce sermones vaticinatus fuero.
Verum de medio secede, et de teipso
230 Sis sollicitus : sua ipse recte constituet.
Tu vero, ut decet, male malus occides,
Primum pendulis e laqueis suspensus,
Saltu incito in inferos statim rues,
Mœrore constrictus, ut qui innoxium pecunia prodiderit,
235 Et fluvius ignis omnivori te excipiet.
Neque enim vis nunc effugere pœnam.
Et hæc consequeris, et hæc tibi prædico :
Postera Dei lux non te videbit :
Neque redivivum ex mortuis conspicies :
240 Eo enim insaniæ devenies,
Ut cum liceat de novo matura capere consilia,
Et omnibus relictis, ad genua Domini procidere,
Et calidas ex oculis profundere lacrymas,
1222-1223 Laqueum pensilem appendes,
245 Ut ad ipsum properans animum demittas.
Ne his quidem spem abjiciens, tibi salutem
Præstaret, si tuum pœnitentem animum intueretur :
Neque enim benignitate sua potest excidere.
Sed te nolentem non vult lucrari ;
250 Neque enim vim pro lege sancit hominibus;

226 *Νῦν δ' εἰ μένειν*, etc. Ita fere Med. vers. 535, 536.

229 *Ἀλλ' ἐκποδὼν ἄπιθι*. Sic apud. Eurip. Phædra nutrici suæ respondet, vers. 708, 709 :

Ἀλλ' ἐκποδὼν ἄπελθε, καὶ σαυτῆς πέρι
Φρόντιζ'. Ἐγὼ γὰρ τἀμὰ θήσομαι καλῶς.
Quamobrem de medio secede, et de teipsa
Sis sollicita. Ego enim mea recte curabo.

231 *Σὺ δ', ὥσπερ εἰκός*. Ita Med. vers. 1386.

233 *Ἥδημ' ἐς ᾅδην*. Sic Hippolyt. apud Eurip. vers. 826. Ibid. *τάχα*. Reg. *τάχος*.

238 *Οὗ σ' ἡ 'πιοῦσα*. Combef. legit, quasi foret unica vox; vertit enim : *Non blande mulceus lumen affulgebit*. Verum errat vir doctissimus; conflatur enim ex articulo ἡ et participio ἐπιοῦσα, ut videre est apud Euripid. *Med.* vers. 550, 551, ubi leguntur isti duo versus fere iisdem vocibus expressi, et *Orest.* vers 650, ubi οὐπιών apponitur pro ὁ ἐπιών.

242 *Προσπεσεῖν*. Reg. Med. προσδραμεῖν.

244 *Βρόχον κρεμαστόν*, etc. Ita Hippolyt. v. 802.

245 *Ψυχὴν ἀφεῖναι*. *Ut in laqueis dimittas animam.*

247 *Ὅμως δὲ κἂν τοῖσδ'*, etc. *Ne his quidem repulsus, ne victa quidem ipsius pàtientia, salutem præstabit, animum tuum pœnitentem videlicet intuens.* Alia prorsus diversa reddit Roillet. Ita fere Jaso Medeam alloquitur vers. 459; hunc versum et duos sequentes omisit Fabricius.

METRICA VERSIO.

Expertus istam intelliges audaciam.
Si differendum est, unicum differ diem,
Eventum ad horum quæ metuo valde tibi,
Verumque vatem me omnium tibi videris.
Jam propire hinc te, dum licet ; curam tui
Ipsius habe ; sua ipse recte viderit.
Tu certe, ut æquum est, jam male malus occides,
Primumque laqueo in nexili pendens, rues
Imas in umbras manium, saltu incito,
Mœrore confectus gravi, ut qui innoxium
Prodideris argento ; ibi voracis te impetus
Sorbebit ignis. Quando pœnam vindicem
Effugere non vis, te manent hæc omnia.
Quin ista tibi prædico : non fulgor Dei,

B Qui consequetur, ora lustrabit tua,
Neque redivivum ex mortuis cernes miser.
Eo ipse nam procedis hinc amentiæ,
In posterum ut cum firma tibi capere et bona
Consilia liceat, et relictis omnibus
Ad genua Domini procidere, largas genis
Stillare lacrymas, pensilem contra implices
Laqueum, viam omnem vocis ut tibi obstruas.
Ut ut sit, ille, si modo nullo excidas
Spe firma, et altum pectus insonet mavu,
Servabit, ut qui gentium nusquam sibi
Exuere possit insitam clementiam.
Verum, ut repugnes, non, repugnantem sibi
Asciscet ille : non enim legem viris

Ἥκιστα τοῦδε λῆμμ' ἔφυ τυραννικόν.
Ῥαγεὶς γὰρ αἰσχρῶς πάγκακον ῥήξεις κέαρ.
Ἀλλ' οὔτι ταύτῃ ταῦτα (μή σοί που δόκει),
Ἔτ' εἰς ἀγῶνας σύ τε καὶ μιαιφόνοι,
Καὶ πᾶσι συνδράσασιν οὐ σμικροὶ πόνοι·
Λέσθοιτο δ' αὐτῶν δῆμος ὑβριστὴς ἅπας,
Ἢ τοι θανόντος, ἢ φάος δεδορκότος,
Οὓς νᾶμα πυρὸς αὖθις ὑποδέξεται.
Ὀρθῶς λέλεκται μῦθος ἀψευδὴς ὅδε·
Ἄκου', Ἰούδα, σῶν κακῶν κατάστασιν,
Καί τοι προκόψω γ' οὐδέν, ἢ σκῆψιν μόνην.
Οὐ γὰρ Θεός σε σωφρονεῖν ἀναγκάσει·
Ἐν τῇ προαιρέσει δὲ καὶ γνώμῃ βροτῶν
Τὸ σωφρονεῖν ἔνεστιν εἰς τὰ πάντ' ἀεί. »
Ταῦτ' εἶπεν, οὐκ οἶδ' ἄγγελός τις ἢ βροτὸς
Ἡρὸς αὐτὸν, ὡς εἴρηκα, τὸν Λογοπράτην.
Θεοτό. Ὦ γαῖα μῆτερ, ἠλίου τ' ἀναπτυχαὶ,
Οἷων λόγων ἄῤῥητον εἰσήκουσ' ὅπα!
Τάχ' ἐξ ὀπαδοῦ δρᾶμα, Παῖ, κατηρτύθη,
Ὃν πολλάκις ἔδειξας αἰνιγμῷ φίλοις·
Οὐ γάρ σ' ἔλαθε τῶνδ' ὃς αἴτιος κακῶν.
Ὦ παγκάκιστε, τοῦτο γάρ σ' εἰπεῖν ἔχω,
Σὺ ταῦτ' ἔδρασας, σὸν προδοὺς εὐεργέτην·
Σὰ ταῦτα, δαῖμον· τίς γὰρ ἂν ἄλλος ποτὲ
Ἔδρασεν, ἢ βούλευσε δυσμενὴς ἀνήρ;
Ὄλοιθ' ὁ δράσας· ἡ δίκη δ' ἐφίσταται,

Ejus lucrum in tyrannide haud positum est.
Crepans enim turpiter pessima rumpes viscera.
Verum neque eatenus hæc erunt (ne tibi usquam illud persuadeas),
Adhuc te et sceleratos bella manent,
Et omnes conscios mala gravissima,
Quæ sentiet omnis plebs proterva,
Sive cum mortuus fuerit Christus, sive cum lucem redivivus aspexerit,
Quam deinceps ignis fluvius excipiet.
Recte editum est istud infallibile oraculum:
Audi, Juda, statum tuorum malorum,
Etsi nihil proficiam, nisi quod excusationem habeam.
Neque enim Deus te ad saniorem mentem coget:
Penes arbitrium et voluntatem mortalium
Sapere est semper ad omnia. »
Hæc protulit, angelus an homo, incertum,
Ad hunc ut dixi, Verbi venditorem.
Deip. O terra mater, celique plagæ,
Qualium sermonum infandam audivi vocem!
Forte ab illo discipulo, Fili, facinus perpetratum est,
Quem sæpe dilectis obscure designasti;
Neque enim te latuit, quis auctor esset malorum.
O nequissime, sic enim te appellare queo,
Hæc feristi, cum tuum benefactorem produeris.
Dæmon, tua hæc sunt; quis enim unquam alius
Fecisset, auctorve fuisset inimicus?
Pereat auctor sceleris: imminet autem vindicta,

251 *Τοῦδε λῆμμ' ἔφυ.* Reg. τοῦδ' ἔφυ λῆμμα. Sed claudicat metrum. Sic Eurip. Creon Medeæ reponit vers. 348:

Ἥκιστα τοὐμὸν λῆμμ' ἔφυ τυραννικόν.
Animus meus minime est tyrannicus.

257 *Ἢ τοι θανόντος*, etc. Legit Combefisius θανόντες, et δεδορκότες, *sive mortui, sive lucis usura fruentes.* Minus bene Roill.: *Solis æternum jubar.*

260 *Ἄκου', Ἰούδα.* Ita *Hippol.* vers. 1296 chorus Theseum de malis suis certiorem facit.

261 *Ἢ σκῆψιν*, etc. *Nisi tantum ut officio functus videar, vel moneam.* Minus accurate Roill.: *Verba nihil præter perit.*

262 *Οὐ γὰρ Θεός*, etc. Hæc mutatio requirit afflatum gratiæ, nec aliter in nostra voluntate et animo est sapere ac resipiscere, quidquid auctor videatur sentire. *Combefisius.* Ita fere *Bacch.* vers. 314, etc.

267 *Ὦ γαῖα μῆτερ*, etc. Ita Hippolyt. vers. 601, 602, exclamat ob incestum Phædræ amorem stupefactus. Ibid. *ἡλίου τ' ἀναπτυχαί, cæli plagæ, immensus circuitus, solis explicatio, quæ naturæ thesauros explicat, gelu concreta calore resolvens*, etc.

270 *Ὃν.* Mendose edidi, *ὅ.*

271 *Οὐ γάρ σ' ἔλαθε*, etc. Ita Medea, vers. 532 Jovem deprecatur:

Ζεῦ, μὴ λάθοι σε τῶνδ' ὃς αἴτιος κακῶν.
Jupiter, non lateat te is qui auctor est harum malorum.

272 *Ὦ παγκάκιστε*, etc. Ibid. vers. 465.

METRICA VERSIO.

Vim sancit, a quo sit procul tyrannica
Omnis libido: ruptus et fœdissime
Etiam ipsa rumpes viscera medius crepans,
Sed ista (ne tu forte tibi persuadeas)
Non sic abibunt: te et tuos adhuc manent
Viros cruentos bella, conscios manet
Ingens calamitas, quam scelesta sentiet
Plebs omnis, sive mortuos tumulus tegat,
Sive intuentes solis æternum jubar,
Quos rapidus ignis corripiet in posterum.
Vox illa certo fluxit ex oraculo:
Audito, Juda, quis tui infortunii
Status sit, at qui verba nil præter perit;
Nam te, ut resipias, non Deus coegerit:
Mortalium mens sola quæ re in qualibet
Libere agat, et semper modeste deligat. »
Hæc venditori (ut retuli) Verbi, Angelus,
Incertum, an homo quis dixerit, dixit tamen.
Deip. Parens, o tellus, lucidi plagæ ætheris,
Quæ vox nefasque, quod meam aurem perculit?
Potuerit istud a tui assecla gregis
Admitti, o Fili, facinus, olim quem tuis
Sub involucro ostenderis? neque enim artifex
Horum malorum te latuit unquam. Improbe,
Scelerate, namque id libere de te queo
Efferre, patrasti hæc, ut hunc bene meritum
Sic prodieres? tua omnia hæc, nequissime
Dæmon, tua hæc sunt. Nam quis a te tam ferum
Dirumque fecit, vel animo agitavit scelus?
Male hujus auctor, quisquis est, pereat; imet

Αἰσχρός τε μύστης ἀξίαν τίσει δίκην.
Ἀργυραμοιβὲ, ποῦ συνείδῃ τῷ λόγῳ ;
Ἦρ' εἰσέτι ζῇς, δεινὰ ταῦτ' εἰργασμένος ;
Οὐδ' ὑπὸ γῆς τάρταρα σὸν κρύπτεις δέμας ;
Δεῖ γὰρ τὰ νῦν ἢ γῆς σε κρυβῆναι κάτω,
Ἢ πυρὸς ἐν ῥιπαῖσιν αἰθέρος θανεῖν.
Ὦ μύσος, ὦ μέγιστον, ἔχθιστον κακόν !
Τὸν Δεσπότην προδοῦσαν ἐξαυδῶ κάραν.
Ἔτλης προσελθεῖν, ὡς φίλος, Διδασκάλῳ ;
Ἦλθες πρὸς αὐτὸν, ἦλθες ἔχθιστος γεγὼς
Καὶ Πατρὶ, καὐτῷ, παντί τ' ἀνθρώπων γένει ;
Πῶς, πῶς προσεῖπας ; πῶς κατησπάσω προδούς ;
Γλώσσῃ προσηύδας, καρδίᾳ μίασμ' ἔχων;

Et infamis discipulus meritam exsolvet pœnam.
O argentarie, an conscius eras Verbi?
1224-1225 Adhuc vivis, cum talia admiseris facinora?
Nondum sub ima terræ loca tuum abscondis corpus?
Oportebat enim nunc aut in terræ visceribus sepeliri,
Aut ætherei ignis ictibus mori.
O scelus, o maximum, invisum facinus!
Eum alloquor, qui suum prodidit Dominum.
Sustinuisti, ut amicus, ad Dominum accedere?
Venisti ad eum, venisti, cum infensissimus jam fueris
Et Patri, et ipsi, et omni hominum generi?
Quomodo eum compellasti? quomodo complexus es quem prodebas?
Ore allocutus es, in corde piaculum habens?
Cumque hæc perpetraveris, solem aspicere
Et terram, o nequissime, adhuc audes?
Ista non est audacia, neque fortitudo,
Cum traditor benefactorem audet intueri:
Sed gravissimus inter homines morborum
Omnium est impudentia. Tui autem bene memini,
Quamvis nihil lucri inde accipias, sed ad tuum dedecus,
Licet absis, aut mortuus, aut adhuc luce fruens.
Ego enim levabor animo, dicens
Tibi vera. Et tu etiam lugens non edisces?
Disces enim, cum debitam inveneris pœnam.
Sed ab iis quæ prima sunt, primum incipiam dicere.
Audi, Juda, quæ bona tibi ab eo fuerint.

278 *Ἀργυραμοιβέ*, etc. *O argentarie, mercator, an noveras te Verbum vendere?* Mox, *σοῦ συνήδη σῷ δόλῳ*, quæ lectio multum arridet Combefisio qui sic reddit : *Tuo frueris dolo, ex illo utilitatem capis.* At in margine ut in textu.

282 *Ἢ πυρός*, etc. Male Roill. : *Solis caloris et lampade.* Non enim solis ardor, sed fulminis impetus et vibrata tela significantur.

285 *Ὦ μύσος*, etc. Ita fere Eurip. vers. 1525 Jasoni Medeam imprecatur :

Ὦ μύσος, ὦ μέγιστον ἐχθίστη γύναι !
O scelesta, o maxime invisa mulier!

290 *Καὶ ταῦτα δράσας*, etc. Sic ibid. vers. 1527.

292 *Ταῦτ' οὔτε θάρσους*, etc. Ita Med. vers. 469, etc., conjugem suum perstringit.

295 *Τολμᾷς*. Melius quam editi, τολμᾷς.

294 *Ἀλλ' ἡ μεγίστη*, etc. Sic ibid. vers. 471, 472.

297 *Βλέπῃς*. Ita Reg. Heor. II. Editi βλέπειν. Eo loci plures iterum versus omisit Fabricius.

299 *Σὺ δὲ κοὐ κλαίων*. Melius κοὐχ ἑκών. *Etiam invitus; ipse nimirum debitæ pœnæ periculo*; nec aliter auctor videtur scripsisse, nisi interrogationem supponas.

301 *Ἐκ τῶν δὲ πρώτων*, etc. Sic Med. vers. 475, etc.

METRICA VERSIO.

Sed pœna vindex, turpis et Domini comes
Supplicia sceleri debita exsolvet suo.
Qui sic iniqua conscius pecunia
Mactare Verbum sustines, etiamnunc adhuc
Admissa post hæc tam gravia, vitam trahis,
Nec triste condis sub specum terræ caput?
Nam te vel imo defodi terræ aggere
Oppressum oportebat, vel igneo aurei
Solis calore et lampade ardenti emori.
Proh! facinus atrox, impium, infandum, et grave!
Eum alloquor, herum qui suum male prodidit.
Tu, tanquam amicus, non refugisti tui
Præsentiam Domini; ad eum pedem inferens
Venisti, et ita venisti, ut infensissimo
Esses animo in ipsum, et Patrem, ac hominum [genus.
Quonam ore compellasti eum quem tu male

Jam prodidisses? corde tu piaculum
Tegens, ex ore eum alloquutus subdolo.
Et auctor horum sustines solem tamen
Terramque, o sceles, hanc intueri, perdite.
Non ista fortem, non virum magnum decent,
Os sustinere ejus, merentem quem bene
Prodideris, hujus sed mali primum caput
Est ipsa, quæ longe malorum est omnium
Inter homines gravissimum impudentia.
Ut verba perdam, commode de te tamen
Hæc dicta, namque hæc ad tuum omnia dedecus,
Absis ut hinc tu, sive vitam adhuc trahas,
Sive occidas, animum meum his levavero.
At tu ipse disces non licet deflens tamen :
Disces enim te digna supplicia ferens,
Jamque adeo ab illis prima quæ sunt ordiar.
Juda, audi ab illo quæ bona tibi accesserint.

Εἵλκυσεν ἐκ σκότους σε τῆς ἀγνωσίας,
Ἔσωσέ σ', ὑπέδειξε φῶς σωτηρίας.
Δέδωκέ σοι χάρισμα πολλῶν θαυμάτων.
Μύσταις ἔφησε καὶ σὲ συνεδριάσαι,
Κρῖναί τε φυλὰς Ἰσραὴλ παντὸς γένους.
Ἔθηκεν ἀργύρια πάντα χερσί σου,
Ἔκαψέ σου πρόφασιν ἀναργυρίας.
Ἐκλεπτες ἀεί, μὴ δόκει λελῆθέναι·
Οὐ', ἅτε πανάγαθος, οὐκ ἤλεγχέ σε
Λόγοισιν, οὐδὲ πρὸς σέθεν κακούμενος,
Εἰδώς σε σαφῶς, καὶ πρὸ τῆς τολμηρίας.
Ἔνιψε καὶ σοὺς δυσμενεστάτους πόδας,
Ἄρτου τρύφος τ' ἔδωκε δυσμενεστάτῳ.
Καὶ ταῦθ' ὑπ' αὐτοῦ, παγκάκιστ' ἀνδρῶν, παθών,
Προὔδωκας αὐτὸν, δῶρα δ' ἐκτήσω φόνου.
Πολλῶν προσόντων. Εἰ γὰρ ἦσθ' ἀνάργυρος,
Λαβήν γ' ἂν εἶχες τῶνδ' ἐραστὴναι τάχα.
Νῦν δ' οὐκ ἔχεις πρόφασιν, οὐκ ἔχεις λόγον
Χεῖλη διᾶραι, καὶ κατειπεῖν αἰτίαν.
Οὐ γὰρ τοσοῦτον σὺ δυνήσῃ πώποτε,
Οὐδ' εἰ γένος·πᾶν δαιμόνων σοι συνδράμῃ,
Καὶ γῆν ἅπασαν ῥημάτων πλήσῃ κακῶν·
Ἐπεί μιν ἐσθλὸν ὄντ' ἐπίσταται κτίσις,
Καὶ πάντες ἐγνώρισαν ἐκ τῶν πραγμάτων.
Ἀλλ' ἦγξεν ἀγχόνη σε φιλαργυρίας,
Ἡ ῥίζα πάντων τῶν κακῶν πέφυκέ πως·
Φρούδη δὲ πίστις, ἣ πρὶν ἀπόλωλέ σοι.
Τοῖος δὲ φανεὶς, ψῶς ὁρᾷν τολμᾷς, τάλα;

Eduxit te ex ignorantiæ tenebris,
Salvum fecit, ostendit lumen salutis.
Plurium miraculorum tibi donum contulit.
Promisit fore ut tu cum aliis discipulis sederes,
Tribusque Israel cujusque sexus judicares.
Omnem pecuniam tuis manibus concredidit,
Inopiæ prætextum tibi abstulit.
Furaharis semper, ne putes id ipsum latuisse;
Is autem, utpote benignus, te non arguebat
Verbis, nequidem a te injuria affectus,
Cum te plane noverit, et ante tuam audaciam.
Tuos et abluit pedes infestissimos :
Panis et frustum tibi dedit infensissimo.
1226-1227 His tamen beneficiis affectus, o nequissime hominum,
Prodidisti eum, et cædis pretio dona acquisivisti,
Cum tibi omnia forent abunde. Si enim pecunia caruisses,
Fortassis argenti cupido tibi ansam præbuisset;
Sed nequidem istum habes prætextum, nullam habes rationem,
Quam, diductis labiis, queas opponere .
Neque enim tantum unquam tu poteris,
Etiamsi genus omne dæmonum tibi astipuletur,
Omnemque terram malis impleat verbis;
Quandoquidem creatura scit eum esse probum,
Et ex ipsius operibus omnes noverunt.
Verum tibi gulam fregit avaritiæ restis,
Quæ fere omnium malorum est radix :
Evanuitque fides, quam prius amiseras.
Talis autem effectus, lucem conspicere, miser, audes?

304 *Ἔσωσέ σ'*. Melior versio quam in editis ἔσωσέ θ'. Sic apud Eurip. vers. 482, Medea istud beneficium Jasoni exprobrat.

315 *Ἄρτου τρύφος τ' ἔδωκε δυσμενεστάτῳ*. Pro δυσμενεστάτῳ habet cod. Reg. II. μυστικωτάτου, *sensu mystico plenissimi*.

316 *Καὶ ταῦθ' ὑπ' αὐτοῦ*, etc. Ita fere Medea conjugem suum objurgat, vers. 488, etc.

322 *Οὐ γὰρ τοσοῦτον*, etc. Ita fere *Hippolyt.* vers. 1250 et seqq. nuntius, qui Theseum de morte filii sui edocet, Hippolytum a crimine vindicat :

Ἀτὰρ τοσοῦτον οὐ δυνήσομαί ποτε,
Τὸν σὸν πιθέσθαι παῖδ' ὅπως ἐστὶν κακὸς,
Οὐδ' εἰ γυναικῶν πᾶν κρεμασθείη γένος,
Καὶ τὴν ἐν Ἴδῃ γραμμάτων πλήσειέ τις
Πεύκην, ἐπεί μιν ἐσθλὸν ὄντ' ἐπίσταμαι.

Sed tamen eo nunquam adduci potero,
Ut credam tuum filium esse improbum;
Neque si totum genus mulierum suspendatur,
Et aliquis litteris impleat omnem in Ida monte
Sylvam, quandoquidem scio eum esse probum.

METRICA VERSIO.

Eduxit hic te erroris e caligine,
Servavit idem præferens vitæ facem.
Miraculorum contulit donum tibi.
Promisit olim sic futurum ut tu sedens
Cum grege suorum diceres sententiam
Israeliticam in tribum judex : tuas
Omnem pecuniam in manus concredidit,
Prætextum et omnem sustulit inopiæ tibi,
Dum semper aliquid non ei hujus inscio
Furto efferebas : verum, ut is bonus fuit,
Non te arguebat voce, vel ne tunc quidem
Injurius cum maxime esses, scilicet
Jam te penitus ante facinus et audaciam
Noscens, pedesque lavit infestissimos,
Jurati in hostis dexteram panem ingerens.
His auctus illi rebus, ingratissime,

B Hunc prodidisti et cædis ejus munera
Es aucupatus, cum tamen abunde foret.
Quod si te egestas compulisset aspera,
Poteras, et illa te movente cupidius,
Tunc forte ferri; nunc miser prætexere
Causæ nihil possis, ratio nec suppetat,
Qua tu recludens os, tuum excuses scelus.
Nam posse nunquam dabitur id tantum tibi,
Non si genus totum tibi malorum advolet
Geniorum, et omnium impleat sermonibus
Terram dolosis, quando nulli non bonus
Est notus, ipso quod opere omnibus probat.
Sed suffocavit te pecuniæ sitis,
Radix malorum quæ fere exstat omnium,
Priorque frustra est quæ tibi periit fides.
Hac mente cum te constet esse, audes, miser,

Ἦ τὸν πρὶν οὐκ ἄρχειν Θεὸν δοκεῖς ἔτι,
Ἢ ζυγὰ δίκης ἐν κενοῖς κεῖσθαι τὰ νῦν;
Ὦ κακὸν ἔρνος, οὗ ποτ' εἶ ῥίζης βροτῶν,
Πικρῶν δὲ ῥιζῶν φημί σ' ἐκπεφυκέναι,
Ἀλάστορος μὲν πρῶτον, εἶτα δὲ φθόνου,
Φόνου, πότμου θ', ὅσα τε γῆ τρέφει κακά.
Οὐ γὰρ ἐρῶ ποτ' ἐκ Θεοῦ φῦναί σ' ἐγὼ,
Εἰδυῖα καίπερ, ὡς τὸ πᾶν προαίρεσις·
Θεὸς γὰρ οὐκ ἄκοντα σαώζει βίᾳ.
Ὦ δύστροπ', ὦ κάκιστε, καὶ μιαιφόνε,
Οἷον πέπρακας, πεπρακὼς εὐεργέτην!

Αὐτός σ', ὃν ἐλπὶς παιδὸς εἶναι πατέρα,
Πρόῤῥιζον ἐκτρίψειεν οὐτάσας πυρί.
Ἴδρᾶ, αἰσχροποιὲ, φιλίας διαφθορεῦ,
Ἀπόπτυσ', οὐδ' ἀπόντι σοι δεῖ συλλαλεῖν.
Τὸν γὰρ ὀλίον καὶ Θεὸς βδελύσσεται.
Ὦ παῖ, τί δὴ χρυσοῦ μὲν, ὃς κίβδηλος ἦ,
Τεκμῆρι' ἀνθρώποισιν ὥπασας σαφῆ,
Ἀνδρῶν δ' ὅτῳ χρὴ τὸν κακὸν διειδέναι,
Οὐδεὶς χαρακτὴρ ἐμπέφυκε σώματι;
Ἀλλ' αὐτὸς εἰδὼς, ἀγνοεῖν πάντας θέλεις.
Ὅλοιτ', ὄλοιτο πανδίκως κακεργάτης.

An Deum, qui prius erat, jam non regnare existimas,
Aut irritas jam nunc evasisse justitiæ lances?
O noxium germen, nunquam ex radice mortalium pullulasti,
Sed ex amaris radicibus exortum te assero,
Primum quidem ex dæmone, dein invidia,
Cæde, et morte, et quæcunque mala enutrit tellus.
Neque enim dicam te unquam a Deo genitum fuisse,
Cum noverim a libera voluntate exsistere, quidquid mali est
Neque enim Deus ulli vim infert, ut salutem consequatur.
O maligne, o nequissime, homicida nefarie,
Qualem vendidisti, cum benefactorem vendideris!
Ipse te, quem spes est filii fore parentem,
Radicitus exstirpet percutiens fulmine.
Peri, o turpia perpetrans, qui amicitiæ leges infregisti;
Exsecrande, nec cum absente movendus sermo.
Dolosum enim et Deus abominatur.
O Fili, quare auri quidem, quod sit adulterinum,
Clara signa hominibus dedisti?
1223-1229. Sed quo oporteat discerni malum virum,
Nullum signum inest corpori,
Hæc autem cum tu noveris, nos omnes vis nescire.
Pereat, pereat justissime scelestus!

351 *Ἦ τὸν πρὶν οὐκ ἄρχειν Θεόν*, etc. Sic Medea vers. 495 Jasonem redarguit :

Ἦ θεοὺς νομίζεις τοὺς τότ' οὐκ ἄρχειν ἔτι,
Ἢ καινὰ κεῖσθαι θέσμι' ἀνθρώποις τὰ νῦν;
An existimas deos qui tunc regnarunt, non amplius [*regnare,*
An vero putas nova jura constituta esse hominibus nunc?

354 *Πικρῶν δὲ ῥιζῶν*, etc. Ita fere *Troad.* vers. 762, s qq., Andromache Helenam objurgat :

Πολλῶν δὲ πατέρων φημί σ' ἐκπεφυκέναι,
Ἀλάστορος μὲν πρῶτον, εἶτα δὲ φθόνου,
Φόνου τε θανάτου θ', ὅσσα γῆ τρέφει κακά.
Οὐ γάρ ποτ' αὐχῶ Ζῆνά γ' ἐκφῦναί σ' ἐγώ.
Dico enim te natam esse ex multis patribus,
Primum quidem ex patre malo genio, deinde vero ex [*invidia,*
Et cæde, et morte, et ex aliis, quæcunque tellus alit [*mala.*
Non enim unquam ego ausim dicere Jovem te pro- [*duxisse.*

358 *Ὡς τὸ πᾶν προαίρεσις. Quidquid mali est, a libera voluntate exsistit.* Quæ dictorum optima correctio est, ut, quia talis est, scelestissimus non sit a Deo, quamvis nemo, nisi Deo auctore, sit.

342 *Αὐτός σ', ὃν ἐλπὶς*, etc. *Ipse te, quem spes est filii fore parentem, igne cominus feriens radicitus exstirpet.* Alludere videtur ad ps. cvm, quem de Juda proditore divus Petrus exponit. Inscite vertit Roull. : *Te genitor ipse*, etc.

343 *Πρόῤῥιζον ἐκτρίψειεν*, etc. Sic Phædra vers. 684 nutricem suam diris devovet.

345 *Ἀπόπτυσ'*. Sic Hecuba vers. 1276 Polymestori respondet.

347 *Τί δὴ χρυσοῦ μέν*, etc. Eximia sententia quam Medea profert vers. 516 :

...Τί δὴ χρυσοῦ μὲν, ὃς κίβδηλος ἦ,
Τεκμῆρι' ἀνθρώποισιν ὥπασας σαφῆ,
Ἀνδρῶν δ' ὅτῳ χρὴ τὸν κακὸν διειδέναι,
Οὐδεὶς χαρακτὴρ ἐμπέφυκε σώματι;
...Quare auri quidem, quod sit adulterinum,
Clara signa hominibus dedisti,
Sed quod oporteat discerni malum virum,
Nullum signum inest corpori?

350 *Σώματι*. Sic Medea vers. 519. Editi σώματος.

352 *Ὅλοιτ', ὄλοιτο πανδίκως κακεργάτης*. Sic Ulyssis necem imprecatur chorus, *Rhes.* vers. 720.

METRICA VERSIO.

Convexa cœli cernere. Annon et Deum
Tenere credis sceptra quæ tenuit prius?
Vel justitiæ etiam manum vanam putas?
O noxium germen, nec unquam pullulans
Mortalium ex radice, verum ex robore
Arboris amaræ, quod malus dæmon prius,
Deinde invidia, cædesque, morsque, et quas alit
Terra pestes protulit. Nam te Deo
Nunquam fatebor esse prognatum patre,
Ignara quamvis non sim, in hominis libero
Posita omnia esse arbitrio : neque enim Deus
Servare quemquam non volentem sustinet.

Perverse, nequam, sanguinem merum crepans,
Quod bene merente vendito admisti scelus?
Te genitor ipse, certa quæ spes, filii
Flamma peremptum tollat hinc radicitus.
Male pereas, qui, turpiter violans fidem,
Nullius ore dignus, exspuendus es.
Nam fraudis etiam respuit virum Deus.
Quid, nate, in auro figis indices notas
Adulterini, in homine nullam qua queat
Dignosci an is sit pravus, insculpis notam?
Has ipse noscens, nos latere omnes jubes.
Pereat scelestus, pereat, ut petit æquitas;

Ἐρρ', ἔρρε, παγκάκιστε καὶ μιαιφόνε,
Ὀλοῖ· ἐγὼ δὲ ζῶντα Παῖδ' ἐπόψομαι,
Κἂν νῦν στένουσα πολλὰ, καὶ πεπληγμένη
Κέντροις ἀνίας, ἡ παντλήμων δακρύω.
Γυνὴ γάρ εἰμι κἀπὶ δακρύοις ἔφυν.
Χορ. Αἲ, αἲ, αἲ, αἲ!
Σίγα, σίγα, Παῖδ' οὐκέτ' ὄψει ζῶντα σόν.
Θεοτό. Οἵ μοι! τί θρηνεῖς; τίς δὲ δράματος λαβή;
Χορ. Οὐκ οἶδ'· ἔοικε δ' οὐ μακρὰν ὁδ' ἄγγελος
Λέξειν τἀκεῖθεν σοῦ φίλου Παιδὸς πέρι.
Ἄγγ. Ἔδοξε θανεῖν Παῖδα σὸν τῇδ' ἡμέρᾳ,

Peri, peri, nequissime, homicida nefarie,
Peri; ego autem vivum Filium meum intuebor,
Etsi nunc plurimum gemebunda, doloriscque
Percussa stimulis, omnium miserrima lugeam.
Mulier enim sum et ad lacrymas proclivis.
Chor. Ah, ah, ah, ah!
Sile, sile, non amplius viventem Filium tuum videbis.
Deip. Hei mihi! quid ploras? quæ luctus occasio?
Chor. Nescio; sed iste qui prope astat nuntius, videtur
Dicturus ea quæ ibi tuum dilectum Filium spectant.
Nunt. Statutum est ut hodie moriatur Filius tuus,
Scribarum et seniorum decreto.
Deip. Hei mihi! venit spes, quam metuens,
Olim propter futurum contabescebam luctu.
Chor. Sed quod certamen, quæ orationes inter Hebræos
Damnaverunt ipsum, et suffragium tulerunt de morte?
Deip. Mulieres, quæ statis prope hanc calamitatem,
Mulieres, non sustinebitis, non sustinebo;
Projiciam, dimittam corpus, discedam
Ex hac vita moriens; valete, non vivo ego amplius
Tu vero die, quo mortis genere damnatus fuit
Filius meus: decretumne fuit ipsum mori manu saxis petente,

554 Ὀλλοῖ'. Ita Reg. Med.; sed H. u, Ὄλοι'.
557 *Κἀπὶ δακρύοις ἔφυν.* Sic infra vers. 747, et apud Eurip. Medea vers. 928. Male editi ἔφην.
561 Ἔοικε, etc. Sic rursus :

...Ἔοικε δ' οὐ μακρὰν ὁδ' ἄγγελος
Λέξειν τἀκεῖθεν σοῦ κασιγνήτου πέρι.

...*Sed videtur iste nuntius cito*
Dicturus, quid sit ibi factum de tuo fratre.

563 Ἔδοξε θανεῖν, etc. Ita fere Orest. vers. 859, etc :

Ἄγγ. Ψήφῳ Πελασγῶν σὸν κασίγνητον θανεῖν,
Καί σ', ὦ τάλαιν', ἔδοξε τῇδ' ἐν ἡμέρᾳ.
Ἐλέκτ. Οἵ μοι! προσῆλθεν ἐλπὶς, ἣν φοβουμένη
Πάλαι, τὸ μέλλον ἐξετηκόμην γόοις.
Ἀτὰρ τίς ἀγὼν, τίνες ἐν Ἀργείοις λόγοι
Καθεῖλον ἡμᾶς, κἀπεκύρωσαν θανεῖν;

Nunt. *Calculo Argivorum, ut interficiatur tuus frater,*
Et tu, misera, statutum est hodie.

A Γραμματέων ψήφῳ τε καὶ πρεσβυτέρων.
Θεοτό. Οἵ μοι! προσῆλθεν ἐλπὶς, ἣν φοβουμένη
Πάλαι, τὸ μέλλον ἐξετηκόμην γόοις.
Χορ. Ἀτὰρ τίς ἀγὼν, τίνες Ἑβραίων λόγοι
Καθεῖλον αὐτὸν, κἀπεκύρωσαν θανεῖν;
Θεοτό. Γυναῖκες, αἳ τῇσδ' ἐγγὺς ἐστε ξυμφορᾶς,
Γυναῖκες, οὐκ ἀνέξετ', οὐκ ἀνέξομαι·
Ῥίψω, μεθήσω σῶμ', ἀπαλλαγήσομαι
Βίου θανοῦσα· χαίρετ', οὐκέτ' εἰμ' ἐγώ.
Σὺ δ' εἰπὲ τίνι κέκριται τρόπῳ θανεῖν
Παῖδ'· ἆρα λευσίμῳ χερὶ ψῆφος θανεῖν,

Scribæ istud uno omnes senesque calculo
Sanxere, hac hac, Natus ut tuus occidat.
Deip. Eheu! futuri quem mihi timui metus,
Timensque luctu intabui dudum, accidit.
Chor. Quæ vero cum iis gentis Hebrææ, neci
Addixit, aut quæ justa contestatio?
Deip. O feminæ, quas casus hic etiam manet,
O feminæ, inquam, non feretis, nec feram
Ego ipsa : quin prosternam, et in præceps dabo
Corpus, meaque functa vita concidam.
Valete jam, valete, nulla sum amplius.
At tu refer quo genere mortis Filius
Damnatus. Annè hic calculus tuit, ut manu
Saxis petente concidat misere obrutus;

Elect. *Hei mihi! venit spes, quam metuens,*
Olim propter futura contabescebam luctu,
Sed quod certamen, quæ orationes inter Argivos
Damnaverunt nos, et suffragium tulerunt de morte?

569 Γυναῖκες, αἳ τῇσδ' ἐγγὺς ἐστε, etc. Sic apud *Med.*, Juso, vers. 1293.
570 Γυναῖκες, οὐκ ἀνέξετ'. Sic Phædra vers. 554.
571 Ῥίψω, μεθήσω, etc. Sic ibid. vers. 558, etc. Parum erga Mariam decenter vertit Rollet. : *In præceps dabo.*
573 Σὺ δ' εἰπέ, etc Orest. vers. 864, etc. Sic Electra apud *Orest.* vers. 864, etc. :

Λέγ', ὦ γεραιέ· πότερα λευσίμῳ χερὶ,
Ἢ διὰ σιδήρου πνεῦμ' ἀπορρῆξαί με δεῖ;

Dic, o senex, utrum lapidante manu,
An per ferrum oportet me abrumpere spiritum?

Sic ibid. Elect. vers. 59, 51.

METRICA VERSIO.

Abi in malam rem, perdite, effere, barbare,
Peri, male : at ego Filium jam videro
Vivum, licet nunc ingemiscens plurimum,
Et icta pectus altius pungentibus
Doloribus, ego cæteras miseras supra
Ærumnosa fundam lacrymas : nam feminam
Natura fecit promptiorem ad lacrymas.
Chor. Ah, ah, ah, ah!
Actum est, o virgo, actum, omnis ablata est [tibi
Vivi, videndi in posterum spes Filii.
Deip. Eheu! quid hæc lamenta? quid suspiria?
Chor. Nescio, sed iste qui prope astat nuntius
Novi aliquid affert de tuo quod nuntiet.

375 Ἦ τῷ σιδήρῳ πνεῦμ' ἀποῤῥῆξαι κρίπις·
Ἄγγ. Ἐτύγχανον μὲν ἀγρόθεν πυλῶν ἔσω
Βαίνων, πυθέσθαι δ' ἤθελον τοῦ δὴ πέρι·
Σῷ γὰρ ἀεί ποτ' εἶχον εὔνοιαν Τέκνῳ,
Βλέπων μιν οἰ' ἔρεξε θαύματ' ἐν βροτοῖς·
380 Κἀμοῦ δὲ διήνοιξεν ὀμμάτων κόρας.
Ὁρῶ δ' ὄχλον δραμόντα, καὶ φθάσαντ' ἄκραν,
Ἀστῶν δὲ δή τιν' ἠρόμην, ἄθροισμ' ἰδών·
« Τί καινὸν ἄστει; μῶν τι δυσμενῶν πάρα
Ἄγγελμ' ἀνεπτέρωκεν Ἑβραίων πόλιν; »
385 Ὁ δ' εἶπ'· « Ἰησοῦν κεῖνον οὐχ ὁρᾷς πέλας,
Ἑστῶτ', ἀγῶνα θανάτου δραμούμενον; »
Ὁρῶ δ' ἄελπτον φάσμ', ὃ μή ποτ' ὤφελον!

A Τὸν μὲν κατηφῆ, καὶ σιγῶν θ' ἑστηκότα,
Τοὺς δ', ὥστε κύνας αἵματος διψαλέους,
390 Κύκλῳ περιτρέχοντας, ἐγκεχηνότας.
Ἐπεὶ δὲ πλήρης ἦν Ἰουδαίων ὄχλος,
Δείλαιος ἀγὼς διχόμυθ' ἐφθέγγετο,
Λόγους ἑλίσσων ἀλλοτρίους ἀφρόνως.
Τέλος δ' ἔφη σὸν Υἱὸν ἐκπαγλούμενος,
395 Ὡς ἀκέραιον, ἀνεπίπληκτον βλέπων,
Καὶ ξυνετῶς χωροῦντα πρὸς πάντα λόγον,
Τοὺς δ' οὐκ ἐπαίνων ὡς φονῶντας ἀνόμως·
Καθ' οὗπερ οὐχ εὕρισκον αἰτίαν φόνου·
Ἔλεξε γοῦν, ἔλεξε· « Τίς χρῄζει λέγειν,
400 Ὡς ἄρ' Ἰησοῦν κατθανεῖν, ἢ μὴ χρεών; »

375 An ferro animam ipsius divellendam judicatum fuit?
Nunt. Eram ex agro intra portas
Vadens; audire autem de eo volebam;
Tuum enim erga Filium semper habui benevolentiam,
Intuens quot apud homines confecerit miracula:
380 Et ipse mihi oculorum pupillas aperuit.
Video populum currentem, et ad arcem properantem:
1230-1231 Videns concursum, interrogavi aliquem ex civibus:
« Quid novum urbi? num quis ab hostibus
Nuntius excitavit urbem Hebræorum? »
385 Ille dixit: « Nonne vides Jesum illum prope
Astantem, mortis periculum subeuntem? »
Video insperatum spectaculum, quod utinam nunquam vidissem!
Hunc tristem et in silentio stantem;
Illos, veluti canes sanguinis sitientes,
390 Circum undique curreotes ac inhiantes.
Postquam frequens astitit Judæorum turba,
Timidus præses ambigue loquebatur,
Insulse sermones involvens alienos.
Tandem dixit, tuum Filium admiratus,
395 Et pro sua innocentia imperterritum videns,
Ac in omni solerter sermone procedentem,
Neque iniquos eorum clamores probans:
Nullam in eo, ait, *mortis causam invenio.*
Hæc igitur ait, addiditque: « Quis velit dicere,
400 Utrum oporteat Jesum mori, an non? »

376 *Ἐτύγχανον μέν*, etc. Sic Elect. nuntius vers. 867:

Ἐτύγχανον μὲν ἀγρόθεν πυλῶν ἔσω
Βαίνων, πυθέσθαι δεόμενος τά τ' ἀμφὶ σοῦ,
Τά τ' ἀμφ' Ὀρέστου. Σῷ γὰρ εὔνοιαν πατρὶ
Ἀεί ποτ' εἶχον. . . . . .
Ὁρῶ δ' ὄχλον στείχοντα, καὶ θάσσοντ' ἄκραν.

Eram ex agro intra portas
Vadens, volens audire de te
Et Oreste. Nam erga tuum patrem benevolentiam
Semper habui. . . . . .

Video populum euntem et insidentem tumulo.

Vide ibid. vers. 876 880, etc., unde narrationis series desumpta est.

393 *Ἀλλοτρίους ἀφρόνως.* Reg. II. 2, ἄλλοτ' ἄλλους ἐν φόβῳ. Etiam Med. in marg.: *Sibi non constantes in metu.*

394 *Σὸν Υἱὸν ἐκπαγλούμενος.* Ita fere Orest. vers. 891.

396 *Χωροῦντα*, etc. Non bene Roill., *Occurrentem calumniis;* non enim occurrit qui nihil respondet.

METRICA VERSIO.

An potior illa credita est sententia
Ut ferro adacto exhalet animam innovius?
Nunt. Ego commodum, me rure in hanc urbem
De filio tuo aliquid audire expetens. [mutui,
Fui etenim in illum semper affectus bene,
Ex quo illa nota quæ edidit miracula,
Et, pulsa ab oculis nocte, lumen reddidit.
Cerno inde turbam concito gradu editum
Locum occupantem; civium quemdam rogo:
Concursu in isto quid novi: num quæ hostium
Hebræorum in urbem fama concurrentium
Trepidum excitasset hunc tumultum. « Num vides,
Ait ille, Jesum illum prope astantem, crucis
Jamjam in periculum vocatum? » Conspicor
Tum præter omnem spem novum spectaculum.
Et non ferendum: fronte demissa tuum

B Mœstaque stantem tacitum; et hos tanquam canes
Avide inhiantes sanguini, circum undique
Cursu strepentes: turba Judæorum ubi
Frequens ibi astitit sibi non consona,
Pronuntiabat prætor, aliena implicans
Temere, animoque concitus, tandem tuum
Qui Filium videret extra noxiam
Culpamque, sincerum, integrum, calumniis
Prudenter occurrentem, et hos contra minus
Probaret, ut qui morti inquæ incumberent,
Quam nulla causa, nec ratio prætexeret,
Pronuntiavit: « Ecquis hic vestrum neget
Id satius esse, non cadere Jesum, et manu
Dimittere illum, quam cruentum cædibus
Vinclis latronem præpeditum publicis? »
Id unum ope una animi ut in ligno crucis

Καὶ τόνδ' ἀφεῖναι μᾶλλον, ἢ μιαιφόνον
Ὃν εἶχον ἐν δεσμοῖσι λῃστήρων ἕνα.
Ἐπερρόθησαν, ὡς θανεῖν σταυρῷ δέον,
Λῃστῆρα δ' ἀφεῖναί τε τὸν κακεργάτην.
Ὁ δ' ἡγεμὼν ἔφησε τοῖσδ' ἐναντία,
Ἀλλ' οὐκ ἔπειθ' ὅμιλον, εὖ δοκῶν λέγειν.
Ἄλλος γὰρ αὖθις εἶπε τῷδ' ἐναντία,
Κραυγῇ πίσυνος, κἀμαθεῖ τολμηρίᾳ.
Ὁ δ' οὐκ ἐπῄνει· κἀπὶ τῷδ' ἀνίσταται
Ὄχλου θόρυβος ἀθυρογλώσσου μέγας,
Ὡς δὴ κέκραγε, Παῖδα τὸν θανεῖν θέμις·
Κεῖνος δὲ νικᾷ κακὸς ἐν πλήθει λέγων,

A Ὃς εἶπε δεῖν τὸν Παῖδα κατθανεῖν ξύλῳ.
Ἤδη δ' ἕως πέφηνεν, ἐκρέει κνέφας,
Καὶ δή μιν ἐλκύσουσιν ἔξω τῆς πόλης,
Ψυχῆς ἀγῶνα τὸν προκείμενον πέρι
Δραμούμενον, καθ' ὃν θανεῖν ἐστὶ κρίσις·
Ἐν ἡμέρᾳ γὰρ τῇδε λείψει τὸν βίον.
Θεοτό. Αἲ, αἲ! κακῶν ἀρχηγὸν ἐκφαίνεις λόγον.
Ναὶ, ναὶ, κακῶν πέλαγος ἡ τάλαιν' ὁρῶ
Τοσοῦτον, ὅσον μήποτ' ἐκνεῦσαι πάλιν,
Μηδὲ περᾶσαι κῦμα τῆσδε συμφορᾶς.
Φεῦ τῆς Ἑβραίων ποῖ προβήσεται φρενός;
Τί τέρμα τόλμης, καὶ θράσους γενήσεται;

Hunc enim potius dimittere satius est, quam scelestum
E latronibus unum, quem in carcere tenebant.
Assenserunt Jesum cruciligendum esse,
Dimittendumque latronem malelicum.
405 Præses autem iis contraria locutus est :
Sed non persuasit turbæ, cum quidem videretur recte dicere.
Alius enim iterum ipsi contraria dixit,
Clamore confidens et stulta audacia.
Neque laudabat præses : at contra ipsum insurgit
410 Ingens turbæ tumultus, lingua effreni
Vociferantis, jure Filium tuum mori :
Et vincit ille malus dicens in multitudine,
Qui dixit Filium tuum cruciligendum esse.
Ubi aurora surgens dispulerit noctis tenebras,
415 Hunc profecto trahent extra portam,
De vita propositum certamen
Decursurum, quo ipsum mori decretum est :
Hac enim die vita excessurus est.
1232-1233 *Deip.* Heu, heu! profers sermonem auctorem malorum.
420 Haud dubie, misera, intueor pelagus malorum
Tantum, ut ego nunquam possim retro natare,
Nec superare fluctus hujus calamitatis.
Heu! quo progredietur Hebræorum mens?
Quis finis temeritatis et audaciæ erit,

405 *Ἔφησε.* Ita Reg. Editi ἔφηκε.

406 *Εὖ δοκῶν.* Ita Reg. Edit. εὐδοκῶν. Sic et *Orest.* vers. 944.

408 *Κραυγῇ πίσυνος, κἀμαθεῖ τολμηρίᾳ. Orest.* vers. 906 :

Θορύβῳ τε πίσυνος, κἀμαθεῖ παῤῥησίᾳ.
In tumultu confidens, et stulta audacia.

412 *Κεῖνος δὲ νικᾷ*, etc. Sic *Orest.* vers. 945, etc. :

Νικᾷ δ' ἐκεῖνος ὁ κακὸς ἐν πλήθει λέγων,
Ὃς ἠγόρευε, σύγγονόν σέ τε κτανεῖν.
Et vincit ille malus dicens in multitudine,
Qui dixit interficiendum te et fratrem.

416 *Ψυχῆς ἀγῶνα τόν*, etc. Ita sup. vers. 386, et infra vers. 442, ubi Roill. parum commode vertit : *Et suæ penetrantem imminens certamen animæ.* Sic *Orest.* vers. 848.

417 *Δραμούμενον. Quasi qui animæ stadium esset decursurus, dira tollendus a morte, diræ necis stadium.*

419 *Αἲ, αἲ! κακῶν*, etc. Ita chorus Theseo Hippolytum accusantis Phædræ litteris nimium properam fidem habenti, et ingemiscenti respondet vers. 881.

420 *Ναὶ, ναὶ κακῶν*, etc. Ita Theseus crudele conjugis suæ fatum lamentatur, vers. 822 et seqq.

425 *Φεῦ τῆς Ἑβραίων*, etc. Sic ibid. Thes. vers. 956, etc. :

Φεῦ τῆς βροτείας ποῖ προβήσεται φρενός ;
Τί τέρμα τόλμης καὶ θράσους γενήσεται ;
Heu! quo progredietur humana mens?
Quis finis temeritatis, et audaciæ erit?

METRICA VERSIO.

Extrema ferre illum, at latronem perditum
Potius oporteat solutum emittere.
At prætor ista cuncta contra insistere :
Non hæc tamen facundiæ vis exstitit
Et gratia, ut vulgum frementem flecteret.
Alius enim clamore fretus maximo
Et imperita audacia, contra intulit.
Minus approbante judice tamen ac minus,
Contra repente insurgit ingens maximæ
Turbæ tumultus, voce quæ effreni potens
Altum insonabat occidendum Filium,
Ac in malorum multitudine, improbi
Sententia illa evicit, in ligno tuum

B Extrema Natum perpeti quæ censuit.
Aurora pulsa nocte vix jubar efferet,
Cum limen extra januæ eductum trahent.
Certatim eo turba affluente quo loco
Addictus est morti, dies quando hæc ei
Decreta summa est, qua suam exhalet animam.
Deip. Eheu! malorum quod aperis primum caput?
Haud dubia video pelagus ingens casuum,
Tantumque, quantum præteragere denuo
Non detur olim, aut calamitatis fervidum
Trajicere fluctum. Hebræa, vah! quonam loci
Mens evolabit? meta confidentiæ
Quæ jam futura illius atque audaciæ,

Εἰ καὶ Θεοῦ τολμῶσι τεκταίνειν φόνον;
Καὐτοῦ μὲν οὔ μοι φροντίς· οὐ γάρ που μόρος
Καταχρατήσει θανατοῦντος τὸν μόρον.
Ἔτικτον αὐτόν, οἶδα δ' ὡς ἐγεινάμην,
Στερρὰς φυγοῦσα τῶν τόκων ἀλγηδόνας.
Αὐτοὺς δὲ πενθῶ συμφορᾷ κεχρημένους·
Ἔσται γάρ, ἔσται ποινάτωρ δίκη φόνου,
Ὃν δυσσεβεῖς τολμῶσιν ἀνόμως φθόνῳ.
Αἲ, αἲ, αἲ, αἲ!
Οὐ νῦν τὸ πρῶτον, ἀλλὰ πολλάκις φθόνος
Ἔβλαψε πολλούς, οὐ τόσον δ', ὅσον φίλους
Αὐτοῦ, τὰ νῦν βλάψειεν Ἑβραίων ὄχλον.
Chor. Τί τοῦσδε κινεῖς, κἀναμοχλεύεις λόγους;

Ὀλωλέ σοι Παῖς, καὶ κινεῖς πολλοὺς λόγους.
Theotc. Ὦ δεινὰ λέξας', οὐχὶ συγκλείσεις στόμα;
Σωτῆρα κόσμου σὺ δοκεῖς ὀλωλέναι;
Chor. Βραχὺ προβᾶσα Παιδὸς ὄψει σου πάθη,
Ψυχῆς ἀγῶνα τὸν προκείμενον πέρι
Τρέχοντος, ᾧ ζῶντ' ἢ θανόντα νῦν ἴδοις.
Theotc. Οἵ μοι! τί λεύσσω; χερσὶ τῶν ἀλαστόρων,
Θεηγενές μοι Τέκνον, ἔλκῃ καὶ φέρῃ.
Εἰς δέσματ' ἦλθες, καὶ θέλων ἄγῃ σφίσιν,
Ὁ δεσμολύτης τοῦ γένους τῶν δεσμίων.
Αἲ, αἲ, αἲ, αἲ!
Ταῦτ' οὐ ξυνωδὰ τοῖς πρὶν ἀγγέλου λόγοις,
Οὐδ' ἐλπίσι σύμφωνα ταῖς ἐμαῖς, Τέκνον.

Si Dei ipsius necem audent struere?
Non enim de ipso sum sollicita; neque enim unquam mors
Dominabitur necis interfectori.
Ipsum genui, novi autem quomodo genuerim,
Quæ duros partus dolores effugerim:
Hos lugeo calamitatibus obruendos:
Erit enim, erit ultio vindex mortis,
Quam impii injusta invidia perciti intentant.
Ah, ah, ah, ah!
Invidia non nunc primum, at sæpius
Pluribus nocuit, sed non tam graviter, ac
Dilectis suis, Hebræorum genti nocuit.
Chor. Quid hosce moves, ac rejicis sermones?
Periit tibi Filius, et plura verba moves?
Deip. O atrocia locuta, non claudes os?
Mundi salvatorem putas interiisse?
Chor. Paululum progressa, tui Filii cruciatus videbis,
Qui ad propositum animæ discrimen
Currit, in quo ipsum vivum aut mortuum nunc videris.
Deip. Hei mihi! quid video? scelcratorum manibus,
O Nate, Deo genite, traheris et raperis.
In vincula venisti, quibus ultro duceris,
Tu qui captivorum generis vincula solvisti.
Ah, ah, ah, ah!
Hæc non consentiunt cum prioribus angeli sermonibus,
Neque meis consonant exspectationibus, o Fili.

426 *Καὐτοῦ μὲν οὔ μοι φροντίς*. Sic Med. vers. 346:

Τοὐμοῦ γὰρ οὔ μοι φροντίς.

Non enim de me sum sollicita.

428 *Ἔτικτον αὐτόν*, etc. Hic versus sæpius apud auctorem nostrum recurrit.

429 *Στερρὰς φυγοῦσα*, etc. Ita fere Med. vers. 1051:

Στερρὰς ἐνεγκοῦσ' ἐν τόκοις ἀλγηδόνας.

Ferens duros dolores in partu.

437 *Τί τοῦσδε κινεῖς*, etc. Ita sup. vers. 121.

439 *Ὦ δεινὰ*, etc. Ita supra vers. 111.

441 *Πάθη. Cruciatus*, etc. Ita fere *Med.* vers. 1315, chorus Jasonem alloquitur:

Πύλας ἀνοίξας, σῶν τέκνων ὄψει φόνον.

Aperi fores, et videbis cædem tuorum liberorum.

449 *Ταῦτ' οὐ ξυνῳδὰ τοῖς*, etc. Ita fere *Med.* vers. 1008:

Τάδ' οὐ ξυνῳδὰ τοῖσιν ἐξηγγελμένοις.

Hæc non consentiunt cum illis quæ nuntiavi tibi.

METRICA VERSIO.

Audet scelesta si Dei lethum manu?
Sed hujus ulla cura non habet anxiam,
Mors vincet illum nulla, qui mortem necat.
Enixa sum illum, sed scio quonam modo,
Partus dolores quæ graves effugerim,
Hos calamitosos lugeo tantum impios,
Quos cædis hujus, quam nefarie invidi
Nunc moliuntur, ultio vindex manet.
Ah, ah, ah, ah!
Invidia non nunc primum, at alias sæpius
Odendit innumeros, tamen non tam gravi
Plaga, ac amicos jam suos, Hebraicæ
Odendet illa posteræ stirpis genus.
Chor. Quid ista verba spiritu tanto moves,
Serisque? periit Filius tibi, et tamen

Tam crebra jactas. *Deip.* Vox o dira quæ excidit:
Annon premes os? tu putas mundi istius
Periisse servatorem? *Chor.* Abhinc tu paululum
Progressa non dignam tui Nati crucem
Videbis, et suæ penetrantem imminens
Certamen animæ; licet in illo cernere
Tantisper eum adhuc mortuum aut vivum semel.
Deip. Heu! quid video? mihi sate Deo, o Nate mi,
Nefariorum traheris et raperis manu.
In vincla venisti, et volens tu duceris,
Aliena solvis vincla qui mortalium.
Ah, ah, ah, ah!
Non, Nate, sunt hæc quæ mihi primum angelus
Pronuntiavit: non ea exspectatio.

Chor. Verum consentiunt vaticiniis
Quibus ipse prænuntiavit se nefariorum manibus occidendum fore.
Deip. Ah, ah! quid faciam? cor enim mihi deperit.
1234-1235 Quo, Fili, quo abis? ut perii!
Cujus rei gratia celerem conficis cursum?
Num nuptiæ iterum in Cana, et illuc contendis,
In quibus novo modo aquam in vinum mutabis:
An te sequar, an adhuc te præstolabor?
Alloquere me vel unico verbo, tu qui Dei Patris es Verbum,
Neque silens præteri ancillam parentem.
Nunc enim oris tui dilecti cupio
Vocem audire, teque alloqui, o Fili.
Da mihi per Deum Patrem tuum, o Fili,
Ut possim divinum tuum corpus manibus attingere,
Pedesque tuos contrectare, temet osculari.
Hei mihi! quid faciam? cor meum tabescit.
Venite, dilectæ, venite, metum exuamus;
Accedite, amplexamini, sermonibus excipite,
Prendite manum dexteram. O miserrima,
Ut nunc ingemiscam multo repleta metu.
Heu, heu! prorsus misera perii.
Mulieres, ex quo tristem Filii mei vultum vidi,
Cupio mori; vivere ultra non sustineo.
Hei mihi! quid agam? quomodo plebis manus effugiam?
Inimici enim expediunt omnem rudentem adversum me,
Neque est effugium commodum hujus mali.

451 *Τοῖς προηγορευμένοις.* Non bene Roill. *Vatibus qui cecinere;* sed iis consentiunt quæ Christus ipse passurum prædixit. Sic infra vers. 866.

455 *Aἴ aἴ! τί δράσω; καρδία γὰρ οἴχεται.* Sic infra vers. 466, 685 et 868. Ita et Medea vers. 1042.

461 *Νῦν γὰρ στόματος φιλίου χρήζω σέθεν.* Ita fere apud *Med.* Jaso vers. 1599:

Aἴ, aἴ! φιλίου χρῄζω στόματος
Παίδων ὁ τάλας προσπτύξασθαι.
Heu, heu! cupio charum os
Miser ego liberis admovere.

Et vers. 1402 et 1405

. . . . . Δός μοι, πρὸς θεῶν,
Μαλακοῦ χρωτὸς ψαῦσαι τέκνων.
. . . . . *Da mihi per deos*
Ut possim attingere teuerum corpus liberorum.

471 *Aἴ, aἴ! παρώλης*, etc. Sic Medea vers. 277.

472 *Γυναῖκες*, etc. Sic infra vers. 697 et 698.

475 *Ἐχθροὶ γάρ*, etc. Ita *Med.* vers. 278 et 279:

Ἐχθροὶ γὰρ ἐξίασι πάντα δὴ κάλων,
Κοὐκ ἔστιν ἄτης εὐπρόσοιστος ἔκβασις.
Inimici enim expediunt jam omnem rudentem ad-
versum me,
Neque est effugium commodum hujus mali.

METRICA VERSIO.

Chor. At ipsa saltem vatibus consentiunt,
Cecinere quondam qui scelestorum manu
Esse subeundam hanc Filio tuo crucem.
Deip. Ah! misera quid agam? cor dolore deficit.
Et quonam, o Fili, quonam abis? ut ego occidi!
Cujus rei jam gratia tam concito
Cursu evolabis? nuptiæ nunquid tibi
Sunt rursus in Cana, ac eo ideirco pede
Contendis alacri, quo novo vinum modo
Mutes aqua? an te consequar, Fili, anne adhuc
Te præstolabor? fare vel verbo unico,
Tu fare saltem, qui Dei es Verbum Patris,
Nec præterito cum silentio tuo
Ancillulam tuam parentem. Nunc tuas
Ex ore grato cupio voces, Nate mi,
Audire notas, et vicissim reddere.
Concede mihi per ipsum cum tuum Patrem

A Σοῦ θεσπεσίου χρωτὸς ἅψασθαι χερῶν,
Ποδῶν τε, καὶ περιπτύξασθαί σε.
Φεῦ, φεῦ! τί δράσω; καρδία μου τήκεται.
Ὦ δεῦτε, φίλαι, δεῦτε, λίπωμεν φόβον·
Προσέλθατ', ἀσπάσασθε, καὶ προσείπατε
Λάζεσθε χειρὸς δεξιᾶς. Ὦ τάλαιν' ἐγώ,
Ὡς ἄρτι δακρύσαιμι καὶ φόβου πλέα.
Aἴ, aἴ! πανώλης ἡ τάλαιν' ἀπόλλυμαι.
Γυναῖκες, ὄψιν στυγνὰν ὡς εἶδον Τέκνου,
Πεθῶ τεθνάναι, ζῆν δέ τ' οὐδαμῶς φέρω.
Οἴμοι! τί δράσω; πῶς λάθω λαῶν χέρας;
Ἐχθροὶ γὰρ ἐξίασι πάντα δὴ κάλων,
Κοὐκ ἔστιν ἄτης εὐπρόσοιστος ἔκβασις.

B Obtestor, o Fili, mea corpus tuum
Tractare divinum manu, sacros pedes
Deosculari, amplexibus tuis frui.
Eheu! quid hic jam consili captem? meum
Exsangue mihi cor concidit. Agite, comites,
Agite, timorem omnem exuamus ocius:
Accedite, amplexamini, sermonibus
Excipite vestris, prendite manum dexteram.
O me miserrimam, ut fleam multo metu
Repleta: ah, ah! pessumdata misera perii.
Amicæ o comites, Filii ut vultum mei,
Os triste vidi, me emori cupio: gravis
Est omnis illa, quam traho, vitæ mora.
Eheu! quid ego agam? qui manus misera populi
Fugiam? rudentes hostis omnes explicat,
Tenditque; non est expedita mihi via
Meme extricandi. Quid igitur faciam? modo

Τί γοῦν δράσω; πῶς φύγω τόσους βρόχους;
Χορ. Οὐκ οἶδ', ἀδελφὴ φιλτάτη, δέδοικα γάρ,
Κάμοὶ κατ' ὄσσων θερμὸν ὡρμήθη δάκρυ.
Ὀπισθόπους δ' ἕξιθι, καὶ σιγῇ βάθι.
Ἕρπ' εἰς τὰ δεινά· νῦν ἀγὼν εὐψυχίας·
Ἡμεῖς τ' ἐφεψόμεθα δειλαίᾳ βάσει.
Ὄχλος γὰρ αὐτὸν μαινόλης περιτρέχει,
Κοὐ δεῖ πελάζειν ἐγγὺς ἐνθυμουμένοις.
Βαρεῖα γὰρ φρὴν οὐδ' ἀνέξεται βλέπειν.
Ὁμιλος ἐχθρὸς, δυσμενὴς, μιαιφόνος,
Ὁρμήν τε δεινὸς στυγερᾶς γνώμης ῥοπῇ
Ἄγριον ἦθος, βαρβάρου φύσις φρενός.
Δέδοικα δ' αὐτὸν, μή τι βουλεύσας νέον,
Δριμυτέραν σοι συμφορὰν συσκευάσῃ·

Quid igitur agam? quomodo tot effugiam laqueos?
Chor. Nescio, dilectissima soror; vereor enim,
Et ex oculis calidæ mihi defluunt lacrymæ.
Pone secuta (Christum) exi, et silenter progredere:
Perge ad gravia; nunc magnanimi pectoris certamen:
Nos timido gressu subsequemur.
Nam turba furibunda circa ipsum currit,
Neque his ira æstuantibus oportet aceedere.
Mens enim ipsius molesta ne feret quidem aspectum nostrum,
Neque inimica cohors, infensa, cruenta (sinet videre),
Impetuosa, in odium implacabile propensa,
1236-1237 Moribus effera, ingenio feroci prædita.
Metuo ipsam, ne quid novi molita,
Atrociorem tibi struat calamitatem;
Et certe quo magis ipsam intueor, magis et metuo
Ne acuto gladio pectus illius transverberet,
Et deinde novam et acriorem feras calamitatem,
Visceribus Filii per viam publicam effusis.
Verum a sceleratis paululum remotæ,
Inspiciamus atrox efferæ gentis scelus.
Eamus igitur, eamus, quo saltus est.
Deip. Vincitis, quandoquidem omnibus hæc placent:
Eamus proinde, quo vobis videtur.
Chor. Exinde, velut e specula, contemplari oportet.
Deip. Timida, ego infelix, nisi Filium meum videro
Gravissima tolerantem, donec ipsum tumulus excipiat.
Sed turbam effugi, ne quid et mali paterer.
Quid me juvat amplius in hac vita degere?

480 *Ὀπισθόπους*, etc. Roill. *Tu nos secuta pone*; at male profecto, siquidem subjungit poeta, ἡμεῖς τ' ἐφεψόμεθα, *nos subsequemur*.

484 *Ἐνθυμουμένοις*. *Ira æstuantibus*. Sic profecto vertendum esse, verba quæ sequuntur ostendunt, ὄμιλος ἐχθρὸς, ἄγριον ἦθος.

485 *Βαρεῖα γὰρ*, etc. Ita fere Medea vers. 58:

Βαρεῖα γὰρ φρὴν, οὐδ' ἀνέξεται κακῶς
Πάσχουσ' . . . . . .

Nam animus ejus est vehemens, nec sustinebit mala Pati . . . . . .

489 *Δέδοικα δ' αὐτὸν*, etc. Ita fere Med. nutrix vers. 57:

Δέδοικα δ' αὐτὴν μή τι βουλεύσῃ νέον.
Metuo vero ipsam, ne quid novi moliatur.

492 *Μὴ θηκτὸν*, etc. Sic eadem nutrix Medeæ ipsismet verbis, vers. 40.

494 *Εἰ λεωφόρος*, etc. Ita Reg. H. n. Editi ἢ λεωφόρος.

498 *Νικᾶτ', ἐπειδή*, etc. Sic Hector *Rhes.* v. 157:

Νικᾶτ', ἐπειδὴ πᾶσιν ἀνδάνει τάδε.
Vincitis, quandoquidem omnibus hæc placent.

504 *Τί μοι δ' ἔτι ζῇν*, etc. Ita fere *Med.* vers. 145 et 798.

METRICA VERSIO.

Quonam tot obductos mihi laqueos premam?
Chor. Ne istud quidem video, soror charissima;
Itaque timeo, et id propter ex oculis mihi
Oborta lacryma defluit calentibus.
Tu nos secuta pone, clam te proripe:
Contende ad ardua, et gravia; certamen est
Bene præparati, maximique pectoris:
Nos subsequemur te gradu timido; cohors
Nam multa circum cingit hunc animo furens:
Nec est quod illuc ore recto cominus
Nos inferamus. Ipsa enim mens turbida
Non jam feret nos, nec tuum sinet
Videre turba hostilis, atrox sanguine,
Promoque in odium animo nimis, aeris impetu
Natura, mentis barbaræ ingenium ferox.
Ego adeo vereor ne quid illa in te insolens

Statuat, acerbiusque quidpiam struat:
Attentinsque hunc mtunta, metuo magis
Ne gladio acuto medium hepar transverberet;
Acerbiorem hinc insolens casum ut feras,
Visceraque Nati publicam spargant viam.
Nos paululum a nefariis hinc aviæ,
Cernamus atrox efferæ gentis scelus.
Eamus ergo, eamus hac qua saltus est.
Deip. Quando omnibus nobis placent hæc, vincitis:
Abeamus itaque quo videbitur ocius.
Chor. Nos inde ut e specula edita speculabimur.
Deip. Sum misera plane, Filium nisi video
Summa tolerantem, tumulus antequam hunc tegat.
Sed me expedivi plebe, ne quid perferam.
Producta vero vita quid me juverit?

505 Αἴθ', αἴθε πότμον καταλύσαιμ' ἐν τάχει,
Εἰ μὴ μεγάλως καταγηράσκειν ἔχω,
Ὡς ἐλπὶς ἐστι, Παιδὸς ἀνισταμένου,
Ἔθνη τε συνάγοντος ἐνδίκῳ κρίσει,
Ὃν συγγενεῖς κτείνουσιν Ἑβραῖοι φθόνῳ!
510 Ναὶ συγγενεῖς μου τλήμονος μητρὸς λέγω,
Οὐ Πατρὸς αὐτοῦ τοῦ βροτωθέντος Λόγου,
Ὃν ἀσπόρως ἔτικτον, οἶδ' ὑπὲρ λόγον,
Στερρᾶς τ' ἔφυγον ἐν τόκοις ἀλγηδόνας.
Πέποιθα γάρ, πέποιθα, κἂν πολλὰ στένω,
515 Πάσχοντα μὴ φέρουσα τοῦτον νῦν βλέπειν·
Ἔτικτον αὐτόν, οἶδα δ' ὡς ἐγεινάμην.

Α Ἀλλ' εἶμ' ἄκομπος ἐκφέρειν μυστήρια.
Ὅμως δ' ἀνάγκη, συμφορᾶς ἀφιγμένης,
Γλῶσσάν μ' ἀφεῖναι. Πρῶτα δ' ἄρξομαι λέγειν
520 Ὅθεν μ' ὑπῆλθε πρῶτον εἶναι μητέρα,
Φέρουσαν ἁγνὸν εἰς τόδ' ἡμέρας δέμας·
Οὐκ οἶδα τέρψιν, ἣ λόγῳ κλύειν φέρω,
Γραφῇ τε λεύσσειν. Οὐδὲ ταῦτα γὰρ σκοπεῖν
Ἐγὼ πρόθυμος, παρθένον ψυχὴν δ' ἔχω.
525 Ὄμνυμι τὸν σύμπαντα σαφῶς εἰδότα,
Μηδ' ἂν θελῆσαι, μηδ' ἂν ἔννοιαν λαβεῖν·
Ἢ κατολοίμην ἀκλεὴς, ἀνώνυμος,
Καὶ μήτε πόντος, μήτε γῆ, μήτ' αὖ πόλος

505 Utinam, utinam fato celeriter concederem,
Si non honeste mihi datur senescere,
Ut sperandi locus erat, cum Filius a mortuis exsuscitatus fuerit,
Et gentes in unam fidem congregaverit justo judicio,
Quem consanguinei Hebræi invidia occidunt!
510 Namque mihi miseræ parenti sunt consanguinei,
Non autem Patri Verbi hominis facti,
Quod absque semine, et miro modo genui, ut novi,
Molestosque partus dolores effugi.
Confido enim, confido etsi plurimum ingemiscam,
515 Eo quod ipsum patientem nunc intueri non sustineam;
Eum genui, novi autem quomodo genuerim.
Verum nequeo scite eloqui mysteria.
Tamen necesse est, veniente calamitate,
Linguam me solvere. Primum autem incipiam dicere,
520 Unde factum est ut primum evaderem mater,
Ferens immaculatum usque in hanc diem corpus.
Neque voluptatem novi, nequidem verbis audiens,
1238-1239 Aut pictura cernens: neque enim hæc spectare
Prompta sum, habens animum virginalem.
525 Testor eum qui omnia clare novit,
Neque voluisse, neque in mentem hoc mihi venisse;
Alioquin peream in gloria, infamis,
Et neque mare, neque terra, neque cœlum

598 *Ἐνδίκῳ κρίσει. Justo judicio*, nempe Judæis deicidis rejectis.

513 *Στερρᾶς τ' ἔφυγον*, etc. Ita sup. vers. 429.

516 *Ἔτικτον αὐτόν*, etc. Ita supra vers. 428.

518 *Ὅμως δ' ἀνάγκη*, etc. Ita Hippol. apud suum patrem se immunem a crimine, quod ipsi imputabatur, esse prorsus evincit vers. 990, etc.:

Ὅμως δ' ἀνάγκη συμφορᾶς ἀφιγμένης,
Γλῶσσάν μ' ἀφεῖναι. Πρῶτα δ' ἄρξομαι λέγειν,
Ὅθεν μ' ὑπῆλθες. . . . . .
Λέχους γὰρ εἰς τόδ' ἡμέρας ἁγνὸν δέμας·
Οὐκ οἶδα πρᾶξιν τήνδε πλὴν λόγῳ κλύων,
Γραφῇ τε λεύσσων. Οὐδὲ ταῦτα γὰρ σκοπεῖν
Πρόθυμός εἰμι, παρθένον ψυχὴν ἔχων.

Tamen necesse est, veniente calamitate,
Linguam me solvere, ut loquar. Primum autem in-
[cipiam dicere,
Unde me prius, etc. . . . . .
A thalamo in hunc enim diem meum corpus est
[purum;
Neque novi hunc Veneris actum, nisi verbis audiens,
Picturaque cernens. Neque enim hæc spectare
Promptus sum, habens animum virginalem.

522 *Ἢ λόγῳ κλύειν. A voluptate tam abhorreo, ut nequidem verbum quod deliniat audire, aut pictam tabulam, quæ grata sit oculis, cernere queam.*

525 *Ὄμνυμι τόν*, etc. Ita fere Hippol. vers. 1026, etc.:

Ὄμνυμι τῶν σῶν μήποτ' ἅψασθαι γάμων,
Μηδ' ἂν θελῆσαι, μηδ' εἰς ἔννοιαν λαβεῖν.
Ἢ τ' ἂν γ' ὀλοίμην ἀκλεὴς, ἀνώνυμος,
Καὶ μήτε πόντος, μήτε γῆ δέξαιτό μου
Σάρκας θανόντος....

Juro me nunquam attigisse tuam conjugem,
Neque voluisse, neque in mentem hoc mihi venisse.
Alioqui peream inglorius, infamis,
Et neque mare, neque terra recipiat meas
Carnes defuncti, etc.

METRICA VERSIO.

O liceat utinam morte quam primum abripi,
Si non honeste mihi datur senescere,
Sperata ut est spes suscitato Filio,
Qui jus coactis reddat olim gentibus:
Hebræus ipse quem invidus sanguis necat,
Sanguis propinquus matris infaustissimæ?
Non Patris hujus hominis quod carnem induit
Verbi; supra omnem quod, scio, mortalium
Legem, ipsa mater, semine absque ullo viri,
Peperi dolorum nescia in partu omnium.
Sum fortis animo plurima in spe, ut tunc tamen
Multa ingemiscam, cernere hunc pati impotens.
Ego huic parens sum, lege qua tamen scio.

Β Sed sum imperita ut efferam mysteria.
Cogit tamen me vis doloris anxii
Laxare linguam. Jam loco primo eloquar,
Id unde factum, mater ut primum integrum,
Purumque corpus usque in hunc diem geram.
Expers Veneris omnis ego sum, quæ vel meæ
Verbo esset auri vel oculo in tabula gravis.
Aversor etenim hujusmodi omnia penitus,
Ut virgineam animam gerens; testemque eum
Facio, latere quem potest rerum nihil,
Quod nec libido me ulla cepit, nec meum
Invasit animum: ut mentiar, peream male
Infamis atque ignobilis, non et mare,

Τὸ σῶμά μου δέξαιτο, καὶ ψυχὴν χέρες
Ἁσχοντος Υἱοῦ, ὡς κατ' εὐχὴν ἐστί μοι,
Ἐλπὶς τρέφει τε, κοὐ καταισχυνεῖ δέ με.
Ταῦτ' οἶδα· νῦν γὰρ οὐ πέρα θέμις λέγειν
Θρηνοῦσαν, ὡς δεῖ. Δακρύων γὰρ ἄξια
Πέπονθα πόλλ', οὐκ οἶδα δ' εἴ τι προσπάθω.
Πρῶτον δ' ὅμως μοι τἀγάθ' ἐτάσαι δέον·
Τοῖς γὰρ κακοῖσι πλείον' οἶκτον ἐμβαλῶ.
Ἤμην ἄνανδρος καὶ μένουσα παρθένος.
Ἃ γὰρ γυναικὶ σώφρον' ἔσθ' εὑρημένα,
Ταῦτ' ἐξεμόχθουν, τοῦ Θεοῦ πολλὴν χάριν
Μετροῦντος ἀεὶ, καὶ νέμοντος ἀφθόνως.

Πρῶτον μὲν οὖν γε κἂν προσῇ, κἂν μὴ προσῇ
Ψόγος γυναιξὶν, αὐτὸ τοῦτ' ἐφέλκεται
Κακῶς ἀκούειν, ἥτις οὐκ ἔνδον μένει·
Οὗπερ πόθον παρεῖσ', ἔμιμνον ἐν δόμοις
Εἴσω μελάθρων· κομψὰ θηλειῶν δ' ἔπη
Οὐκ εἰσεφρούμην· τὸν δὲ νοῦν διδάσκαλον
Αὐτῆς ἔχουσα χρηστὸν, ἐξήρκουν ἐμοί.
Τὸ σωφρονεῖν ἐν πᾶσιν εἰδυῖ' ὡς καλὸν,
Καὶ δόξαν ἐσθλὴν πανταχοῦ κομίζεται,
Γλώσσης τε σιγὴν πᾶσιν, ὄμμα θ' ἥσυχον
Παρεῖχον· ἥδειν δ' οἷς μ' ἐχρῆν νικᾶν κόρας,
Καὶ τίσι νίκην, ὧν τ' ἐχρῆν παριέναι.

Corpus meum excipiat, neque animam manus
Patientis Filii, ut exopto,
Et me spes alit, neque me confundet.
Hæc novi; nunc enim ultra me loqui nefas est
Flentem, ut decet. Lacrymis enim digna
Plura patior, neque scio an aliquid præter hæc perferam.
Primum tamen mihi bona inquirere oportet;
Malis enim majorem commiserationem injiciam.
Eram viri expers, virgoque manebam.
Quæ enim modestam feminam decent,
Hæc exercui, Deo uberem gratiam
Admetiente semper, et copiose distribuente.
Primum enim, sive adsit, sive non adsit,
Probrum mulieribus, hoc ipsum affert
Malam famam, ei quæ domi non manet:
Cujus desiderium abjiciens, domi mansi,
Intra atria; lepidos mulierum sermones
Non intro admisi; sed mentem magistram
Mihi probam habens, mihi ipsa satis eram.
Edocta plane, quam præclara res sit modestia,
Veramque gloriam ubique afferat,
Linguæque silentium omnibus, oculumque placidum
Exhibui: et noram in quibus oportebat me vincere puellas,
Et quibus, quorumque victoriam conveniebat cedere.

531 *Τρέφει τε, κοὐ καταισχύνει.* Ita Reg. II. n. Editi τρέψει τε, κοὐ καταισχύνει.

535 *Πρῶτον δ' ὅμως*, etc. Ita fere *Troad.* vers. 472 et 473, Hecuba:

Πρῶτον μὲν οὖν μοι τἀγαθ' ἐξᾶσαι φίλον.
Τοῖς γὰρ κακοῖσι πλείον' οἶκτον ἐμβαλῶ.
Primum igitur mihi gratum est placetque bona [*recensere.*
Malis enim, eorumque narrationi majorem commi- [*serationem inferam.*

538 *Ἃ γὰρ γυναικὶ*, etc. Ita fere *Troad.* vers. 640 et seqq. Andromache:

Ἃ γὰρ γυναιξὶ σώφρασ' ἔσθ' εὑρημένα,
Ταῦτ' ἐξεμόχθουν Ἕκτορος κατὰ στέγας.
Πρῶτον μὲν ἔνθα κἂν προσῇ, κἂν μὴ προσῇ,
Ψόγος γυναιξὶν, etc.
Quæ enim decent modestas mulieres,
Hæc exercui in domo Hectoris.
Primum enim, sive adsit, sive non adsit,
Probrum mulieribus, etc.

544 *Οὗπερ πόθον*, etc. *Cujus desiderium*, nempe vagandi foras, *abjiciens*, vel *quod probrum vitare cupiens.*

545 *Κομψά*, etc. *Lepida, mollia feminarum dicta non excipiebam.*

546 *Νοῦν.* Ita Reg. II. n. Prave edit. νῦν.

547 *Χρηστόν.* Ita Reg., quæ lectio melior, utpote magis consentanea Euripidi unde hic versus, sicut et alii præcedentes, videtur excerptus. Editi Χριστόν, sicque vertit Roill.

METRICA VERSIO.

Non terra corpus, ipse non adeo polus
Meum recipiat, non mei Nati manus
Animam, perinde ac exspecto, et me spes alit,
Quæ vana nunquam me, scio, deluserit.
Hæc certa cuncta sunt mihi, neque enim loqui
Ultra ista fas est flentem ut addecet; mala
Nam perfero, quæ lacrymas justas trahunt:
Atque haud scio, an quid præter hæc post perfe- [ram.
Primum tamen mihi bona explicanda sunt,
Miseranda magis ut sim malis tot obruta.
Expers tori, eadem virgo permanens eram,
Et quæ modestas feminas artes decent,
In his meam operam collocabam gnaviter,
Deo suam mihi semper in rebus meis

B Admetiente et largiente gratiam.
Hoc itaque probrum feminis impingitur
Sive illud insit, sive non insit, tamen
Male ut audiat quæ se domi non continet.
Hoc ego laborans effugere, primum domi
Me continebam intra atria ipsa, mulierum
Lepidas repellens cantiunculas, eo
Contenta præceptore Christo, quem mei
Nunc ipsius doctorem habeo mihi, satis
Edocta, quam res pulchra sit modestia
Et quam reportet veram ubique gloriam:
Atque ut meæ linguæ silentium, meo
Sic imperabam oculo quietem, haud inscia
Quibus oculos evincerem, quibus etiam
Nonnulla rursus victa placide admitterem.

Ἀκήρατον δέ μ' ἐκ Θεοῦ λαβὼν ἀνὴρ,
Αὖθις τὸ παρθένειον ἄμμ' ἀκήρατον
555 Τηροῦσαν ἀπέδωκεν· οὐδ' ἔστι λόγος,
Τὰ πράγματ' αὐτὰ καὶ γὰρ ἀπήλεγξέ με.
Οὕτω δ' ἔχουσα, τῷ Θεῷ μνηστεύομαι.
Κἀντεῦθεν Υἱὸν, πῶς, ἐρεῖς, ἐγεινάμην.
Ὅπως γυνή τις οὐ κομπάσῃ τεκεῖν ποτέ.
560 *Chor.* Καλλίστα, πότνα, σεμνοτάτα παρθένε,
Ἀνάνδρον ἦδ' ἄνυμφον ἴσμεν μητέρα,
Μόνην σε πασῶν τῶν κατὰ γῆν μητέρων.
Μαιευσάσης χεὶρ, κλῆρον οὐ δεδεγμένη,
Κατηγόρησε πιστὰ σοῦ θείου τόκου,
565 Θεόντε φῶτ' ἔκλυες ἀγγέλου τεκεῖν.

Α Ἔργα δ', ἅπερ δέδρακεν, οὐ θνητοῦ γένους·
Καὶ θάμβος ἐστὶν, εἰ πάθῃ θνητῶν πάθος.
Theot. Θαυμαστὸν εἶπας, εἰ τόδ' εὐδοκεῖ Πατὴρ,
Ὡς διὰ τοῦτο τοὺς βροτοὺς ἀγάθ' ἔχειν.
570 Οὐκ ἄλλο γὰρ φάρμακον ἐν θνητοῖς μόρου,
Φθορᾶς ὃ παύσει τοὺς ταλαιπώρους κακῶν.
Κἀγὼ διδάξω, ὡς καλῶς ἔχει τόδε.
Ὁ γὰρ διδάσκων γνῶσιν ἄνθρωπον Λόγος,
Ἐμοὶ κατεσκήνωσε, καὶ χάριν νέμει,
575 Ἐπεὶ βροτὸν πέπλακεν ἐκ γῆς ὁ Πλάσας,
Λειμῶνί τ' ἐντέθεικε φυτῶν ἐργάτην,
Ἐντεῦθεν εἰς ὅλυμπον ἀνάγειν θέλων,
Δράκων δέ νιν ἔσπευσε, γυναικὸς πλάνῃ,

Accipiens autem me intactam ex Deo vir,
Iterum virgineo flore illæso
555 Immaculatam reddidit : hæc non sunt mera verba;
Etenim res ipsæ prodidere.
1240 1241 Dum sic se haberent res meæ, Deo spondeor :
Exinde Filium, quomodo, inquies, genui,
Quemadmodum nulla mulier se peperisse jactaverit.
560 *Chor.* Optima, castissima virgo,
Innuptam et absque sponso te scimus matrem,
Unicam ex omnibus quæ in terra degunt.
Obstetricis manus, cujus nullæ in eo partes,
Divini tui partus fidem prædicavit,
565 Deumque hominem pariturum te ex angelo audisti.
Opera, quæ edidit, humano generi non competunt :
Et stupendum erit, quod mortalium more patiatur.
Deip. Rem miram dixisti : si ita sit Patri placitum,
Ut hinc mortalibus bona proveniant.
570 Nec enim aliud remedium est, quo ab iis mors depellatur,
Quo miseri corruptionis malis liberentur.
Et ego docebo, quam hoc se pulchre habeat.
Verbum enim, quod hominem scientiam docet,
In me inhabitavit, et gratiam largitur.
575 Postquam hominem e terra formaverit Conditor,
Posueritque in paradiso plantarum cultorem,
Exinde volens ad cœlum perducere,
Serpens festinavit, mulieris fraude,

555 Ἀκήρατον δέ μ', etc. Ita fere *Troad.* vers. 670, Andromache :
Ἀκήρατον δέ μ' ἐκ πατρὸς λαβὼν δόμων.
Accipiens autem me intactam ex domo paterna.
556 *Τὰ πράγματ'*, etc. Alludere videtur ad ea quæ habet liber apocryphus, Jacobi fratris Domini inscriptus *De integra virginitate Mariæ probata et agnita, etiam postquam prolem, Filium Dei, suscepit.*
564 *Πιστὰ σοῦ θείου τόκου.* Ita Reg. B. n. Male editi θείος τόκος. Hæc ex apocrypho illo descripta, quod jam observavit Combefisius in Andrea Cretensi et Zenone Veronensi, e cujus sermonibus nunc sunt expuncta.
565 *Φῶτ'*. Prave editi φῆς.
568 *Εὐδοκεῖ.* Ita Reg. B. n. Editi ἐξαρκεῖ. Sic fere *Hippol.* chorus nutricem alloquitur vers. 278 :
Θαυμαστὸν εἶπας, εἰ τάδ' ἐξαρκεῖ πόσει.
Rem miram dixisti, si hæc placeant marito.
569 *Βροτοὺς ἀγάθ' ἔχειν.* Ita fere *Bacch.* v. 285 :
Ὥστε διὰ τοῦτον τἀγάθ' ἀνθρώπους ἔχειν.
Ut homines habeant bona propter ipsum.
570 *Οὐκ ἄλλο γάρ*, etc. Minus recte Roill. *Medicina nulla potior*, quasi alia esset minus efficax. *Non est in alio aliquo salus. Non enim aliud nomen est sub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos salvos fieri* (Act. IV, 12). Male profecto redderetur : *Non est aliud potius nomen.* Vide ibid. *Bacch.* vers. 283 et seqq.

METRICA VERSIO.

At me maritus eum viri expertem a Deo
Et integram accepisset, idem etiam sacri
Me vincla servantem pudoris reddidit.
Hæc verba non sunt, testis eventus fuit.
Cum sic haberent se meæ res, spondeor
Deo : inde miro Filium peperi modo,
Quo nulla se peperisse jactet femina.
Chor. Veneranda virgo, honesta, casta, te unicam
Has inter omnes terra matres quas habet,
Matrem absque sponso scimus et viro. Suas
Hic nulla partes et suam manum obstetrix
Deprædicavit; partus hic divinus est,
Deumque partu te edituram nuntia
Vox angeli testata, tum quæ ille editus

B Fecit, genus mortale non præ se ferunt.
Proin stupendum hoc, tale si detur pati
Huic, quale generi contigit mortalium.
Deip. Mirum quidem istud, sed Pater si sic jubet,
Ut majus in homines bonum sese efferat :
Medicina nulla potior in mortem fuit,
Qua cuncta tollens sordium contagia
Primo nitori assereret humanum genus.
Et jam optime rem cedere indicavero.
Nam verbum id, a quo scire mortali influit,
Me matrem obumbrans, gratiam omnem contulit.
Ex quo ille figulus finxit e terra patrem,
Hunc arborum cultorem amœna per loca
Errare jussit, quem polo post redderet.
At ipse serpens, femina in fraudem excita,

Ἀειμῶνος ἐκβαλεῖν τε, καὶ ῥῖψαι πόλου.
Οὐδ' ἀντεμηχανήσαθ', οἷα δὴ Θεὸς,
Γυναικὸς ἐκφῦναί τε, καὶ Θεὸς μένων,
Βροτὸς γενέσθαι, καὶ βροτῶν ἀναιρέτην
Σφαγεῖς κατασκάψαι τε καὶ ῥῖψαι ποσίν.
Οὕτω σὺ πείθου, καὶ Θεὸν πρὸς γῆν δέχου
Ἑλθόντ' ἀγαγεῖν πρὸς πόλον βροτῶν γένος·
Καὶ σπένδε, καὶ κλεΐζε, καὶ τόνδ' εὐλόγει.
Αὖ γὰρ νιν ὄψει πρὸς χθόν', ὡς ἐκ παστάδος,
Θρώσκοντα τύμβου, καί γ' ἀνιόντ' εἰς πόλον,
Ὡς αὐτὸς εἶπε, καὶ πρὸ τοῦ θεοπρόπου.
Ἐλπὶς δέ μοι σύνεστιν ἀσφαλεστάτη.
Ἐμοὶ γὰρ ὑπὲρ πάντας, οἷσι λείπεται,

A Ξύνεστιν ἐλπὶς, οὐδὲ κλέπτομαι φρένας,
Ἔξειν τι κεδνόν· ἡδὺ δ' ἐστὶ καὶ δοκεῖν.
Ὅταν δὲ μᾶλλον ἐλπὶς ἀσφαλὴς μένῃ,
Τὸ χάρμα ποῖον! ἀλλὰ νικῶμαι πόνοις,
Καὶ προβλέπω μὲν ταῦθ', ὅπως ἔσται τάχα·
Λύπῃ δὲ κρείσσων τῶν ἐμῶν ἐλπισμάτων.
Χορ. Πάγκλυτε, παγκαλλίστα κούρη, παρθένε,
Ἔμβρυον, ὡς φῄς, τὸν Θεὸν πλουτήσασα,
Σὺ ταῦτ' ἐπέγνως· καὶ τὰ λοιπὰ νῦν σκόπει.
Σοφωτέραν γὰρ ἴσμεν οὖσάν σε βροτῶν,
Καὶ ταῦθ' ὁρῶσαν συνιέναι καὶ τέλος·
Ὡς φρικτὰ πάντα καὶ βροτησείῳ γένει.
Ἠλῆν τῇ τεκούσῃ δυσμαθῆ ξυνιέναι.

E paradiso eum expellere, et e cœlo projicere.
580 Verbum autem e contra excogitavit, dignum sane Deo,
E femina nasci, et Deus permanens,
Homo fieri, et mortalium eversorem
Mactatus funditus evertere, pedibusque allidere.
Hæc tibi certa sit fides, ac Deum in terram excipe,
585 Qui venit, ut hominum genus ad cœlum perduceret.
Libaminibus, et hymnis, et benedictionibus ipsum prosequere.
Rursum enim visurus es in terram, velut e thalamo,
Prosilientem tumulo, et in cœlum redeuntem,
Ut ipse dixit, et ante ipsum divini vates.
590 Hæc spes est mihi certissima.
Etenim præ omnibus, quibus est residua,
1242-1243 Me fovet spes, neque me meus fallit animus,
Aliquid commodi mihi obventurum; dulce vero est hæc opinari.
Cum autem spes securior evaserit,
595 Quanto gaudio efferar! sed malis obruor,
Et prævideo quam mox sint hæc futura;
Et mœror spes meas exsuperat.
Chor. Gloriosa, optima puella, virgo,
Cui obtigit ut Deum infantem in utero gestares, sicut ais,
600 Hæc nosti; et reliqua nunc inspice.
Cæteris enim mortalibus sapientiorem te novimus,
Et ea mentis sagacitate, ut et illa et extrema intelligas:
Quam horroris plena hæc omnia sint humano generi,
Et intellectu difficilia, te, quæ genueris, excepta.

583 *Κατασκάψαι.* Sic Reg. II. 11, quæ lectio melior quam in editis κατασφάξαι.

587 *Ὄψει.* Roill., pugnante sensu, rem quasi præteritam exponit: *Quem jam videris.*

590 *Ἐλπὶς δέ μοι*, etc. Sic infra vers. 615.

591 *Ἐμοὶ γὰρ ὑπὲρ πάντας*, etc. Sic Andr. *Troad.* vers. 676, etc., at sensu diverso:
Ἐμοὶ γὰρ οὐδ', ὃ πᾶσι λείπεται βροτοῖς,
Σύνεστιν ἐλπὶς· οὐδὲ κλέπτομαι φρένας
Πράξειν τι κεδνόν. Ἡδὺ δ' ἐστὶ, καὶ δοκεῖν.
Mihi enim nulla, quæ omnibus relinquitur mortalibus,
Superest spes: nec animo decepta puto
Me ullo modo rem commode gesturam. Jucundum
[*tamen est hæc opinari.*

592 *Οὐδὲ κλέπτομαι*, etc. Pulchra hæc in Maria, in qua dolor certam proximi gaudii ex Filii gloria exspectationem non imminuit.

599 *Ἠλουτήσασα. Deum, ut ais, tantum thesaurum gestasti.*

METRICA VERSIO.

Properavit illum sic loco illo excludere,
Ut et viam omnem, spemque cœli occluderet.
Oppositus illi callido prudens Deus,
Id statuit, ut sic feminæ ex alvo editus
Mundum hunc subiret, ut manens idem Deus
Indueret etiam membra morti obnoxia:
Mactatus ipse hunc morte mactaret sua
Victor triumphans, et pede urgeret suo,
Invecta per quem mors foret mortalibus.
Hæc certa tibi fides sit; in terram excipe
Sic communicantem tu Deum, ut genus homi-
[num
Cœlo bearet; hunc honora, suscipe,
Thurisque liba odore, quem jam videris
Hic e sepulcro prosilire, non secus
Ac e toro, mox lucidum in cœlum evehi,
Ut ipse dixit, et sacer vatum chorus
Prædixit: hæc spes est mihi certissima,

B Hos inter omnes quibus aliqua menti insita:
Nec fallit animum jam futurum quidpiam
Quod gloriosum effulgeat: suave id quoque
Est cogitare. Ac tuta cum permanserit
Mihi spes magis, vah! gaudio quanto efferar!
Ut res sit, ipsis obruor malis tamen.
Prævideo quam mox sint futura hæc omnia;
Validior at spem mœror insurgens premit.
Chor. O virgo, formæ quæ nitore cæteras
Præis, puella nobilis, quæ bajulans
Infantem in utero, ut tu refers, tuo, Deum
Thesaurum eodem bajulasti maximum:
Ut noris ista, reliqua nunc etiam vide.
Nam qua præis tu cæteris prudentia,
Hoc certius te prima quæ prævideris
Est ultima æquum nosse; et omnia generi
Hominum ardua hæc sunt inviaque, soli tibi
Quæ nota matri, scire cui datur abdita.

605 *Θεοτό.* Ὡς δυστάλαινα τῶν ἐμῶν ἀλγημάτων!
Ὡς οἶδα μὲν πόλλ', οἶδ' οὐχ ὅπως φράσω.
Ὡς θάμβος ἐστὶ τοῦτον ἠωρημένον
Ἰδεῖν με, καὶ θανόντα, κἂν ἐκουσίως·
Ἰώ μοι, ἰώ! Αἶ, αἶ!
610 *Ημ.* Τί γοῦν, τί δράσεις, ὦ παθοῦσ' ἀμήχανα;
Θεοτό. Οὐκ οἶδα πλὴν τοῦ κατθανεῖν, εἰ μὴ τάχει
Τῶν νῦν παρόντων πημάτων ἄκος λάβω.
Ὡς ἐστὶν ἐλπὶς λίαν ἀσφαλεστάτη.
Μίαν μόνην μεῖναί με δεῖ τὴν αὔριον,
615 Ὡς ξυμπερανθῇ φροντὶς, ἥ με νῦν τρύχει.
Ἀλλ', ὦ φίλ' Υἱὲ, μή μ' ἔρημόν σου λίπῃς.
Ημ. Αἶ, αἶ!] Θρηνοῦσα πολλὰ, τρανὸν οὐδὲν δεικνύεις.

A Πῇ γάρ μ' ἀπαγγέλλεις ἀκούειν δείματα,
Πείθοις τε πολλὰ δειματοῦσθαι τοῖς λόγοις·
620 Πῇ δὲ θρασύνεις, κοὐδὲν ἄρα καθαρῶς.
Θεοτό. Οὐ μακρὰν ἔσται τέρμα τῶν ἠλπισμένων.
Ημ. Αὐτὴ μὲν οὔπω ναὸς εἰσέβην σκάφος,
Γραφῇ δ' ἰδοῦσα καὶ κλύουσ' ἐπίσταμαι·
Ναύταις γὰρ ἦν μέτριος ἡ χειμὼν φέρειν,
625 Προθυμίαν ἔχουσι σωθῆναι πόνων·
Ὁ γὰρ παρ' οἴαχ', ὁ δ' ἐπὶ λαίφεσι βεβώς,
Ὁ δ' ἄντλον εἴργων ναός· ἦν δ' ὑπερβάλῃ
Πολὺ ταραχθεὶς πόντος, ἐνδόντες φορᾷ,
Παρῆκαν αὐτοὺς κυμάτων ὁρμήμασιν.
630 Οὕτως δὲ κἀγὼ δείν' ὁρῶσα πήματα,

605 *Deip.* O misera, quam meis doloribus obruor!
Quia scio quidem multa, nescio quomodo hæc efferam,
Quam stupeo hunc sublimem in cruce
Intueri, et morientem, etsi sponte sua.
Hei mihi, hei! ah, ah!
610 *Semi.* Quid igitur, quid ages, o tu quæ impossibilia tolerasti?
Deip. Nescio, præter mori, nisi cito
Malis præsentibus accipiam remedium.
Hæc spes est mihi certissima.
Unicam diem posteram me oportet manere,
615 Ut exitum habeat cura quæ me nunc afflictat.
Verum, o Fili charissime, ne me deseras.
Semi. Ah, ah! plurimum ingemiscendo, nil planum facis:
Hinc enim nuntias plura quæ metu aures impleant,
Verbisque tuis magnum terrorem suades:
620 Illinc in spem nos erigis, sed omnia sunt obscura.
Deip. Non in longum differetur speratarum rerum terminus.
Semi. Ipsa quidem nondum intravi scapham navis,
Sed ex conspectu picturæ et auditu scio;
Si nautis enim tempestas mediocris sit ad tolerandum,
625 Habent promptitudinem laborum ut serventur,
Hic quidem ad clavum, ille vero ad vela vadens,
Alius vero sentinam hauriens: si vero superaverit eorum vires
1244 1245 Vehementer turbatum mare, cedentes fortunæ,
Permittunt se fluctuum cursibus, ac jactationibus.
630 Sic et ego gravissima intuens mala,

606 *Ὡς οἶδα μὲν πόλλ'*, etc. Sic *Hippolyt.* vers. 1091:
Ὡς οἶδα μὲν ταῦτ' · οἶδα δ' οὐχ ὅπως φράσω.
Quia scio quidem hæc; nescio tamen quomodo hæc [efferam.

613 *Ὡς ἐστὶν ἐλπὶς*, etc. Ita supra vers. 590.

614 *Μίαν μόνην μεῖναι*, etc. Ita fere Medea rogat Jasonem vers. 540 et 541:
Μίαν με μεῖναι τήνδ' ἔστον ἡμέραν,
Καὶ ξυμπεράναι φροντίδ', ἥ φευξούμεθα.
Concede mihi ut possim tantum hunc diem manere, Et perficere deliberationem qua fugiam, etc.

616 *Σοῦ*. Forte σύ.

617 *Αἶ, αἶ!* Hæc verba in versu abundant.

621 *Οὐ μακρὰν ἔσται τέρμα τῶν*, etc. Ita Reg. II. 11, quam lectionem optimam esse, merito censet Combefisius. Editi οὐ μακράν ἐστι πημάτων, *et non longe estis a calamitatibus exspectatis.*

622 *Αὐτὴ μὲν οὔπω*, etc. Sic *Troad.* a vers. 681 usque ad vers. 691, Hecuba iisdem fere vocibus utitur.

628 *Ἐνδόντες φορᾷ*. Ita Reg. II. 11. Editi ἐνδὸν τῇ φορᾷ. Eurip. ἐνδόντες τύχῃ.

METRICA VERSIO.

Deip. Quam misera magnis obruor doloribus!
Quam nosco multa, quæ eloqui haud tamen scio!
Quam stupeo ut illum video sublimem in cruce
Pendentem, ut ipse sponte concidat sua!
O ter quaterque miseram, ah! ah!....
Semi. Quid ergo? quid jam summa perferens ages?
Deip. Nescio, nisi quod unicum solatium
In morte sit mihi, nisi calamitatibus
Tot me prementibus modum aliquem invenero.
Spes adeo firma crastino concluditur
Solo die, exspectare quem me oporteat,
Ut cura cedat illa quæ misere me habet.
Sed tu, Nate mi chare, ne me deseras.
Semi. Lamenta quorsum hæc, si nihil planum [facis?

B Nam et illa dicis quæ metu aures impleant,
Et cogis ut paveam misera; mox adjicis
Quæ me erigunt in spem, sed obscura omnia.
Deip. At jam novæ vos proximæ hæ clades manent.
Semi. Nunquam carinam ingressa sum navis; tamen
Picta ex tabella edocta, verbisque id scio:
Si quando nautis incubat, quam perferant,
Lenis procella, quisque tum pro se id studet,
Ut a periculo emergat; hic clavo insidet.
At scandit ille vela, malosque ocius,
Sentinam alius exhaurit; at supra modum
Si pontus intumescit ira exæstuans,
Navi procellæ arbitrio et casus data.
Credunt se aquarum fluctibus turgentium:
Sic mala videns horrenda, muta sum, et loqui

Ἄφθογγός εἰμι, καὶ παρεῖσ' ἐὼ στόμα.
Νικᾷ γὰρ, ὥσπερ οὐκ Θεοῦ, δεινὸς κλύδων.
Σὲ δ' ἐλπὶς ἀσφαλὴς εἴθε τρέφοι,
Δέσποινα παγκοίρανε, μῆτερ Κοιράνου.
Ἀλλ' ἐκ λόγου γὰρ ἄλλος ἐκβαίνει λόγος.
Τίν' ὧδε δ' αὖ δέδορκ' ἰθύνοντα δρόμον;
Ἆ, ἆ! τίνα στείχοντ' ἀθρῶ νῦν ἐνθάδε
Στυγνοπρόσωπον, δακρύων πεπλησμένον;
Ἄγγ. Δέσποινα κούρη, δεσπότου μῆτερ Λόγου,
Μή με στυγήσῃς. Οὐχ ἑκών, ἑκὼν δ' ὅμως
Λύπρ' ἀγγελῶ σοι πρὸς παλαιοῖς καὶ νέα.
Θεοτό. Τί δ' ἐστίν; ὡς μοι φροιμίων ἄρχῃ κακῶν.

A Ἄγγ. Δέσποινα κούρη, πῶς ἐρῶ; πῶς σοι φράσω;
Σοὶ γὰρ μερίμνης ἄξιον φέρω λόγον,
Σφοδρᾶς τ' ἀνίας καὶ πικρῶν ἀλγηδόνων.
Ὦ πότνα κούρη, σεμνοτάτα παρθένε,
Ὡς σε στενάζω λυπρὸς ὢν, μύστης δ' ὅμως
Τῷ Μυσταγωγῷ πιστὸς, κἂν πάσχοντ' ὁρῶ.
Θεοτό. Τί δ' ἐστίν; Ἑβραίων τι μηνύεις νέον;
Ἄγγ. Παῖς νῦν σὸς οὐκ ἔτ' ἔστιν, ὡς εἰπεῖν ἔπος.
Δέδορκε μέν τοι φῶς ἐπὶ σμικρᾶς ῥοπῆς.
Θεοτό. Πῶς φῄς; τί τοῦτ' ἔλεξας; οἵδας δ' αὐτόθεν;
Ἄγ', εἰπέ μοι, φράσον, τίνι θνήσκει μόρῳ;
Χριστὸν τὰ νῦν φῄς Παῖδ' ἀθανάτου Πατρὸς,

Muta sum, et omitto eloqui ista.
Vincit enim me infelix tempestas, quæ divinitus venit.
Te vero tuta spes utinam nutriat,
Domina præpotens, Domini mater.
Verum alius alium trahit sermo.
Quem iterum huc video cursum dirigentem:
Ah, ah! quem huc accedentem nunc aspicio,
Vultu tristem, lacrymis madentem?
Nunt. Domina virgo, Domini Verbi parens,
Ne me odio habeas; invitus, volens tamen,
Novas præter veteres annuntio tibi calamitates.
Deip. Quid vero est quod tam malum exordium incipis?
Nunt. Domina virgo, quomodo dicam? quomodo tibi loquar?
Nam tibi fero sermonem, qui curam tibi,
Vehementem tristitiam, et amaros excitabit dolores.
O veneranda puella, castissima Virgo,
Ut te deploro, tenuis, discipulus tamen
Magistro fidelis, etsi cum patientem intueor.
Deip. Quid est? num quid novi de Hebræis indicas?
Nunt. Filius tuus amplius non est, ut ita dicam;
Exiguo temporis momento adhuc videt lucem.
Deip. Quomodo dicis? Quid locutus? Scisne ex isto loco?
Die mihi, declara, quonam mortis genere obit?
Loquerisne de Christo Patris æterni Filio,

632 *Ὥσπερ οὐκ Θεοῦ.* Legit Combefisius ὡς οὖν. Ipsi quippe visa durior lectio, quæ in Reg. II. II linea notatur. Minus apta ratio, inquit, vincere gravem tempestatem, *ut quæ non sit a Deo*, imo vero, *ut quæ sit ex Deo, Deique consilio*, sieque tota patientis Christi tragœdia, Patris εὐδοκία, etsi illi ministrarunt Judæi propria malitia. Deus nimirum, quæ præmuntiavit per os omnium prophetarum pati Christum suum, sic implevit. Verum censemus legendum, ut apud Eurip. *Troad.* vers. 691 οὐκ, contractive pro ὁ ἐκ. Ut autem stet metrum, posuimus ὥσπερ.

635 *Σὲ δ' ἐλπίς*, etc. Uno pede claudicat hic versus. Forte legendum σὲ δ' ἐλπὶς αὐτὸν ἀσφαλὴς εἴθε τρέφοι. Caillau.

635 *Ἀλλ' ἐκ λόγου*, etc. Sic ibid. *Troad.* vers. 701.

640 *Μή με στυγήσῃς*, etc. Quæ lectio melior quam in editis μή τε, utpote magis consona Euripidi, ex quo videtur excerptus ipse versus, *Troad.* vers. 705.

642 *Τί δ' ἐστίν*, etc. Ibid. vers. 707.

644 *Σοὶ γὰρ μερίμνης*, etc. Sic *Hippol.* vers. 1157, nuntius Theseum alloquitur.

647 *Ὡς σε στενάζω*, etc. Ita *Bacch.* vers. 1026.

650 *Παῖς νῦν σός*, etc. Ita fere *Hippol.* vers. 1162 et 1165, nuntius Theseum de filii sui morte certiorem facit.

655 *Φράσον*, etc. Editi φᾶσον, a φάω pro φημί. Sic *Bacch.* vers. 1039, chorus a Nuntio scisciatur quo mortis genere obiit Pentheus.

METRICA VERSIO.

Dum conor, hæret lingua faucibus meis.
Nam vincit ille, qui ex Deo non profluit,
Exæstuantis calamitatis impetus.
At te, parentem cui datum est fieri Dei,
Præesse cunctis, tuta semper spes alat.
Dicto sed ex alio aliud dictum incidit:
Quisnam ille, rursum quem video recta pedem
Huc ferre? vultu ah! quam severo lacrymas
Stillante multas prodeuntem conspicor?
Nunt. O præpotentis filia et mater Dei
Verbique, me æqua mente nuntium excipe:
Invitus, idem tibi tamen bene cupiens,
Præter vetera, malorum ero novus nuntius.
Deip. Quidnam hoc? Inauspicatum id est proœ-
[mium.

B *Nunt.* O virgo, quid jam, quid loco primo eloquar?
Acerba, dura, tristia, horrenda, aspera,
Et quæ tua sunt digna cura nuntio.
Puella casta, augusta virgo, quam dolet
Iis me molestum lacrymis te prosequi!
Quamcumque Doctor perferat meus crucem,
Tamen manebit discipuli constans fides.
Deip. Ecquid novum de gente Judæa indicas?
Nunt. Natus tuus, si sic mihi fas est loqui,
Nunc amplius non est, vel uno temporis
Momento is animam efflavit extremam occidens.
Deip. Quæ verba sunt hæc? unde scis? anne ex eo
Ipso loco? age, dic, cedo, quonam tollitur
E luce mortis genere? Christum illum ipsum ais
Patris perennis Filium, quem spes erat

655 Ὃν ἐλπὶς ἦν καὶ τόνδ' ἀθάνατον μένειν,
Ῥύστην τ' ἔσεσθαι παντὸς Ἰσραὴλ γένους ;
Ἄγγ. Ἐπεὶ πόλιν γε τῆσδε Σολύμων χθονὸς
Λιπόντες, ἀφίκανον ἐς Στρωτοὺς Λίθους,
Ἄνακτ' ἐμὸν σύροντες ἀλάστωρ ὄχλος,
660 Λυτίχ' ὅμιλος οὐρανοδρόμῳ ξύλῳ
Ἀνῆγον, ἦγον, ἦγον εἰς ἄκρον τέλος·
Ὀρθὸς δ' ἐς ὀρθὸν αἰθέρ' ἐστηρίζετο.
Ἐς κλῶνα δ' ἐγκάρσιον ἄλλον εὐθέως
Ἔτεινον, ἐξέτεινον, ἥλωσαν χέρας,
665 Πόδας δὲ καθήλωσαν ἐν πηκτῷ ξύλῳ.
Ὡς δ' ἔσχον οὕτω Δεσπότην ἡρτημένον,
Ἄλλοι μὲν αὐτὸν καλάμῳ κραταιβόλῳ

A Ἔβαλλον, ἀντίπυργον εἰσβάντες πέτραν·
Ἄλλοι δ' ὑσσώπῳ σπόγγον ὄξους ἔμπλεον
670 Χολῇ κεκραμένου δ' ἀνῆγον ἐς στόμα.
Οἳ δ' ὡσὶν ἠχὴν οὐ σαφῶς δεδεγμένοι,
Οὔτ' εἶδον οἷ' ἔρεξε θαύματ' ἐν βροτοῖς,
Ἄλλως διῆγον, καὶ διήνεγκαν κάρας·
Καὶ στέρν' ἔτυπτον ἀμαθῶς ἀγνωσίᾳ.
675 Ἐγὼ δὲ πόρρω (Δεσπότῃ γὰρ εἱπόμην),
Πρῶτον μὲν εἰς χλοηρὸν ἕζόν που νάπος,
Τάτ' ἐκ ποδῶν σιγηλὰ καὶ γλώσσης ἄπο
Ἔσωζον, ὡς ὁρῶν νιν, οὐχ ὁρώμενος
Ὄχλῳ κακεργάτῃ τε καὶ μιαιφόνῳ.
680 Σέ τ' αὖ δακρυχέουσαν ἑστῶσαν ἰδών,

655 Quem spes erat fore ut et ipse maneret immortalis,
Et omne genus Israelitarum liberaret?
Nunt. Postquam, urbe Jerosolymorum
Relicta, in Lithostrotos pervenisset
Scelestorum agmen, regem meum trahens,
660 Statim sublimi cruce extulerunt,
Sursum egerunt, et ad ultimum sustulerunt.
At ille rectus in altum ætherem firmabatur.
1246-1247 Protinus in alterum arboris ramum
Manus extenderunt, clavisque confixerunt,
665 Et pedes in fixo stipite delixerunt.
Cum autem ita Dominum suspendissent,
Alii ipsum arundine caput percutiente
Verberaverunt, ascendentes rupem oppositam;
Alii hyssopo oblitam spongiam aceto impleverunt
670 Felle permisto, et ipsius ori admoverunt.
Illi, qui vocem auribus non clare perceperant,
Neque viderant quot miracula inter homines edidisset,
Temere se habebant, et capita in diversa ferebant:
Illi vero inscite pectus ignorantia tundebant.
675 Ego autem a longe (sequebar enim Dominum),
Primum quidem virenti in saltu sedi,
Eaque pedibus quietus, et tacitus lingua
Observabam, illum videns, neque visus
A nefaria et cruenta cohorte.
680 Verum ubi te hic stantem, lacrymisque fluentem videro,

658 *Ἀφίκανον ἐς Στρωτοὺς Λίθους.* Lapsus hic memoria tragœdiæ auctor; non enim Lithostrotos, sed Calvariæ mons dictus est locus, ubi fuit Christus affixus cruci. Lithostrotos erat prætorium, sive ejus atrium, in quo Pilatus posito tribunali sententiam mortis in Servatorem dixit: non urbe egressus est Pilatus, sed e prætorio.

662 *Ὀρθὸς δ' ἐς ὀρθόν*, etc. Ita fere *Bacch.* vers. 1071, 1095, 1095, ubi tragicum poetam haud sane feliciter auctor voluit æmulari.

667 *Καλάμῳ κραταιβόλῳ*, etc. Hæc contigerunt, non ubi Christus in patibulo fuit suspensus, ut auctor confundit, sed ubi lata mortis sententia, irrisorie eum purpura induerunt, sceptri loco calamum in manu dederunt, et caput ipsius spinis coronatum percusserunt, Matth. xxvii, 30. Frustra igitur eos ἀντίπυργον εἰσβάντες πέτραν, ejusdem ac ipsamet erux *altitudinis petram conscendentes*, inducit auctor, ut ita percuterent, quod ab omni probabilitate excidit.

671 *Οὐ σαφῶς*, etc. Sic H. II. Edit. ὡς σαφῶς.

674 *Καὶ στέρν' ἔτυπτον*, etc. Ut centurio.

METRICA VERSIO.

Semper futurum, nulla quem mors tolleret,
Judæa quem gens sibi putaret vindicem?
Nunt. Postquam urbe Solymorum relicta, in edi-
[tum
Venere stratum plurimis saxis locum,
Regem trahentes impiæ turbæ meum:
Statim caterva molis ingentis crucem
Cœlo minantem egere sursum perdite,
Egere sursum, et sustulere ad ultimum.
At ille clarum rectus os in æthera
Est actus, uno et altero ramo arboris
Dextram et sinistram extensus, et fixus manus
Clavis acutis, parteque infima pedes.
Sic cum omnium rerum potentem altam in crucem

Illi impulissent, saxea mole editum

B Locum occupantes, alii cum aeri arundine
In os petebant, alii aceto spongiam
Plenam offerebant felle commisto, oblitam
Hyssopo in illius siti. At vero suis
Qui facta tantum hausere vocemque auribus,
Neque testibus oculis fidelibus edita
Videre magna miraque, caput hi suum
Movere frustra, et contudere pectora
Ignara crebro verbere et planctu eminus.
Hunc ego sequebar ut mihi Dominum, sedens
Saltu in virente, qua locus sese dabat,
Pedibus quietus, tacitus et lingua, omnia
Servans, videnque, visus a nullo tamen
Diræ cohortis impiæque. At te simul
Vidi ut fluentem lacrymis, stantem, illico
Huc veni, ut illa indigna quæ cognoscerem

Ἦλυθον εἰπεῖν οὐ καλῶς πεπραγμένα.
Θεοτό. Ἰώ μοι, ἰώ!
Αἲ, αἲ! Τί δράσω; καρδία γὰρ οἴχεται,
Πῶς, πῶς δ' ἔτι ζῶ, καὶ φέρω ταῦτα κλύειν;
Ἰδεῖν καὶ ταῦτα πῶς ποτ' οἶσω παντλήμων;
Ἴτ', ὦ γυναῖκες, τᾶς Γαλιλαίας τέκνα,
Προσείπατ' αὐτὸν, καὶ προπέμψατε χθονός
Ὦ δεῦτε φίλαι, δεῦτε, λίπωμεν δέος.
Χορ. Σὺ γὰρ φύγῃς τὸν δῆμον, ὥστε μὴ πάθῃς.
Θεοτό. Κἀγὼ τόνδε λιποῦσα εἰς τί καὶ τρέσω;
Ἴωμεν οὖν, ἴωμεν, ἀπέστω φόβος.
Τί γὰρ ἔτι ζῇν κέρδος ἡμῖν ἐνθάδε;
Ἀλλ' ἀπίωμεν, ὡς ἴδω Παιδὸς πάθη.
Ἰώ μοι, ἰώ!
Γυναῖκες, ὄψιν φαιδρὰν οὐχ ὁρῶ Τέκνου.

Χροιὰν γὰρ ἠλλάξατο καὶ κάλλος ξένον.
Γυναῖκες, ὄμμα στυγνὸν ὡς εἶδον Τέκνου,
Ποθῶ τεθνάναι, ζῇν δ' ἔτ' οὐδαμῶς σθένω·
Χωρεῖτε, χωρεῖτ', οὐκέτι τὸ ζῇν φέρω.
Ὦ κοινὸν ὠφέλημα θνητοῖσι φανεὶς,
Τέκνον ποθεινὸν, τοῦ δίκην πάσχεις τάδε;
Ποινὰς δὲ ποίων ἀμπλακημάτων τίνεις;
Ἁγνὰς γὰρ, ἁγνὰς χεῖρας αἱμάτων φέρεις,
Ἁγνά τε χεῖλη, καὶ μέλος πᾶν, καὶ στόμα,
Ψυχὴν πάναγνον, ἀδόλον τε καρδίαν.
Καὶ πῶς ὁρῶ λῃσταῖς σε συνηρτημένον,
Οὐδ' ἐξ ἐπακτοῦ τινὸς ἐχθρῶν πημονῆς;
Φίλος δ' ἀπόλλυσ' οὐκ ἄκουθ' ἑκουσίως
Μύστης, ὃν ὑπέδειξας ἄρτῳ σοῖς φίλοις,
Φειδεύμενος τάλανος, ὡς φύγῃ κακόν·

Veni, horrendorum flagitiorum nuntius
Deip. Ehei mihi, ehei!
Ah, ah! quid agam? mihi cor deficit.
Quomodo, quomodo adhuc vivo, et hæc audire sustineo?
Et qui feram, o miserrima, ut hæc unquam videam?
Ite, o mulieres, Galilææ filiæ,
Illum salutate, et e terra deducite:
Venite, filiæ, venite, metum exuamus.
Chor. Quin potius plebem fuge, ne quid mali patiaris.
Deip. Et ipsum deserens, quo trepidans confugiam?
Eamus igitur, eamus, metus omnis exsulet.
Ecquid enim nobis exinde lucri vivere?
Abeamus, ut Filii tormenta conspiciam.
Hei mihi, hei!
Mulieres, hilarem Filii mei vultum non video.
Colorem enim et eximiam pulchritudinem immutavit.
Mulieres, ex quo tristem Filii mei oculum vidi,
Mori cupio, neque amplius vivere possum:
Recedite, recedite, non amplius vivere sustineo.
1248-1249 O tu, qui commune hominibus emolumentum visus es,
Fili exoptate, cujusnam jure hæc pateris?
Qualium autem peccatorum pœnas exsolvis.
Mundas enim, mundas a sanguine fers manus,
Munda labia, omne membrum, et os,
Mundissimam animam, cor fraudis nescium.
Et quomodo cum latronibus te suspensum video,
Neque ab aliquo hostium ineursante?
Amicus te volentem ultro perdidit
Discipulus, quem, pane ipsi porrecto, amicis indicasti,
Huic misero sic indulgens, ut malum fugeret;

687 *Προπέμψατε*, etc. *Deducite emigrantem humanis: officiose prosequimini.* Vide infra vers. 1495, ubi sermo est de Christi sepultura.

689 *Ὥστε*. Melius quam in edit. ὅς τι.

696 *Χροιὰν γὰρ ἠλλάξατο*, etc. Ita lere vers. 1168 Nuntius de Medea loquitur:

Χροιὰν γὰρ ἀλλάξασα, λεχρία πάλιν, etc.
Num mutato colore, obliqua retro, etc.

701 *Τοῦ δίκην*. Ita Reg. Editi τοῦ δίκης. *Cujusnam accusatione? a quo in judicium vocatus?* cui interrogationi mox respondetur vers. 708.

710 *Ὡς φύγῃ*. Melius quam in editis ὅς.

METRICA VERSIO.

Admissa, fidus indicarem nuntius.
Deip. Hei! hei! mihi infelici, hei! hei!...
Ah! misera, quid agam? Cor mihi omne deficit.
Ecquid ego adhuc vitam trahens hæc audio?
Et qui feram, isthæc ut misera videam parens?
Ite, Galilæa feminæ terra satæ,
Ite, ite, et illum voce vestra adducite
In terram: agite jam vos, sodales, hunc metum
Omnem exuamus. *Chor.* Quin fuga te sustrahis
A plebe potius, ne mali quid accidat?
Deip. Hoccine ego sublato, mihi quidquam horream?
Eamus ergo, eamus, hinc absit pavor:
Hic vita nobis esse quæ suavis potest?
Quin efferamus hinc pedem ut videam mei
Tormenta Nati. Hei! hei! mihi miserrimæ.
Charæ o sodales, cerno nil hic Filii;
Usque adeo forma rara mutata et color.

B Dilectæ o, inquam, Filii ut vultum mei
Squalore vidi plurimo, et sanie obsitum,
Mors sola votum est; vita, mors tantum mihi:
Agite jam, agite vos, non fero vitam amplius.
Qui vita cunctis es datus mortalibus
Communis, o dilecte Fili mi, quid hæc,
Aut quo jure nunc pateris? Admissum tibi
Quale istud ob quod tam graves pœnas luis?
Maculata nullo sanguine est tibi manus,
Sunt munda labra, membra singula, os doli
Expers, animaque casta, fraudis nescium
Cor omnis; et qui cum latronibus tamen
Te video in alto pendulum ligno, dolo
Non hostis alicujus tibi, aut injuria?
Amicus heu! te discipulus olim tuus
Volens volentem perdidit, quem tu tuis
In pane amicis indicasti, perdito

Κἂν οὐ συνῆκε, κἀμπεσὼν βρυχώμασι.
Τίνος δ' ἕκητι, σέ γ' ἀποστέλλει Πατήρ ;
Τίς σ' ὧδ' ἀτίμως ἠθέλησε τεθνάναι,
Δύστηνος ; οἷον, οἷον ἔργον νῦν βλέπω
715 Οὐ τλητὸν, οὐδὲ λεκτόν. Ἀλλ' ἀπωλλύμην,
Αἴ, αἴ, Τέκνον, σῶν πανταδίκων σφαγμάτων !
Αἴ, αἴ, μάλ' αὖθις ! ὡς κακῶς διόλλυσαι,
Οὐκ ἐξαμαρτὼν αὐτὸς, ἀλλ' ἁμαρτίας
Ἡρώτης γυναικὸς ἐξιώμενος βλάβην !
720 Οἶδ', οἶδα μὲν τάδ', οἶδα οὐχ ὅπως φράσω,
Καὶ συνιῶ μὲν, οἷα ταῦτ' ἔσται τάχει,
Ἄλγος δ' ὑπερθεν τῶν ἐμῶν ἐλπισμάτων,

Α Στένω τε πικρᾷ συμφορᾷ νικωμένη,
Δάκρυσί τε βλέφαρα θερμοῖς τέγγεται.
725 Ἀεὶ γάρ ἐστι τὸ γυναικεῖον φῦλον
Πολύστονόν τε καὶ πολύδακρυ πλέον.
Χρι. Ἴδ', ὦ γυναικῶν ἐξ ἁπασῶν βελτίων,
Ὁ παρθένος, πάρεστιν υἱός σοι νέος.
Ἰδοὺ δὲ καὶ σοὶ, μύστα, μήτηρ παρθένος.
730 Τί γοῦν, τί, γύναι, δακρύοις τέγγεις κόρας
Τί δ' αὖ κατηφεῖς ὄμμα, καὶ δακρυρρόεις ;
Καὶ συγχυθεῖσ' ἕστηκας, ἡνίκ' εὐτυχεῖς,
Κοὐκ' εὐμενῆ τόνδ' ἐξ ἐμοῦ δέχῃ τρόπον;
Ταῦτα ξυνῳδὰ τοῖς προηγορευμένοις,

Neque illud novit, cadens in retia.
At cujus gratia huc te misit Pater?
Quis tibi tam ignominiosam mortem inflixit,
O miser? quale, quale facinus nunc intueor!
715 Intolerandum, infandum. Verum interii.
Ah, ah, Fili, quam prorsus iniqua tua occisio!
Ah, ah, iterum! quam male disperis,
Nec eo quod peccaveris, sed ut delicti
Primæ feminæ labem abstergeres!
720 Novi, novi quidem hæc, sed quomodo eloquar, nescio,
Neque id me fugit quam brevis erit rerum exitus,
At mœror spes meas longe exsuperat ;
Ingemisco acerba calamitate domita,
Calidisque lacrymis madent oculi.
725 Semper enim est muliebre genus
Suspiriorum et fletuum plurimorum capax.
Christ. O mulierum omnium optima,
En tibi adest virgo novus filius.
Ecce autem tibi, o discipule, parens virgo.
730 Quid igitur, quid, mulier, lacrymis oculos perfun lis?
Cur oculos demittis et lacrymaris?
Cur stas perturbata, cum feliciter rem geris,
Nec tranquilliorem meo exemplo induis habitum?

1250-1251 Hæc consona sunt oraculis

715 *Τίς σ' ὧδε.* Reg. H. n, τί σ' ὧδε, legitque Roillet. : at vox δύστηνος Patri non convenit. Reg. Med. τίς ὧδε ; *quis, miser, sic infamem*, vel ut in editis τίς σ' ὧδε : *quis te, miser, in animum induxit, ut tam ignominiosam mortem subires?* Sic nuntius vers. 1207 et 1208 patrem Medeæ de ipsius morte ingemiscentem refert.

. . . . . Ὦ δύστηνε παῖ,
Τίς ὧδ' ἀτίμως δαιμόνων σ' ἀπώλεσε ;
. . . . . *O misera filia,*
Quis deorum tam turpiter te perdidit?

715 *Οὐ τλητόν.* Sic Theseus *Hippolyt.* vers. 846 :

Οὐ τλητὸν, οὐδὲ ῥητόν· ἀλλ' ἀπωλόμαν.
Non ferendum, neque dicendum ; sed perii.

715 *Αἴ, αἴ, Τέκνον*, etc. Ita fere *Troad.* vers. 624, 625, Hecubæ Polyxenæ immolationem luget :

Αἴ, αἴ ! τέκνον, σῶν ἀνοσίων προσφαγμάτων,
Αἴ, αἴ, μάλ' αὖθις ! ὡς κακῶς διόλλυσαι !

Heu, heu! filia, ob tuam immolationem.
Heu, heu, iterum! quam male periisti.

719 *Ἡρώτης.* Ita Reg. H. n. Mendose editi πρῶτος.

722 *Ἄλγος δ' ὑπερθεν*, etc. Sic et supra vers. 597 et infra 744.

728 *Υἱός σοι νέος.* Ita Reg. H. n. Editi ὡς Υἱὸς φίλος.

729 *Παρθένος.* Ita Reg. H. n. Editi παρθένου.

730 *Τί γοῦν, τί, γύναι*, etc. Sic Medeam alloquitur Jaso vers. 922 et seqq. :

Αὐτὴ τί χλωροῖς δακρύοις τέγγεις κόρας,.
Κοὐκ ἀσμένη τόνδ' ἐξ ἐμοῦ δέχῃ λόγον ;
Quid tu rigas pupillas teneris lacrymis,...
Neque libenti animo a me accipis hunc sermonem

731 *Τί δ' αὖ κατηφεῖς*, etc. Ita pædagogus ibid. vers. 1012 Medeam interrogat. Sic et vers. 1005

734 *Ταῦτα ξυνῳδὰ*, etc. Ita supra vers. 451 et

METRICA VERSIO.

Parcens, ut omne sic malum effugeret : quod is
Minus etiam novit, cadens in retia.
Ac cujus huc te gratia misit Pater?
Et qui te in istud mortis infamis genus
Adegit infelix? Facinus heu ! quam grave,
Infandum, et atrox video, verum actum ilicet !
Iniqua, Nate, ah ! quam tua hæc mactatio !
Ah ! inquam, ah, ah ! mi Nate, quam misere occidis,
Nullius in te conscius, verum eluens
Quam mulier olim prima fecit noxiam.
Scio, scio ista, verum ut eloquar haud scio :
Nec id fugit me quis brevis rerum exitus
Harum est futurus : spes meas vincit dolor
Victaque malorum mole repetito ingemo, '

B Madentque nostræ lacrymis crebris genæ ;
Ut molle mulierum omnium est semper genus,
Suspiriorum et fletuum omnium capax.
Christ. O inter omnes mulier optima, en tibi
Qui virginali dote præditus, loco
Hunc filii chari habueris tibi. En quoque,
O discipule, virgo, parentis in loco
Quam revereris. Quid, o quid, o mulier, tuos
Sic spargis oculos lacrymis humentibus ?
Quid demittis os triste, tam longum ingemens ?
Perplexa quid stas fronte penitus turbida,
Cum te secunda hac sorte maneant omnia?
An me cæterorum expendis ex mortalium
Ritu modoque? Congrua hæc sunt omnibus

735 Οἷς αὐτός τ' εἶπον, καὶ θεοπρόπων στόμα.
Νῦν καιρὸς ἐχθρὸν γηγενῶν τῖσαι δίκην.
Τί δῆτα λοιπὸν ὡς ἐπιστένεις Τέκνῳ;
Θεοτό. Οὐδὲν λαοῦ τοῦδ' ἐννοουμένη πέρι
Ἔγωγ' ἐμαυτῇ πρὸς λόγους ἀφικόμην,
740 Καὶ τοῦσδε θρηνῶ συμφορᾷ νικωμένη,
Ὤμωξά θ', οἷον ἔργον ἔστ' ἐργαστέον
Τοὐντεῦθεν αὐτοῖς, οἵ σ' ἀνήρτησαν, Τέκνον,
Καραδοκῶ τε πάνθ', ὅπη προβήσεται.
Αὐτὴ δὲ κρείσσων καὶ βεβαίας ἐλπίδος.
745 Τὸν μὲν γὰρ ἡμῶν δυσμενῆ βροτοκτόνον

A Ῥᾷον κτενεῖς σὺ, καὶ καταβαλεῖς μόρον,
Θᾶττον δ' ἀνιῶν τοὺς ἀλάστορας τίσεις
Γυνὴ δὲ θῆλυ κἀπὶ δακρύοις ἔφυ
Ὅθεν κἀγὼ στένουσα, καὶ πεπληγμένη
750 Κέντροις ἀνίας, ἡ τλάμων ὀδύρομαι.
Εἶμ' εὐκλεὴς μὲν, ἀλλ' ὅμως ἀπόλλυμαι,
Στερουμένη σῆς θεσπεσίου μοι θέας.
Ὡς γὰρ ἄελπτον δρᾶμα προσπεσὸν τόδε
Ψυχὴν διέφθαρκεν! οἴχομαι ῥοῦν· βίου
755 Χάριν μεθεῖσα, κατθανεῖν χρῄζω, Τέκνον.
Καὶ γὰρ ἔρημος, ἄπολίς τ' οὖσα τρύχομαι,

735 Quæ ipse vaticinatus sum, et os prophetarum.
Nunc tempus est ut hostis generis humani luat pœnas.
Quid igitur de cætero tanquam Filii causa luges?
Deip. Nihil de hoc populo cogitans
Ego mecum ipsa rationem inii:
740 Et hæc lugubriter profero, calamitate superata,
Flevique, videns quale exitium imminet
Exinde iis qui te, Fili, interfecerunt,
Exspectoque omnia, quo evenient.
Luctus autem spem vel firmam vincit.
745 Infestum quidem nobis homicidam
Facile occides, et mortem proteres,
Moxque redivivus hostes ulciscēris.
Tenera mulier ad lacrymas promptissima.
Inde gemens et perculsa
750 Tristitiæ aculeis, misera lugeo.
Sum equidem gloriosa, sed tamen pereo,
Orbata tuo mihi venerando vultu.
Quantum enim hæc calamitas, quæ præter spem contigit,
Animum labefactavit! plane morior; vitæ
755 Posthabita luce, mortem, Fili, exopto.
Deserta enim, et exterris afflictor,

432. Sic et pædagogus vers. 1008, diverso sensu, Medeam alloquitur:

Τάδ' οὐ ξυνῳδὰ τοῖσιν ἐξηγγελμένοις.

Hæc non consentiunt cum illis quæ nuntiavi tibi.

736 *Ἐχθρόν*, etc. Ita Reg. et bene Scholiastes: Τουτέστι τὸν διάβολον, *scilicet diabolum*. Est nimirum istud oraculum Christi et prophetarum. *Nunc tempus est ut diabolus hostis humani generis pœnas luat.* Male Roill. *Illa nunc venit dies, pœnas ut insons debitas terra satis luam hostibus.*

737 *Τί δῆτα λοιπόν*, etc. *Filii necis causa.* Male Roill. *Tanquam ob filii culpam:* quod sane fidei repugnat. Sic et *Med.* vers. 929

738 *Οὐδὲν λαοῦ τοῦδ'*, etc. *Nihil mecum de populo hoc cogitans verba extuli.* Ita fere *Med.* vers. 872:

Ἐγὼ δ' ἐμαυτῇ διὰ λόγον ἀφικόμην.
Ego enim mecum ipsa rationem inii.

741 *Ὤμωξά θ'*, *οἷον*, etc. Sic ibid. vers. 791 et 792:

Ὤμωξα δ', οἷον ἔργον ἔστ' ἐργαστέον
Τοὐντεῦθεν ἡμῖν· τέκνα γὰρ κατακτανῶ.
Lugebo autem, quale facinus est faciendum
Deinde nobis: interficiam enim liberos meos.

745 *Καραδοκῶ*, etc. Sic et *Med.* vers. 1117:

Καραδοκῶ τἀκεῖθεν, οἳ προβήσεται.
Exspecto quales progressus res inde habitura sit.

747 *Ἀλάστορας τίσεις.* *Dæmones maxime qui a Christo redivivo sunt contriti.*

748 *Γυνὴ δὲ θῆλυ*, etc. Ita sup. vers. 557 et *Med.* vers. 928.

750 *Κέντροις ἀνίας*, etc. Sic et supra vers. 556.

755 *Ὡς γὰρ ἄελπτον*, etc. Ita *Med.* vers. 225, 227, 255, 257, 258, 716, 948: hos enim versus, aut de integro transcripsit eo loci, aut æmulatus est auctor noster

754 *Οἴχομαι ῥοῦν.* Reg. II. n forte melius, οἴχομαι γοῦν.

METRICA VERSIO.

Prophēta quondam quæ ore vero protulit,
Quæque ipse prædixi. Illa nunc venit dies
Pœnas ut insons debitas terra satis
Luam hostibus. Quid ergo tanquam ob Filii
Culpam, profundo e pectore gemitus trahis?
Deip. Ego ista fateor, tale nihil animo agitans
De plebe, dixi; tum meo casu excita
In lacrymas prorupi, et id quod jam imminet
Triste subeundum flevi, ea notans omnia
Quæ jam hos manebunt, Nate mi, qui te in crucem
Hanc extulerunt. Sed dolor firma mihi
Potentior spe. Nam id quidem de te scio:
Infesta nobis cuncta dæmonum agmina

B Facile fugabis, morte mortem destruens.
Mox inferorum e tartaro ut caput efferes,
Tibi perditorum hominum hoc genus pœnas dabit
Tenera mulier ad lacrymas promptissima.
Suspiria inde sic trahens quamplurima,
Magni doloris icta stimulo lugeo.
Ut pervagetur fama nominis mei,
Orbata simul ac sum tuo aspectu mihi
Miro sacroque, concido. Nam ex quo accidit
Præter meam spem facinus animum exulcerans,
Sensim mens mihi sanguis in vita efflluit:
Nil deprecata, Nate, jam cupio mori.
Deserta, sola, exterris agitor, nec mihi

Οὐ μητέρ', οὐκ ἀδελφὸν, οὐδὲ συγγενῆ
Μεθορμίσασθαι τῆσδ' ἔχουσα συμφορᾶς·
Κἂν μὴ τάχιστ' ἴδω σε, πῶς οἴσω, Τέκνον.
760 Ἀλλ', ὦ φίλ' Υἱὲ, μή μ' ἔρημόν σου λίπῃς.
Χριστ. Θάρσησον· εὖ γὰρ τῶνδ' ἐγὼ θήσω πέρι·
Τὸν σὸν δ' ἄρα γε μᾶλλον ἐξηγοῦ Θεόν·
Εὕρημα δ' οὐκ οἶσθ' οἷον εὕρηκας τόδε.
Θήσω γὰρ αὖ σοι δῶρ', ἃ καλλιστεύεται
765 Ἐν οὐρανῷ, γαίᾳ τε, καὶ πάσῃ κτίσει.
Πολλῶν δ' ἕκητι τήνδε σοὶ δώσω δόσιν.
Θεοτ. Πέποιθα, κοὐτι σοῖς ἀπιστῶ τοῖς λόγοις.
Κἀμοὶ τάδ' ἔστι λῷστα, γινώσκω καλῶς·

A Ἐγώ σ' ἔτικτον, οἶδα δ' ὡς σ' ἐγεινάμην·
770 Ὑπερτερεῖ δ' ἄλγημα τῶν ἐγνωσμένων.
Ἀλλ' ἄντομαί σε, τοῦδε πρὸς σωτηρίου
Πάθους, φέροντος ἀπάθειαν τῷ γένει,
Μητροπρεπῶς δὲ σῶν ποδῶν ἐφάπτομαι·
Οἴκτειρον, οἴκτειρόν με τὴν δυσπλήμονα·
775 Καὶ μή μ' ἔρημον ἐκπεσοῦσάν σου λίπῃς,
Δέξαι δὲ χώρᾳ καὶ δόμοις ἑφέστιον.
Ἦν θᾶσσον οὐ βούλοιο σὴν δίκην κρῖναι·
Οὕτως ἐρώς σοι πρὸς Πατρὸς τελεσφόρος
Σκοποῦ γένοιτο, καὶ θανόνθ' ἑκουσίως
780 Ἰδοιμι νεκρεγέρτην ἥματι τρίτῳ.

Neque matrem, neque fratrem, neque cognatum habens,
Qui me in portum ducat hujus calamitatis ;
Et nisi te brevi videro, quomodo feram, Fili?
760 Verum, o Fili dilecte, ne me orbam deseras.
Christ. Confide nunc ; ego enim bene curabo hæc ;
Tuum enim potius confitere Deum :
Lucrum autem nescis quantum inveneris hic.
Tribuam enim tibi dona, quibus nihil præstantius
765 In cœlo, in terra et in omnibus rebus creatis.
Hoc autem munus tibi dabo plurimorum gratia.
1252-1253 *Deip.* Confido, neque tuis verbis fidem denego.
Et mihi hæc sunt optima, cognosco bene :
Genui te, et quomodo te genuerim, novi ;
770 At dolor exsuperat quæ comperta habeo.
Verum supplico te per hanece salutarem
Passionem, quæ meo generi passionis liberationem præstat,
Et quatenus matrem decet, tuis advolvor pedibus :
Miserere, miserere mei infelicis ;
775 Neque desertam et inopem tui me deseras,
Sed recipe me hospitam in tuam regionem et domum,
Nisi tuam citius causam judicare volueris :
Votum hoc, præstante Patre, tibi cedat
Ex animo, et te ultro morientem
780 Conspiciam tertia die ex mortuis redivivum.

758 *Μεθορμίσασθαι. Med.* vers. 258, ὡς μεθορμίσασθαι, etc.

761 *Θάρσησον.* Ita Jaso Medeam hortatur, vers. 926 :

Θάρσει νῦν· εὖ γὰρ τῶνδ' ἐγὼ θήσω πέρι.
Confide nunc ; ego enim bene curabo hæc.

763 *Εὕρημα δ' οὐκ οἶσθ'.* Sic et ibid., vers. 716 Medea Ægeum alloquitur :

Εὕρημα δ' οὐκ οἶσθ' οἷον εὕρηκας τόδε.
Lucrum autem non scis quantum inveneris hic.

764 *Θήσω γὰρ αὖ*, etc. Sic et ibid. Med. vers 947 :

Πέμψω γὰρ αὐτῇ δῶρ', ἃ καλλιστεύεται.
Nam mittam ei dona quæ pulchritudine superant res.

766 *Πολλῶν δ' ἕκητι*, etc. Ibid. Ægeus Medeæ pollicetur : *Propter multa tibi hanc gratiam dare paratus sum.*

768 *Κἀμοὶ τάδ' ἔστι λῷστα.* Sic et Med. vers. 935. Ægeo respondet.

771 *Ἀλλ' ἄντομαι.* Ita Reg., petitque metrum : Edit. ἀλλ' αἰτοῦμαι. Sic et fere Medea rogat Ægeum vers. 709 et seqq. :

Ἀλλ' ἄντομαί σε τῆσδε πρὸς γενειάδος,
Γονάτων τε τῶν σῶν· ἱκεσία δὲ γίγνομαι.
Οἴκτειρον, οἴκτειρόν με τὴν δυσδαίμονα,
Καὶ μή μ' ἔρημον ἐκπεσοῦσαν εἰσίδῃς·
Δέξαι δὲ χώρᾳ καὶ δόμοις ἑφέστιον.
Sed rogo te supplex per genas has
Et tua genua ; supplex jam tibi fio.
Miserere, miserere mei infelicis,
Neque me desertam ac ejectam aspicias ;
Sed recipe me hospitem in tuam regionem et domum.

778 *Οὕτως ἔρως*, etc. Sic et fere Medea vers. 714.

Οὕτως ἔρως σοι πρὸς θεῶν τελεσφόρος, etc.
Sic tibi amor a diis fecundus, etc.

METRICA VERSIO.

Cognatus ullus, frater hic est aut parens,
Ad quem in procella ut portum ad aliquem me applicem :
Quod si videndum te mihi diu neges,
Qua mente tandem perpeti id, Fili, queam?
Orbam, o Nate mi, quæso, ne me deseras.
Christus. Esto bono animo, nam probe hæc curavero.
Quin tu stude id potius tuum ut semper Deum
Testere, voce qua decet eum prædicans.
Ignara certe es nacta quid tibi sis novi.
Sed dona rursum terra quæ prima et polus
Et quidquid usquam possidet natum ingeram :
His te beabo plurimorum gratia.

B *Deip.* Credo, tuisque maximam dictis fidem
Habeo, probe jam edoeta quam usui.
Obtestor unum hoc te tamen, per hanc tuam
Omnem fugantem filiis terræ anxii
Metum doloris, et mali duram crucem,
Per hos tuos sacros pedes quos osculor
Materno amore, te misereat nunc mei.
Misereat, inquam, neve desertam omnibus
Miseram me et inopem tu vicissim desere.
Ascribe me tu jam tuæ domesticam
Regioni et ædibus oeius : quod si haud lubet
Præstare quod tu sanxeris, te per Patrem
Id quæso, detur quod scopum attingat : die
Te tertio videam resurgentem, et pede

Ὡς αὐτὸς εἶπας πολλάκις πρὸς σοὺς φίλους·
Τὸ πᾶν γὰρ οὕτως ἀσφαλέστερόν τ' ἐμοὶ,
Σύ τ' αὐτὸς ὢν ὅλβιος ὀλβίου Πατρὸς
Γνωσθεὶς, ἀνυμνηθῇς γε πάσῃ τῇ κτίσει.
Μὴ γοῦν διάξω λυπρὸν ἐς μακρὸν βίον
Ὄχλος δ' ἀλαστόρων γε τίσει τὴν δίκην,
Τὸν Δεσπότην κτείνας γε γῆς τε καὶ πόλου.
Οὗτοι γὰρ, ὡς ἔδρασαν, εὖρωσι κακὰ,
Ἃ τοῖσι δυσσεβοῦσι γίνεται βροτοῖς.
Ἀλλ' οὐ γὰρ αὐτῶν φροντίδ' ὡς τέκνων ἔχω,
Μή πως πάθωσιν οἱ προσήκοντες σφίσιν,
Πατρῷον ἐκφράσοντες ἀσεβῆ φόνον.

A Ἀλλ' αὐτὸς, ὦ σπλάγχνον φίλον, γλυκὺ φάος,
Κάτειργε, κατάπαυσον, ἔξειργε φόνου
795 Ἐγκατάλειμμα σπέρματος πεφιλμένου.
Χριστ. Αἰνῶ, γύναι, τάδ', οὐκ ἐκεῖνα μέμφομαι
Πολλῶν δ' ἕκητι τήνδε σοι δοῦναι χάριν
Ἐγὼ πρόθυμός εἰμι, κοὐκ ἂν ἐκπέσῃς.
Συλλήψομαι γὰρ τοῦδέ σοι πάμπαν σκοποῦ,
800 Αὐτή τε γνοίης ζημίας ἀντιστροφὴν,
Ἀπαλλαγεῖσα τῆσδε τῆς ἀθυμίας.
Θεοτό. Ὦμοι, φρενὸς σῆς εὐγενοῦς τε κἀγαθῆς!
Ὦ Τέκνον, οἵᾳ συμφορᾷ συνεζύγης!
Τὸ δ' εὐγενές σου τῶν φρενῶν σῶν μένει.

Sic et tu ipse tuis dilectis prædixisti;
Sic enim omnia mihi erunt tutiora,
Et te ipsum beatum beati Patris Filium
Agnitum, omnis creatura hymnis prosequetur.
785 Non igitur diu vitam in mœrore protraham;
Sed pœnas exsolvet scelestorum turba,
Quæ terræ cœlique Dominum interfecit.
Hi enim, ut perpetrarunt, experientur mala,
Quæ mortales sacrilegos manent.
790 Illorum enim, ut filiorum, curam habeo,
Ne aliquid patiantur eorum cognati (posteri),
Qui impiam patrum cædem nuntient.
Sed tu, viscera dilecta, suavissima lux,
Reprime, seda, nece eximе,
795 Quidquid prædilecti seminis reliquum est.
Christ. Probo hæc, mulier, neque illa improbo.
Propter multos, tibi hanc gratiam dare
Paratus sum, o mulier, nec voto frustraberis,
Te enim prorsus adjuvabo circa hunc scopum,
800 Ipsa quoque damna in contrarium versa noveris,
1254-1255 Hacce tristitia libera
Deip. Heu! mentem tuam piam et bonam!
O Fili, in quam calamitatem incidisti!
Sed generosus animus ille tuus manet integer.

788 *Εὕρωσι.* Reg. M. sup. lin. εὗροσαν.

790 *Ἀλλ' οὐ γάρ*, etc. Particula negativa οὐ hic otiosa et ad ornatum duntaxat posita, quod apud Græcos non est infrequens. *Combefisius*, qui addit: « Crederem vero libentius auctorem nostrum, in hacce tragœdia passim Euripidis plagiarium, non satis animadvertisse hæc a Medea sensu diverso prolata fuisse. » Vide *Med.* vers. 1301, 1304, 1305, etc. Male Roill. Mariam mala omnia, Mænadis furore imprecantem traducit, quæ e contra tenerrimis visceribus veniam mox ita deprecatur: *Tu ergo, suavissima lux, reprime, seda, nece eximе, quidquid prædilecti seminis reliquum est.* Ita fere *Med.* vers. 1258. — Sic Benedictini. Mihi autem melior sensus videretur, vim particulæ negativæ reservando, ita ut sic vertatur: *Horum quidem ut filiorum curam non habeo, sed curo ne aliquid patiantur eorum posteri, qui impiam patrum cædem nuntient*, nempe eam improbando. Caillau.

796 *Αἰνῶ, γύναι*, etc. Ita Jaso Medeæ respondet vers. 908.

800 *Αὐτή τε γνοίης*, etc. Sic Reg. II. n. Male editi αὐτόν τε. Sic et Medeam nuntius alloquitur vers. 1223.

802 *Ὦμοι, φρενός*, etc. Sic *Hippol.* vers. 1451, Theseus filium suum admiratur:

Ὦμοι, φρενὸς σῆς εὐσεβοῦς τε κἀγαθῆς!
Heu, mentem tuam piam et bonam!

805 *Ὦ Τέκνον*, etc. Ibid. vers. 1389 et 1390 hunc alloquitur Diana:

Ὦ πλῆμον, οἵᾳ συμφορᾷ συνεζύγης!
Τόδ' εὐγενές σε τῶν φρενῶν ὠλεσεν.

O infelix, in quam calamitatem incidisti!
Generosus animus ille tuus te perdidit.

METRICA VERSIO.

Mortem triumphali prementem, olim ut tuis
Divisti amicis sæpius: ita tutior
Mihi videbor, tuque gloriosior
Factus, beati Filius felix Patris
Tandem approbatus, omnium laudaberis
Et voce, et ore, cura sancta posteris.
Ne tristis ergo pensa vitæ longius
Ego protraham. At crudelium manus hominum
Cruenta, Dominum quæ poli et terræ neci
Demisit, ex merito suo mala sentiat
Olim illa, justa lance quæ impios manent.
Nam non ego illos ut satos mihi liberos
Materno amore curo, ne clades premat
Qui posteri horum sunt futuri, qui impiam

B Cædem suorum nuntient patrum, et scelus.
Sed ipse, o animæ pars meæ longe optima,
Ellice fruantur luce ne læta ætheris
Purum micantis, nec patere quid reliquum
Seminis amati a cæde tranquillum trahi.
Chr. Admitto, mulier, hæc, nec illa etiam improbo.
Et gratiam istam ut largiar tibi promptius,
Quæ vana non sit, plurimæ causæ movent:
Hunc ad scopum me dirigens prorsus, tibi
Nusquam abero, damni videris me vindicem
Illati, ab omni libera et cura et metu.
Deip. Papæ! inclytam mentem tuam, altam, nobilem!
O Nate, quam te nunc gravis dolor premit!
Invicta mentis sed manet constantia.

805 Ὅσην ἀεί μοι τὴν προμήθειαν φέρεις!
Ταῦτ' ἐννοηθεῖσ', ᾐσθόμην ἀβουλίαν
Πολλὴν ἔχουσα, καὶ μάτην λυπουμένη,
Μάτην θ' ἑαυτῇ πρὸς λόγους ἀρικόμην.
Ημι. Ἆ, ἆ! πολυστόνων ἄϊον ἰαχὰν γόων.
810 Φωνὴν ἔκλυον, ἔκλυον βοὰς στόνων.
Θεοκλυτεῖ τις δ' ὡς κακὸν ῥέξας μέγα,
Θεοκλυτεῖ δ' ὡς ἄρα δεινά τις παθών·
Καὶ μὴν ὁ κλεινὸς ἀπὸ δὴ στείχει Πέτρος
Σκυθρωπὸς, οἰκτρὸς, καὶ κατανενυγμένος.
815 *Θεοτό.* Τί, Πέτρε, θρηνεῖς; δεῖν' ἔπραξας, ἀλλ' ὅμως
Ἔτ' ἔστι καὶ σοὶ τῶνδε συγγνώμης τυχεῖν.
Ὦ Τέκνον, ὦ φίλτατον, ὦ Θεοῦ Λόγε,

A Σύγγνωθ', ἁμαρτεῖν δ' εἰκὸς ἀνθρώπον, Τέκνον
Καὶ Πέτρος ἐξήμαρτε τοὺς ὅρκους τρέσας.
820 *Χριστ.* Στείχουσα νῦν ἄπιθι, μῆτερ Παρθένε·
Λύω δὲ Πέτρῳ σφάλμα, χρῃζούσης σέθεν.
Καὶ γὰρ πάροιθεν σοῖς ἐπειθόμην λόγοις,
Σῆς εὐσεβείας κἀγαθῆς φρενὸς χάριν.
Καί μοι τὸ μὲν σὸν ἐκποδὼν ἔστω λόγος·
825 Ἔλκει δὲ καὶ δάκρυα πολλήν μου χάριν,
Καὶ πάντα λύει δεσμὸν ἁμπλακημάτων.
Σοί τ' αὖ παραινῶ μηδένα βροτῶν στυγεῖν,
Μηδ' οἵ μ' ἀπηώρησαν ἀνόμως ξύλῳ.
Θεοτό. Ὦροι, φρενὸς σῆς εὐαγεστάτης ἀεί!
830 Ὡς οὐδὲ πάσχων δυσμενεῖς τῷ γένει,

805 Quantam mihi semper curam impendis!
Hæc animo cogitans, agnovi imprudentiam
Magnam me habere, et frustra contristatam fuisse,
Frustraque his sermonibus me sum allocuta.
Semi. Ah, ah! lamentabilium audivi sonum gemituum,
810 Vocem audivi, audivi clamorem ingementium.
Deum invocat quis, quasi grande scelus admisisset
Deum implorat, ut qui gravia passus fuerit.
Et insignis quidem Petrus abhinc prosilit,
Vultum tristem gerens, flebilis, contritus.
815 *Deip.* Quid fles, Petre? atrocia fecisti, sed tamen
Adhuc potes horum veniam consequi.
O Fili, o dilectissime, o Dei Verbum,
Ignosce, Fili; consentaneum est homines errare:
Et Petrus deliquit turbam metuens.
820 *Christ.* Abi nunc, recede, Virgo parens;
Te rogante, suum Petro delictum remitto,
Nam et ante tuis obtemperavi verbis,
Propter tuam pietatem, bonamque mentem.
Et quatenus ad te pertinet, nulla sint amplius verba:
825 Lacrymæ autem plurimam ex me gratiam obtinent,
Et omne peccatorum solvunt vinculum.
Teque admoneo, nec ullum hominem extimescas,
Nequidem eos qui me inique ligno suspenderunt.
Deip. Hei mihi! quam tua mens semper sanctissima!
830 Ut etiam patiens, non es infenso erga homines animo,

806 *Ταῦτ' ἐννοηθεῖσ'*, etc. Sic Medea vers. 882, etc., se ipsam redarguit:

Ταῦτ' ἐννοηθεῖσ', ᾐσθόμην ἀβουλίαν
Πολλὴν ἔχουσα, καὶ μάτην θυμουμένη.

His animo agitatis, agnovi imprudentiam
Magnam me habere, et frustra iratam fuisse.

815 *Δεῖν' ἔπραξας*, etc. Sic Hippol. vers. 1325, etc. Diana Thesea, ob crudele filii sui fatum sibi diras imprecantem, affatur.

818 *Σύγγνωθ'*, etc. Ita fere vers. 615 Phædræ nutrix Hippolytum iratum demolcere conatur.

821 *Λύω δέ*, etc. Sic Hippol. Dianæ consiliis obtemperans vers. 1444 et 1445:

Λύω δὲ νεῖκος πατρὶ, χρῃζούσης σέθεν·
Καὶ γὰρ πάροιθε σοῖς ἐπειθόμην λόγοις.

Rixas vero cum patre susceptas dimitto, sic te volente:
Nam et ante semper tuis obtemperavi verbis.

824 *Ἔστω λόγος.* Reg. et Eurip. in *Med.* vers. 1222, unde hic versus desumptus est in sensum diversum, ἔστω λόγου, quasi, *desine rogare*, quippe cujus exaudita est oratio.

METRICA VERSIO.

Ut tu usque profers quæ mihi ad prudentiam
Faciant magis! quæ propius expendens scio
Supra modum me stultam, et hinc animum meum
Frustra dolore macerasse et lacrymis,
Dixisse frustra verba quæ dixi impotens.
Semi. Ah! qui frequentes usque adeo gemitus meas
Volant in aures, triste tam longum insonans
Hic unde planctus? audio certe, audio
Vocem doloris indicem tristissimi.
Deum aliquis isthic, dira tanquam admiserit,
Implorat; aliquis dura tanquam perferens,
Miserabili fletu Dei auxilium invocat.
Atqui iste clarus Petrus olim, prosilit
Vultu horrido atque flebili, animo saucius.
Deip. Quid, Petre, luges? triste dirumque id quidem
Quod perpetrasti, non tamen venia excidit.
O Nate chare, o Nate mi, o Verbum Dei,

B Peccare cum sit insitum homini, ignoscito
Quod Petrus in te admisit: admissum id metu
Turbæ irruentis, et frementis turbidum.
Chr. Jubeo nihil te hic anxiam, o Virgo parens;
Condono Petro quidquid est lapsus tua
Vel unius causa; nam et ante etiam tibi
Es me obsequentem experta semper Filium.
Quæ tui erat animi gratia integri et pii.
Hæc verba porro a me tua hinc aufer, parens.
Hoc scito, lacrymis gratiam meam elici,
His arcta scelerum vincla dissolvi omnium.
Proinde te hortor et moneo, mortalium
Ne in quemquam odia geras, vel etiam non in [hos
Qui me tam iniquam sustulerunt in crucem.
Deip. O, o stupendum nobilis mentis genus!
Sic compares te extrema patiens, ut tamen

Οὐδὲ προσηλώσασιν ὀργίζῃ ξύλῳ!
Τίς γὰρ ἂν ἔτλη θυμὸν ὀργῆς σου, Τέκνον;
Ἢ τίς ἀγανάκτησιν ὑπέστη σέθεν;
Χρι. Ἀπιθ', ἀπιθι δυσμενῶν νῦν ἐκ μέσου.
835 Ὑπερ γὰρ οὗνεκ' εἰς ἐμοὺς ἥκεις λόγους;
Τὰ μὲν πέπρακται, τῶν δ' ἐγὼ μνησθήσομαι.
Ἐνταῦθα μέν σε τῶνδ' ἀπαλλάσσω λόγων.
Θεστό. Ἄραρεν, ὡς ἔοικεν, ὦ τάλαιν' ἐγώ!
Αἲ, αἲ! τίν' ἐκφωνεῖς φρικώδη τήνδ' ὄπα,
840 Γλυκασμὸς ὢν, ὅλως δὲ καὶ θυμηδία;
Τίνος γε δι' ὤτων ἀπεγεύσω πικρίας;
Αὖθίς τε δι' ὤτων κάρτα κέκραγας μέγα.

A *Χορ.* Κραυγῆς ἀκούσας' ἐκπέπληγμαι παντλάμων
Ἐγώ. Τὸ μὲν τί πρᾶγμ', ἐφ' ᾧ τὰ νῦν στένεις;
845 Οὐκ οἶδα, βουλοίμην δ' ἂν ἐκ σέθεν κλύειν.
Φθέγξαι τι δεῦρ', ἄθρησον· ἰώ μοι κακῶν!
Τί τὸ σὸν ὄμμα, χρώς τε συντέτηκε νῦν;
Θεστό. Σιγήσατ', ὦ γυναῖκες, ἐξειργάσμεθα,
Ἐπίσχετ' αὐδήν· Ἡαῖδ' ἐρωτῆσαι θέλω·
850 Ὁρῶ γὰρ ἤδη τόνδε πλησίον μόρου.
Ναὶ, ναὶ βλέπω κλίναντα πάντιμον κάραν,
Μικρὰν λιπόντα ῥᾳδίως ὁμιλίαν.
Ἔα! τί λεύσσω; σὸν δέμας νεκρὸν, Τέκνον,
Ἀθρῶ· μεγίστου θαύματος τόδ' ἄξιον·

Neque iis qui te crucifixerunt, irasceris!
Quis enim, o Fili, iræ tuæ ferat impetum?
Aut quis indignationem tuam sustinuit?
Christ. Elabere nunc e medio inimicorum.
1256-1257 835 Quorum enim causa me allocuta es,
Alia peracta sunt, aliorum ego recordabor.
Hic autem hisce sermonibus te libero.
Deip. Statutum est, ut videtur, o me miseram!
Ah, ah! quam tremendam exprimis vocem,
840 Tu ipsa dulcedo, ipsa voluptas animi?
Quidnam amari sitiens degustasti?
Iterum te sitire magnopere inclamasti.
Chor. Clamorem audivi, me miseram! metu percellor.
Quid est, quo nunc ingemiscis?
845 Nescio, cuperem vero ex te audire.
Alloquere igitur, respice: hei mihi! quæ mala!
Qui tuus oculus, et oris tui color jam nunc contabuerunt?
Deip. Silete, mulieres, perditæ sumus,
Cohibete vocem; Filium meum volo interrogare:
850 Nam morti eum jam proximum video.
Jam jam venerandum caput demittentem intueor,
Quem pauca illa loquentem sermo defecerit.
Eia! quid video? tuum corpus mortuum, Fili,
Contemplor; hoc dignum est maxima admiratione:

835 Ὑπερ γάρ, etc. Ita fere Medea vers. 932, etc., Jasoni respondet:

Ἀλλ' ὑπερ οὗνεκ' εἰς ἐμοὺς ἥκεις λόγους,
Τὰ μὲν λέλεκται, τῶν δ' ἐγὼ μνησθήσομαι.
Cæterum quorum causa mecum in colloquium ve- [*nisti,*
Ea partim quidem dicta sunt, partim vero dicentur.

838 Ἄραρεν, etc. Sic fere Hippol. vers. 1090, Thesenm patrem suum alloquitur:

Ἄρηρεν, ὡς ἔοικεν, ὦ τάλας ἐγώ!
Statutum est, ut videtur, o me miserum!

839 Ἐκφωνεῖς. Ita Reg. H. n. Edit. ἐκφωνεῖ.

845 Κραυγῆς ἀκούσας, etc. Ita fere Hippolyt. irato patri suo occurrit his verbis, vers. 902, etc.:

Κραυγῆς ἀκούσας σῆς, ἀφικόμην, πάτερ,
Σπουδῇ. Τὸ μέν τοι πρᾶγμ', ἐφ' ᾧτινι νῦν στένεις,
Οὐκ οἶδα· βουλοίμην δ' ἂν ἐκ σέθεν κλύειν.
Audiens tuum clamorem, pater, veni
Celeriter. Sed tamen rem, propter quam nunc ge- [*mis,*
Non novi: cuperem autem ex te audire.

848 Σιγήσατ', etc. Sic ibid. Phædra fere iisdem vocibus, Hippol. vers. 565:

Σιγήσατ', ὦ γυναῖκες, ἐξειργάσμεθα.
Ἐπίσχετ', αὐδὴν τῶν ἔσωθεν ἐκμάθω.
Tacete, mulieres, perditæ sumus.
Cohibete vos, ut cognoscam clamorem illorum qui [*intus sunt.*

852 Μικρὰν. Ita Reg. H. n, quæ profecto optima est lectio. Non enim μακρὰ ὁμιλία, *longum colloquium* fuit Christi in cruce pendentis. Perpauca namque locutus est. Apte sensum expressit Roill. *Linguam suam pressit.* Edit. μακράν.

854 Μεγίστου θαύματος, etc. Sic et Hippol. vers. 906, etc., Phædram intuens mortuam stupet.

METRICA VERSIO.

Non sis iniquo animo in eos, qui te neci
Dedere, nihil his excitus succenseas,
Quorum manu sis fixus in ligno crucis?
Nam quis furoris sustineat iram tui,
O Nate? vel quis turbidum vultum ferat?
Chr. Quin hinc abi jam, atque hostium ex medio [*cripe.*
Peracta jam sunt de quibus mecum modo
Es collocuta, nec mihi unquam illa excident:
Et te his molestis vocibus levavero.
Deip. Ita video facto esse opus, o miserrima!
Ah, ah, quid istam, mel merum, et suavitas
Jucunda totus, tam tremendam detonas
Vocem? quid istud quod gravi oppressus siti

B Gustasti amarum, quod sitire te edita
Sic es professus voce? *Chor.* Qui me perculit
Exceptus aure clamor, omnem sustulit
Mihi pene sensum, et ego inscia id sum quod gemis:
Didicisse vellem; loquere, tum ad me respice;
Hei mihi! colorem sic tui oris, et oculi
Contabuisse quæ fuisset gratiam?
Deip. Silete, o mulieres, perimus funditus:
Comprimite vocem, Filium ut ego interrogem
Nam morti eum jam proximum video, et caput
Demisit ille nobile, et linguam suam
Pressit. Age, quid video? tuum, o Fili, tuum
Exsangue corpus mortuumque conspicor
Res mira, voce qui sua clamans Patrem,

855 Ὡς ἀρτίως κέκραγε πρὸς τὸν Πατέρα,
Φωνῇ κραταιᾷ γεῖσσα γῆς ταραξάσῃ,
Οὗ πᾶσα μὲν χθὼν φθέγματος πληρουμένη
Φρικώδες ἀντεφθέγξατ' · εἰσορῶσι δὲ
Θέαμα κρεῖσσον ὀμμάτων ἐφαίνετο ·
860 Ὃν ἀρτίως ἔδρακον ὡς φάος τόδε.
Οὔπω χρόνον παλαιὸν εἰσεδέρκετο.
Τί χρῆμα πάσχεις; τῷ τρόπῳ διόλλυσαι,
Τέκνον; πυθέσθαι βούλομαι σέθεν πάρα.
Ἡ γὰρ ποθοῦσα καρδία πάντ' εἰδέναι,
865 Κἀν τοῖς κακοῖσι λίχνος γ' οὖσ' ἁλίσκεται.

A Ἔ, ἔ, ἔ, ἔ, ἔ, ἔ!
Τάδε ξυνῳδὰ τοῖς προηγορευμένοις·
Αἴ, αἴ! τί δράσω; καρδία καὶ σύγκαμαι.
Γυναῖκες, ὄψιν οὐχ ὁρῶ φαιδρὰν Τέκνου·
870 Χροιὰν γὰρ ἠλλάξατο, καὶ κάλλος ξένον.
Δεινὸν θέαμα· καὶ φόβος νεκροῦ θίγειν.
Διδάσκαλον φέρω γὰρ ἀστέρων πάθος,
Γῆς γεῖσσα σαλευθέντα, ῥαγείσας πέτρας.
Χωρεῖτε, χωρεῖτ', οὐκ ἔτ' εἰμὶ προσβλέπειν
875 Οἷα πρὸς αὐτόν· ἀλλὰ νικῶμαι πόνοις.
Καὶ ξυνιῶ μὲν, οἷα ταῦτ' ἔσται τάχει·

855 Qui modo clamavit ad suum Patrem
Ingenti voce telluris penetralia concutiente,
Cujus voce plena omnis terra
Horridum reboavit: omnium autem
Aspectus ejus oculos superare videbatur:
860 Quem modo, ut solis jubar, videbam.
Nondum ad veteres et seniles annos pervenerat.
Quid tibi accidit? quomodo periisti,
Fili? volo ex te audire:
Animus enim cupiens omnia audire,
865 Et in malis aliorum audiendis avidus esse deprehenditur.
Æ, æ, æ, æ, æ, æ!
Hæc consona sunt iis quæ fuerunt prædicta.
1258-1259 Ah, ah! quid faciam? cor enim mihi deperit.
Mulieres, lucidam Filii faciem non video;
870 Colorem enim et eximiam pulchritudinem immutavit,
Horrendum spectaculum; metuunt omnes mortuum attingere.
Docent me astrorum luctus,
Concussa terræ viscera, et illisa saxa.
Ite, ite, non amplius intueri
875 Ipsum queo; sed laboribus fatisco.
Novi equidem, quæ brevi sint eventura:

856 *Φωνῇ κραταιᾷ*, etc. In editionibus Hervagii et Wechelii sic versiculus iste legitur: φωνὴ κρατεῖ δὲ γεῖσσα γῆς σπαραξάσης. Qua lectione constat metrum, quod in Paris. Edit. vitiosum est. Una namque syllaba longior est versus. Delevimus δέ, quod redundat, et legimus ut in Reg. cod. ταραξάσῃ.

859 *Θέαμα κρεῖσσον*, etc. *Ita splendescebat, ut ejus fulgorem oculi ferre non possent.*

860 *Ἔδρακον*. Ita Reg. Mendose editi ἔδραμον. Ita fere ibid. Hippol. at sensu diverso de Phædra ait:

Ἦν ἀρτίως ἔλειπον εἰς φάος τόδε.

Quam modo reliqui in hac luce.

861 *Οὔπω χρόνον*, etc. Int. Eurip. ibid. vers. 908: *Non multo ante intuebatur hanc lucem.*

862 *Τί χρῆμα πάσχεις;* Ita fere Hippol. de Phædra, ibid. vers. 909, Theseum interrogat:

Τί χρῆμα πάσχει; τῷ τρόπῳ διόλλυται;
Πάτερ, πυθέσθαι βούλομαι σέθεν πάρα.

Quid accidit ei? quomodo periit?
Pater, volo ex te audire

864 *Ἡ γὰρ ποθοῦσα*, etc. Sic infra vers. 2119, et Hippol. vers. 912 et 915, ipsismet verbis.

867 *Τάδε ξυνῳδά*, etc. Ita supra vers. 450, 451, 754.

868 *Αἴ, αἴ! τί δράσω*, etc. Ita supra vers. 452 et 682.

869 *Γυναῖκες*, etc. Ita supra vers. 694 et 695.

871 *Δεινὸν θέαμα*, etc. Ita fere Med. vers. 1202 et 1205, nuntius cædem Glaucæ quam duxerat Jaso, a Medea perpetratam refert:

Δεινὸν θέαμα· πᾶσι δ' ἦν φόβος θίγειν
Νεκροῦ. Τύχην γὰρ εἴχομεν διδάσκαλον.

Horrendum spectaculum: omnes vero metuebant attingere
Cadaver. Fortunam enim habebamus magistram.

874 *Χωρεῖτε, χωρεῖτ'*. Sic Medea vers. 1076 et seqq. ipsismet verbis filios suos compellat.

876 *Καὶ ξυνιῶ*, etc. Ita supra vers. 720, etc.

METRICA VERSIO.

Penetravit ima terræ hiantis viscera,
Ut tota tellus plena clamore, horridum, et
Triste reboaret, cujus aspectus modo
Omnium oculos vincebat aspectantium,
Ut lumen ejus solis æquaret jubar,
Repente toto lumine exstincto occidit.
Quid pateris, aut quo jam modo, o Fili, peris?
Responde, id a te fac supremum ut audiam.
Nam nosse dum mens omnia expetit, in malis
Avida notatur, et satis non provida.
Æ, æ, æ, æ, æ, æ!

B At ista vatum congruunt sermonibus.
Ah, ah! quid ineptem? occido misera penitus
Jam non serenum cerno vultum Filii:
Sic forma rara, sic decens pulchri color
Mutatus oris, o ferum spectaculum!
Quin corpus etiam exsangue tractare horreo.
Id ipsa luctu perdita astra me docent,
Concussa saxis erutis terræ specus.
Vos, ite, procedite: nequeo illum amplius
Sic intueri: casibus vincor meis.
Et ut futura post brevi quæ sint sciam,

Λύπη δὲ κρείσσων καὶ βεβαίας ἐλπίδος.
Ἁΐ Παντάνακτος πῶς εἰς ᾍδου νῦν δόμους
Οἴχῃ, μόρων ἔκητι τῶν πρωτοσπόρων ;
Αἴφνης δ' ἀπέπτης, ὡς μεθεὶς ἑκουσίως
Ψυχήν· μόρος γὰρ οὔποτ' ἦν ὑπέρτερος,
Εἰ μὴ μεθῆκας Πατρὶ πνεῦμ' ἑκουσίως.
Ἤκουσ', ἔκλυον σὴν ὅπα πρὸς Πατέρα.
Τίνος δ' ἔκητι γῆς σ' ἀποστέλλει Πατήρ;
Τί σ' ὧδ' ἀτίμως ἠθέλησε τεθνάναι ;
Τί τὴν τεκοῦσαν μητέρ' ὀρφανὴν σέθεν
Τέθεικας ; οἴμοι ! συνθάνοιμί σοι, Τέκνον.
Ἰδοὺ τέθνηκας, τίς με δέξεται πόλις ;

A Τίς γῆν ἄσυλον, καὶ δόμους ἐχεγγύους
Ξένος παρασχὼν, ῥύσεται δέμας τόδε ;
Οὐκ ἔστι. Μεῖνω σ' οὖν ἔτι σμικρὸν χρόνον,
Ἣν τριττὸν ἦμαρ λαμπροφεγγὲς εἰσίδω.
Ὡς αὐτὸς εἶπας νεκρέγερσιν μηνύων,
Κἀγὼ πέποιθα, καὶ στέγω ταῖς ἐλπίσι.
Κἂν νῦν νέκυν βλέπουσ' ἀπῳωρημένον,
Στένω μὲ μᾶλλον, ἢ σὲ, τῆς ἀπουσίας·
Ἀπώλεσας γὰρ μᾶλλον, ἢ κατέφθισο.
Εἰ γὰρ γενοίμην, Τέκνον, ἀντὶ σοῦ νεκρός!
Ὤλωλα, Τέκνον, οὐδέ μοι χάρις βίου.
Αἴ, αἴ! κατ' ὄσσων κιχάνει μ' ἦδη σκότος.

Luctus autem spem vel firmam vincit.
O Fili supremi Regis, quomodo nunc in inferi domos abis,
Ut protoparentes morte sibi debita eximas?
Evolasti derepente, ut qui sponte dimiseris
Animam : nunquam enim mors prævaluisset,
Nisi Patri ultro spiritum tradidisses.
Audivi, audivi vocem qua Patrem allocutus es.
Cur a terra te ablegat Pater?
Cur te ita ignominiose voluit emori?
Cur matrem, quæ te genuit, orbatam te
Facis? hei mihi! tecum, Fili, commoriar?
Te mortuo, quæ urbs me excipiet?
Quis angulum terræ inviolabilem, tutasque domos
Præbens hospes, corpusculum hoc deinde tuebitur?
Nullus erit. Paululum ergo te exspecto,
Cum tertiam diem claro sidere radiantem videro.
Sic ipse dixisti, resurrectionem tuam significans;
Ita etiam confido, et spe innitor.
Etiamsi te mortuum ac pensilem intuear,
Doleo magis meam vicem, quam tuam, ob tui absentiam.
Perdidisti enim mortem potius, quam ipse corruptus es.
Utinam pro te, Fili, mortuus essem!
Perii, Fili, nec ulla mihi voluptas est vitæ.
Ah, ah! jam oculos meos apprehendunt tenebræ;

877 *Λύπη δὲ κρείσσων.* Ita supra vers. 745.

881 *Μόρος γάρ.* Ita fere Med. vers. 1219, nuntius Ægei ipsius parentis necem luget :

. . . Κακοῦ γὰρ οὐκέτ' ἦν ὑπέρτερος.
. . . *Non enim amplius malo erat superior.*

Hic plura omisit Roill., alia male reddidit.

884 *Γῆς σ' ἀποστέλλει. A mundo amandat*, non ut Roill. *Huc misit.*

885 *Τί σ' ὧδ' ἀτίμως*, etc. Ita supra vers. 712 et Med. vers. 1208.

886 *Τί τὴν τεκοῦσαν*, etc. Ita fere Med. vers. 1209 et 1210, nuntius Ægeum ingemiscentem de tristi filiæ suæ fato, inducit :

Τίς τὸν γέροντα τύμβον ὀρφανὸν σέθεν
Τίθησιν ; οἴμοι ! συνθάνοιμί σοι, τέκνον!

Quis me senem silicernium orbatum te
Facit? hei mihi! utinam tecum moriar, filia!

892 *Λαμπροφεγγὲς εἰσίδω.* Ita Reg. II. u. Editi λαμπροπρεπὲς ἐσίδω.

896 *Ἦ σὲ, τῆς.* Ita legendum pro ἢ σε γάρ, quod est vitiosum in editis. Ita fere vers. 1409 Hippol. Theseum patrem suum alloquitur :
Στένω σὲ μᾶλλον, ἢ μὲ, τῆς ἁμαρτίας.
Doleo magis tuam vicem quam meam, propter hoc [erratum.

897 *Ἀπώλεσας.* Combefisius mallet legere ἀπώλεσα, *amisi, potius quam ipse corruptus es.* Exstat ἀπώλεσας apud Eurip. Hippol. vers. 859.

898 *Εἰ γὰρ γενοίμην.* Ita Theseus Hippol. vers. 1410 et 1408.

900 *Αἴ, αἴ! κατ' ὄσσων.* Ita fere Hipp. ad Theseum patrem suum, vers. 1444 et 1447.

METRICA VERSIO.

Tristitia tamen est spe mihi solida prior.
O Nate summi Regis, ecquid nunc abis
In Ditis ædes, debita ut primo patri
Æterna mortis supplicia detorqueas?
Atque hinc repente, ut sponte dimissus tua
Quasi avolasti? audita vox tua ad Patrem.
Cujus rei te gratia huc misit Pater?
Cur te tam abhorrenda cruce voluit mori?
Et cur eam, quæ te dedit luci parens,
Orbam esse cogis? commori liceat tibi
O chare Fili. Mortuo te quis locus
Excipiet, et quæ terra asylum erit mihi?
Quis hospes ædes in ruentis impetum
In me recludens, corpus istud proteget?

B Nullus erit. Ergo paululum exspectans diem
Hunc candidum, illustremque tertium, excitus
Quo te e sepulcro et morte, redivivus mihi
(Dixisti ut olim) appareas, fulta optima
Spe duro. Quamvis in crucem actum et mor- [tuum
Te, Nate, cernam, non tua tam gratia
Nunc ingemisco, quam mea, quando tui
Mihi carendum fuerit. Hinc nam verius
Sublatus, aliqua parte quam corruptus es.
Atque utinam, o Nate, morte mutassem mea
Quam tu subisti. Jam occidi, o Fili; mihi
Vitæ voluptas nulla restat funditus.
Ah! oculus atra obducitur caligine.

Ὄλωλα, καὶ νῦν νερτέρων πρὸς δόμους.
Τὸ κατὰ γᾶς θέλω, τὸ κατὰ γᾶς κνέφας
Τὰ νῦν μετοικεῖν, σῆς θέας στερουμένη.
Δύστηνος, οἷον ἔσχον ἆρτ' ἄλγημ ἐγώ!
Οὐ τλητόν, οὐδὲ ῥητόν. Ἀλλ' ἀπωλόμην.
Πῶς δ' ἐξ ἀναύδου, καὶ μύσαντος ὄμματα,
Ἔξω παρηγόρημα, μήτηρ παντλάμων;
Ἄλλως σ' ἄρ' αὐτὴ, Τέκνον, ἐξεθρεψάμην,
Ὡς τὴν τροφὴν ἅπασι δαψιλῶς νέμεις;
Μάτην τ' ἐμόχθουν, καὶ κατεξάνθην πόνοις,
Φεύγουσα χεῖρας τῶν φονώντων σου, Τέκνον,

A Ἀρχῆς ἀπ' ἄκρης σῶν ξένων γενεθλίων,
Ἀλλ' οὐκ ἐγῷμαι, κἂν στένω, κἂν δακρύω.
Ἐγώ σ' ἔτικτον, οἶδα δ' ὡς ἐγεινάμην.
Ὅθεν ποθ' ἡ δύστηνος εἶχον ἐλπίδας
Ἐν σοὶ μεγίστας, γηροβοσκήσειν τ' ἐμὲ,
Καὶ κατθανοῦσαν χερσὶν εὖ περιστελεῖν,
Ζηλωτὸν ἀνθρώποισιν. Ἡ δ' ὄλωλέ μοι
Ἐλπὶς γλυκεῖα, σοῦ, Τέκνον, τεθνηκότος.
Ὦ φθέγμα γλυκὺ, γλυκὺ χάρμα μοι φέρον,
Ὦ φιλτάτη πρόσοψις, ὦ ποθουμένη
Ὡραιότης ἀῤῥήτος ὑπὲρ πᾶν γένος,

Perii, et jam desidero portas inferorum.
1260-1261 Sub terra volo, sub terra caliginem hinc
Migrans habitare, tuo aspectu privata.
Infelix, qualem experior dolorem!
905 Intolerandum, infandum. Verum interii.
Quomodo ex eo qui mutus est, et oculos clausit,
Solatium habebo, parens miserrima.
Frustra igitur te, o Fili, educavi,
Qui omnibus escam munificentissime distribuis?
910 Frustra igitur laboravi, et confecta sum laboribus,
Effugiens manus eorum qui tibi necem, Fili, machinabantur,
Ab ipsismet incunabulis tui ortus inauditi?
Haud arbitror, etiamsi gemam, etiamsi lacrymer.
Genui te, et quomodo genuerim, novi.
915 Unde olim infelix habui spes
In te magnas, foret ut senio gravem me nutrires,
Et mortuam manibus recte componeres
(Felicitatis causa) æmulandam hominibus. Verum periit mihi
Spes dulcis, te mortuo, Fili.
920 O dulce colloquium, suave gaudium mihi afferens,
O vultus dilectissime, o valde exoptata
Pulchritudo ineffabilis, genus omne exsuperans,

902 *Τὸ κατὰ γᾶς θέλω.* Sic Hippol. præ nimio dolore Theseus ait :

Τὸ κατὰ γᾶς θέλω, τὸ κατὰ γᾶς κνέφας
Μετοικεῖν, etc.

Sub terra volo, sub terra caliginem
Hinc migrans habitare.

905 *Οὐ τλητόν.* Ita supra vers. 715. Ita Theseus exclamat Hipp. vers. 846.

906 *Πῶς δ' ἐξ ἀναύδου, καὶ.* Sic infra vers. 1330, et Med. vers. 1183, nuntius Glaucen Creontis filiam jamjam morituram describit :

Ἡ δ' ἐξ ἀναύδου καὶ μύσαντος ὄμματος.
Illa ex muta, et quæ clauserat oculos.

908 *Ἄλλως σ' ἄρ' αὐτή.* Ita fere ibid. Medea filios suos alloquitur vers. 1029 :

Ἄλλως ἄρ' ὑμᾶς, ὦ τέκν', ἐξεθρεψάμην.
Frustra igitur vos, o filii, educavi.

910 *Μάτην τ' ἐμόχθουν.* Sic infra vers. 1334, et ibid. Med. vers. 1030 : sic et Troad. vers. 755 queritur Andromache.

912 *Ἀρχῆς ἀπ' ἄκρης.* Sic infra vers. 1335 et 1822.

913 *Ἀλλ' οὐκ ἐγῷμαι.* Hoc versu patet proxime superiores per interrogationem dictos reddendosque esse.

915 *Ὅθεν ποθ' ἡ.* Ita fere Medea filios suos compellat vers. 1032 :

Ἦ μήν ποθ' ἡ δύστηνος εἶχον ἐλπίδας
Πολλὰς ἐν ὑμῖν, γηροβοσκήσειν τ' ἐμὲ,
Καὶ κατθανοῦσαν χερσὶν εὖ περιστελεῖν,
Ζηλωτὸν ἀνθρώποισι. Νῦν δ' ὄλωλε δὴ
Γλυκεῖα φροντίς.

Profecto quondam infelix habui spem
Magnam in vobis sitam, fore ut senio gravem me
[*nutriretis,*
Et mortuam manibus recte componeretis
Felicitatis causa æmulandam hominibus. Nunc
[*vero jam periit*
Hæc dulcis cura.

METRICA VERSIO.

Interii, et imas noctis æternæ domos
Exspecto cupida: nunc mihi nil est prius,
Quam quæ in obscuro manium latent specu
Terram sub ipsam obducta tenebris plurimis
Subire, quando privor aspectu tuo.
Quam non ferendum, et quam nefandum pertuli
Misera dolorem modo! vah! occidi, occidi.
Et qui parentem me suam miserrimam
Soletur ille, cui gelida mors lucidos
Occlusit oculos morte, vocem sustulit?
Te, Nate, larga cæteris qui suggeris
Alimenta dextra, Nate mi, frustra parens
Eduxi, et olim stulta me laboribus
Non profuturis defatigavi, fuga

B Vitare tentans, quos tuæ vitæ, tuum
Primum sub ortum, perditi struerent viri
Enses manusque: verum id absit, tristius
Ut multa ducam lacrymans suspiria.
Ego tibi mater, more quo tamen scio :
Unde erigebar maximam in spem, ut me senem
Adultus aleres; morte defunctam, manu
Pia involutam linteo urnæ traderes,
Quondam beatam habitam, o supra mortalium
Natos decore, sed mihi te Filio
Exstincto, illa spes dulcis omnis concidit.
O sermo suavis, gaudium merum mihi
Semper procurans, lumen o lepidissimum,
O expetita, et singularis candidi

Εἰκὼν ἄγραφος ἀγράφου μορφώματος,
Πῶς νῦν στυγνάζεις; οὐ φέρω βλέπουσά σε.
925 Πῶς, πῶς σιγᾷς νῦν, οὐδ' ἀπανοίγεις στόμα;
Δὸς φθέγμα μοι, δὸς, δὸς παρηγόρημά μοι·
Φθέγξαι τι μικρὸν μητρὶ δυστήνῳ, Τέκνον.
Ναὶ, Τέκνον, οἶδα τὸν Θεόν μου, κἂν φέρῃς
Θάνατον οἰκτρὸν, ἀθανατίζοντά με,
930 Θάνατον, ἀθάνατον ἄγοντα κλέος,
Καὶ χάρμα παντὶ τῷ βροτῶν γένει μέγα.
Theol. Τέτλαθι, παγκοίρανε, μαιμῶσα κλάειν·
Ἑκὼν γὰρ ἔτλη πότμον, οὔκουν ἀέκων,
Ὡς παμφάγον νῦν καββαλὼν αἶσαν, γένει
935 Ἐκδικος ἔλθῃ, Δεσπότης παντεργάτης,

A Λέβητι χρυσέῳ δὲ πέπτων μοι δέμας,
Σοφῇ προμηθείᾳ με ξενίσῃ ξένως.
Λυγρὸν γὰρ ἀπὸ γῆρας εὐφυῶς ξέσας,
Ἀνθρωπολοιγοῦ παμπαλαιᾶς μοι λύπης,
940 Κοῦρον φίλον θήσειεν ἡβάοντά με·
Ὡς νῦν κάκιστον γῆρας ἅπαντας τρύχει,
Ναὶ, ναὶ, τρύχει γῆράς με πημάτων βάρει
Λώβης παλαιᾶς μητρὸς ἠπατημένης·
Ἀλλ' αὐτὸς ἀλύξαι με πημάτων ἔφη,
945 Αὖθις πρὸς αὐτὴν μητέρα στρέψαιτ' ἐμὴν,
Καὶ γαῖαν, οἶκόν θ', ὃν προδοῦσ' ἀφίκετο
Βουλαῖς ἀνάγνοις θηρὸς ἠγριωμένου,
Ἐς τήνδε γαῖαν, μητέρα στεναγμάτων,

Imago, quam pingere nemo possit, formæ quæ nullis ducta sit lineis,
Quomodo nunc afficeris tristitia? te intueri non sustineo.
925 Quomodo, quomodo nunc siles, neque os aperis?
Da mihi verbum, da, da mihi solatium:
Alloquere paululum miseram parentem, o Fili.
Namque te, Fili, Deum meum novi, etsi subeas
Necem miserandam, quæ mihi præstat immortalitatem,
930 Necem, quæ gloriam æternam largitur,
Et lætitiam ingentem universo hominum generi.
Theolog. Esto forti animo, omnium domina, animi anxia et exæstuans.
Libens enim, et non invitus mortem subiit,
Ut mortem omnia vorantem proculcans, hominibus
1262-1263 935 Vindex adsit, Dominus omnium benefactor,
Et in vase aureo corpus hoc meum coquens,
Sapienti providentia me novo modo renovet.
Cum enim tristem senectam optime radens liberaverit
Ab hoc meo vetusto dolore, qui hominibus nocet,
940 Juvenem amabilem ac repubescentem me exhibebit;
Senectus enim pessima nunc omnes opprimit,
Et me senium gravat, malorum pondere,
Quibus ortum dedit antiqua seductæ matris noxa;
Sed ipse promisit ut me malis eximeret,
945 Iterumque ad ipsam parentem meam reduceret,
Et ad terram, domumque ex qua ob peccatum ejecta fuit
Scelestis efferæ bestiæ consiliis,
Ad hancce terram, suspiriorum matrem,

925 *Εἰκὼν ἄγραφος. Imago non picta, ejus formæ quæ nullis ducta pictaque sit lineis*; Deus scilicet ex Deo, in quem nihil ejusmodi cadit.

945 *Αὖθις πρὸς αὐτήν.* Editi αὖθις τὴν πρὸς αὐτήν. Versus uno pede redundat. Ita fere nutrix Medeæ vers. 50 et seqq.:

Ἦν μή ποτε στρέψασα πάλλευκον δέρην,
Αὐτὴ πρὸς αὐτὴν πατέρ' ἀποιμώξῃ φίλον,
Καὶ γαῖαν, οἴκους θ', οὓς προδοῦσ' ἀφίκετο
Μετ' ἀνδρὸς ὅς σφε νῦν ἀτιμάσας ἔχει.
Ἔγνωκε δ' ἡ τάλαινα συμφορᾶς ὕπο,
Οἷον πατρῴας μὴ 'πολείπεσθαι χθονός.

Nisi quando vertens candidam cervicem
Ipsa apud sese deploraverit patrem suum,
Et terram, et ædes, quibus relictis, venit huc
Cum marito, qui nunc contumelia affecit eam
Et misera agnovit ob ipsam calamitatem,
Quid sit non deserere terram patriam!

METRICA VERSIO.

Oris venustas, nulla qua generis prior
Humani, imago picta nunquam lineis
Ductis ad aliquem pictæ imaginis typum,
Ut nunc ex ore tetro et aspectu horreo
Te conspicata, nec pati aspectans queo.
Quid ore clauso, Nate, mutus obtices?
Tu redde vocem aliquam mihi, da quod meam
Soletur ægritudinem: matrem unico
Affare verbo, Nate, miseram atque anxiam.
Agnosco te certe Deum meum, ut feras
Nunc mortem acerbam, vindicem natum mihi
A morte: mors hæc quam subis est gloriæ
Nunquam occidentis causa, et hujus gaudii
Quod maneat ingens stirpis humanæ genus.
Theol. Ponito dolori et luctui modum, o hera:
Nam non coactus, sponte sed sua occidit,

B Ut morte victa, cuncta quæ prosterneret,
Vindex benignus adsit, et rex præpotens
Et vase in aureo corpus hoc meum coquens
Renovansque, docta me novum prudentia
Miraque faciat arte: ubi deterserit
Pestem senectam carnificis acerrimi
Doloris, is me pube grata vestiet:
Nam nunc senectus pessima omnes opprimit,
Et me malorum pondere senium gravat
Noxa ex parentis veteris. At se liberum
Me redditurum dixit omnibus a malis,
Meque rediturum esse ad meam matrem, et domum,
Terramque, quam cum perdidisset, impiis
Diræ efferæque bestiæ dolis, in hanc
Terram parentem luctuum venit, suo
Cum conjuge, ante quem gravi cum injuria

Μετ' ἀνδρὸς, ὃν πρὶν ἤδ' ἀτιμάσας' ἔγνω·
950 Ἔγνω γὰρ ἡ τάλαινα συμφορῶν ὕπο,
Οἷον τὸ λιπεῖν οὖθαρ ἀρούρης πάθος·
Καὶ τοῦδ' ἕκητι πάνθ' ὑποστῆναι θέλειν
Αὐτὸς προεῖπε, καὶ θέλων ἔτλη μόρον·
Ἥματι τριτάτῳ δ' ἀνέγρεσθαι τάφου,
955 Μύσταις φίλοις φέροντα χάρμα καὶ μέγα.
Εἰδώς τε ταῦτα πάντα, πρὶν σαφῶς ἔφη.
Ἤδη δ' ἔχει σύμπαντα ταῦτα νῦν τέλος,
Λείπει δὲ γηθόσυνον ἦμαρ καὶ μόνον,
Καὶ τοῦτο νῦν μελοῦμεν, ἔσται δ' ὡς ἔφη.
960 Ὁ γὰρ τὰ λυπρὰ νητρεκῆ νῦν γνωρίσας,
Καὶ χάρμα δείξει λαμπρὸν ἥματι τρίτῳ.
Οἶδάς τε σὺ μάλιστα τέρμα δρωμένων·

A Θήσει δὲ, λύπης ἀντὶ τῇδε καὶ γόων,
Τιμὰς μεγίστας ἀνὰ γῆν σοι καὶ πόλον,
965 Πλήσει τε πᾶσαν γαῖαν ἐνδόξων λόγων,
Ναοὺς τέ σοι τεύξουσι τὸ βροτῶν φῦλον.
Θᾶττον γὰρ ἀντὶ τοῦδε δυσσεβοῦς φόνου
Σεμνὴν ἑορτὴν τῇδε γῇ προστάξεται,
Καὶ γῆν Σολύμων ἱερὸν τεύξει πέδον·
970 Ὧν οὕνεκα χρὴ μὴ μέτρου θρηνεῖν πέρα.
Μὴ δῆτα γοῦν, δέσποιν', ἀφέρτατα στένε,
Οὔτ' ὄμμ' ἐπαίρουσ', οὔτ' ἀπαλλάσσουσα γῆς
Πρόσωπον, οὐ βλέφαρα δακρύων ῥοῆς.
Ἕως πότε στρέψεις δὲ κάτω τὴν δέρην,
975 Ῥοαῖς καταρδεύουσα τὴν γῆν δακρύων;
Ἔνδικον ὄμμα παντεπόπτου Δεσπότου

Cum viro, quem prius probro affectum cognovit;
950 Novit enim miseriis edocta,
Quam durum sit terram uberem linquere:
Et hujus gratia omnia pati velle
Ipse dixit, ac volens mortem subiit.
Tertia autem die promisit se e tumulo redivivum fore,
955 Ingentemque lætitiam dilectis discipulis allaturum.
Cum autem hæc omnia plane noverit, prius dixit.
Jam vero nunc omnia suum habent exitum,
Superatque sola dies lætabunda,
Hancque nunc exspectamus, eveniet autem sicut dixit.
960 Qui enim tristia tanquam certissima manifestavit,
Et die tertia splendidum ostendet gaudium.
Nosti quem exitum sortitura sint ea quæ fiunt;
Pro mœrore hoc et suspiriis concedet
Tibi maximos honores in terra et in cœlo,
965 Universumque orbem replebit insigni fidei præconio,
Et tibi templa dicabit mortalium genus.
Cito enim pro ista dira cæde
Venerandum huicce terræ festum applicabit,
Solumque sacrum efficiet Solymorum regionem:
970 Quocirca ultra modum dëflere non oportet.
Ne igitur, domina, intolerandos pro me gemitus
1264-1265 Defixis in terram oculis, demissoque
Vultu, lacrymisque palpebras irrigans.
Quousque tandem caput tuum demittes,
975 Lacrymarum rivulis terram madefaciens?
Vindex oculus Domini, qui omnia conspicit,

949 *Ἔγνω*. Combefisius addit, *velut dominum*, juxta illud Gen. II, 16: *Sub viri potestate eris*.

965 *Πλήσει τε πᾶσαν*. Ita supra vers. 212.

972 *Οὔτ' ὄμμ' ἐπαίρουσ'*. Ita fere Medeæ nutrix, v. 27, etc.:

Οὔτ' ὄμμ' ἐπαίρουσ' οὔτ' ἀπαλλάσσουσα γῆς
Πρόσωπον,...

Neque oculos tollens, neque avertens a terra Faciem....

METRICA VERSIO.

Notasset ipsa, edocta misera casibus,
Quam dura res sit fertili terra bonis
Excludi; et ejus gratia rei omnia
Tolerare sese velle prædixit: lubens
Hinc passus ipse mortem et idem tertio
Sese, sepulcri carcere effracto, die,
Cum sciret ista protulit palam prius,
Fore redivivum, morte devicta gregem
Charum ut suorum gaudio perfunderet
Magno. Suo jam cuncta præscripta exitu
Hæc indicantur; una nunc superest dies
Et læta et hilaris; nos eam exspectabimus:
Non fallet; aderit, ut dixit; nam tristia
Qui vera nobis fine declarat suo,
Ostendet idem, tertius postquam dies
Cœlo emicabit, gaudium solidissimum.
Tuque adeo nosti certius certo omnium
Rerum futurus quis sit olim terminus.
Certe ille luctum, et lacrymas quæ te anxiam

B Nunc ulcerant, honoribus clarissimis
Pensabit; illa parte qua sese polus
Tellusque pandit, fama nominis tui
Splendida per omnes orbis oras præpete
Penna evolabit: sacra delubra exstruent
Tibi posteri omnes. Cædis in diræ locum
Istius, olim terra solemne offerei
Festum, sacrumque quod profanum ante exsti-
[tit
Manu piorum fiet in Solymis solum.
Sic indecentes quæ supra modum fluunt
Lacrymæ. Quid ergo tam impotentes, o hera,
Gemitus ab imo pectore educis, neque
Oculos gravatos fletibus sursum erigis
Defixa vultus in solum, et madidas genas
Imbre lacrymarum plurimo stillantium?
Quousque tandem lacrymis rigantibus
Terram, caput sic luctuosum deprimes,
Cum vindicem oculum cuncta cernentis Dei

Εἰδυῖα θᾶττον χάρμα σοι φέρειν μέγα,
Πρὸς ὃν σε τείνειν ὄμμα καὶ μόνον, δέον.
Οἶδας γὰρ, οἶδας· ἕψεται τοῖς φροιμίοις
980 Καὶ τέρμα φαιδρὸν, γηθόσυνός θ' ἡμέρα.
Μίαν μόνην μεῖναί σε δεῖ τὴν αὔριον,
Ὡς συμπεράνθῇ φροντὶς, ἣ κἀμὲ τρύχει.
Theotd. Υἱὸς σύ μοι πέφηνας ἄλλος, παρθένε.
Αὐτὸς γὰρ εἶπεν Υἱὸς, ὃς μοι καὶ μόνος.
985 Οἶδάς τε ταῦτα πάντα, τίς χρειὼ λέγειν;
Ὡς ἀσπόρως ἔτικτον, ὠδίνων ἄτερ,
Στερρᾶς τ' ἔφυγον ἐν τόκοις ἀλγηδόνας,
Θεοῦ τε Παῖδα τοῦτον ἀγγείλας ἔφη,
Καὶ πόλλ' ἔδρασεν, οἷα καὶ μόνου Θεοῦ.
990 Καὶ πῶς τανῦν οἴσαιμι γυμνὸν καὶ νέκυν,

A Ἐν ἑρείῳ βλέπουσ' ἀπηωρημένον,
Ὃς γαῖαν ᾐώρησεν ὑδάτων ὕπερ,
Δι' ὃν τὸ φάος ἡλίου συνεστάλη,
Αὐτῆς σελήνης τ' ἐσκοτίσθη πᾶν σέλας,
995 Καὶ ῥῆξιν ἀνέτλησαν αἱ πέτραι φόβῳ,
Μνημεῖά τ' ἠνοίγησαν εἰς δεῖγμα κράτους,
Αὐτοῦ παθόντος, ὑπερτάτου αἰτίου;
Theol. Δέσποινα παγκοίρανε, μῆτερ τοῦ Λόγου,
Αὐτὸς κἀγὼ τέθηπα μὴ φέρων βλέπειν,
1000 Φρικτὸν θέαμα, Δεσπότην τεθνηκότα,
Ἄπνουν, τὸν ἐμπνέοντα τοῖς ζῶσι πνοήν.
Στένω τε πυκνὰ, καὶ χέω πικρὸν δάκρυ,
Ἐλπὶς δ' ὅμως τρέφει με, καὶ θρηνῶν φέρω.
Οὐ γὰρ ἀπιστῶ τοῖς λόγοις τοῦ Δεσπότου.

Ut nosti, brevi ingens tibi afferet gaudium,
Ad quem et solum te oculos dirigere oportet.
Nosti enim, nosti; hæc prœmia subsequetur
980 Splendidus exitus hilarisque dies.
Unicam diem posteram te oportet præstolari,
Ut exitum habeat cura quæ et me afflictat.
Deip. Filius alter tu mihi es, virgo.
Ipse enim dixit, qui unicus mihi Filius est.
985 Hæc omnia nosti; quid necesse loqui?
Quomodo absque semine genui, absque doloribus,
Molestosque partus dolores effugi,
Et hunc esse Dei Filium dixit angelus,
Et multa confecit, quæ solius Dei sunt.
990 Et quomodo nunc eum feram nudum et mortuum,
In ligno videns suspensum,
Qui terram supra aquas levavit,
Per quem solis lumen convolutum fuit,
Et ipsius lunæ fulgor tenebris obscuratus,
995 Scissæque sunt rupes metu,
Apertaque sunt monumenta, ut ipsius potentiam manifestarent,
Eo moriente, qui supremus est rerum auctor?
Theol. Domina potentissima, Verbi mater,
Ego etiam obstupeo, neque sustineo videre
1000 Horrendum spectaculum, Dominum mortuum,
Exanimem, qui mortalibus spiritum afflat.
Frequenter ingemisco, et amaras effundo lacrymas,
Spes tamen me nutrit, et suspiria tolero.
Neque enim Domini verbis ullam fidem detraho.

981 *Μίαν μόνην*. Ita supra vers. 614 et 615.
987 *Στερρᾶς*. Ita supra vers. 428 et 512.
997 *Αὐτοῦ παθόντος*, etc. *Eo moriente.* Quibus alia substituit Roill., quæ neque sunt auctoris, neque secum cohærent.
1001 *Ἠνοίγη*. RR. πνοῇ.
1003 *Θρηνῶν φέρω*. Reg. Med. θρηνῶ φέρων.
1004 *Οὐ γὰρ ἀπιστῶ τοῖς*, etc. Ita Jasoni respondet Medea vers. 927 :

Δράσω τάδ', οὔτι σοῖς ἀπιστήσω λόγοις.
Faciam hæc, non diffidam tuis verbis.

METRICA VERSIO.

Scias tibi jam ingens parare gaudium,
Ad quod oculos solum referre oporteat?
Nam prima dura hæc, ut probe nosti, omnia
Iucunda pulchro fine concludet dies.
Una, una tantum crastina est lux, quæ tibi
Exspectanda superest, quæ tuæ curæ modum
Afferat, et illi quæ meum pectus coquit.
Deip. Tu natus alter es mihi, o castissime,
Ut ipse dixit, qui mihi unus Filius.
Hæc cuncta nosti; quid repetere juverit?
Ego ut viri expers et dolorum qui solent
In partu acerbi consequi, mater fui,
Eumque peperi quem Dei Natum angelus
Sua vocavit voce, tum facta edidit
Hæc ille genitus, solius quæ sint Dei.
Et qui feram nunc carne nuda, alta in cruce
Hunc conspicata pendulum, exsanguem, vagas
Qui jussit eminente terra circum agi

B Aquas fluentes, cujus ad numen nitor
Obductus omnis solis, et lunæ jubar
Sparsum tenebris, præ metu durissima
Disrupta saxa, aperta monumenta omnia
Quæ numen hujus indicarent et manum,
In cujus unum corpus aliena expetunt
Admissa cuncta, ut innocens pœnas luat?
Theol. Regina vere o omnium, et domina, et parens
Verbi, vel ipse non ferens spectaculum
Tam dirum et atrox, morte sublato mihi
Rerum potente; cassum ut illum lumine
Vidi, unde ducunt viva cuncta spiritum.
Horrore stupui, et crebro nunc suspiria
Ducens, amaras proruo in lacrymas miser.
Dura hæc sed inter firma me spes roborat,
Neque Domini ullam detraho verbis fidem.
Jam tertia illa lux micans affulserit,

1005 Ἡ καλλιφεγγὴς ἡμέρα δὲ τριτάτη
Τὸ τέρμα δείξει τῆς τρεφούσης ἐλπίδος.
Ἢ μὴ παρέλθοι, καὶ θανεῖν μοι συμφέρει.
Θεοτό. Τριτάταν ἀμέραν μὲν εἰδυῖα κλύω,
Λύθις φθορᾶς πάναγνον ἀνίσχειν δέμας·
1010 Νῦν δ' ἐχθρὸν ἦμαρ, ἐχθρὸν εἰσορῶ φάος.
Ὢ δυστάλαιναν, τὴν πάλαι μακαρίαν!
Ὅθεν τὰ θνητῶν μᾶλλον ἡγοῦμαι σκιάν,
Κοὐ δ' ἂν τρέσας', εἴποιμι τοὺς σοφοὺς βροτῶν
Δοκοῦντας εἶναι, καὶ μεριμνητὰς λόγων,
1015 Τούτους μεγίστην ζημίαν ὀφλισκάνειν.
Θνητῶν γὰρ οὐδείς ἐστιν ὄλβιος φύσει,
A Ὅλβου δ' ἐπιῤῥυέντος, εὐκλεέστερος
Ἄλλου γένοιτ' ἂν ἄλλος, ὄλβιος δ' ἂν οὔ.
Ἡμ. Πάντων ὅσ' ἔστ' ἔμψυχα, καὶ γνώμην ἔχει,
1020 Γυναῖκές ἐσμεν, ἀθλιώτατον φυτόν,
Ὅσαι τεκοῦσαι, καὶ θανόντ' εἶδον τέκνα.
Ὡς τρὶς θανεῖν θέλοιμ' ἂν, ἢ τεκεῖν ἅπαξ,
Καὶ πότμον ἰδεῖν ἐντραφέντος μοι τέκνου.
Ἀλλ' οὐ γὰρ αὐτὸς πρὸς σὲ κἀμ' ἥκει λόγος,
1025 Ὦ παγκοίρανε, πότνα, παρθέν' ὀλβία,
Ἢ πολλὰ παντὸς εἶ διάφορος γένους.
Ἐγὼ γὰρ ἀνδρὸς τέρψιν εἰσδεξαμένη,
Ἀνὸ' ἡδονῆς ὀδύνας ἐν λύπαις τρέφω,

1005 Tertia illa lux valde lucida
Almæ spei declarabit exitum.
Quæ nisi advenerit, mori mihi expedit.
Deip. Audio, et quidem non inscia, die tertia
Iterum a corruptione sanctissimum ipsius corpus esse eximendum :
1266-1267 1010 Nunc vero diem inimicam, inimicam lucem intueor.
O me miseram, quæ prius beata!
Unde res mortalium maxime arbitror umbram,
Neque trepidans dixerim, illos qui de mortalibus sapientes
Videntur esse, et indagatores artificesque sermonum,
1015 Hos maxime multa dignos esse judicandos.
Nemo enim mortalium natura est beatus,
Opibus vero affluentibus, celebrior
Alio fieri potest alius, beatus vero nequaquam.
Semi. Omnium autem, quæcunque sunt animata et animo prædita,
1020 Nos mulieres sumus, miserrima propago,
Quæ peperimus, et mortuos vidimus filios.
Ter ego maluissem mori, quam semel peperisse,
Et filii a me nutriti mortem videre.
Verum non eadem ratio de me ac de te,
1025 O summe potens, veneranda, beata Virgo,
Quæ plurimum genus mortalium antecellis.
Ego enim viri voluptatem experta,
Pro voluptate dolores in luctu nutrio,

1007 *Ἢ μὴ παρέλθοι*, etc. Hæc sunt ingentis desiderii, non desperantis. Combef. legit εἰ μή. Male Roillet : *Illa potito nulla mors veniet gravis.*

1009 *Λύθις*. Conjicit Combef. legendum esse λυθέν pro αὐθις.

1012 *Ὅθεν τὰ θνητῶν*, etc. Eximia sententia ex Euripide desumpta, Med. vers. 1224-1230 :

Τὰ θνητὰ δ' οὐ νῦν πρῶτον ἡγοῦμαι σκιάν.
Οὐδ' ἂν τρέσας εἴποιμι, τοὺς σοφοὺς βροτῶν
Δοκοῦντας εἶναι, καὶ μεριμνητὰς λόγων,
Τούτους μεγίστην μωρίαν ὀφλισκάνειν.
Θνητῶν γὰρ οὐδεὶς ἐστιν εὐδαίμων ἀνήρ,
Ὅλβου δ' ἐπιῤῥυέντος, εὐτυχέστερος
Ἄλλου γένοιτ' ἂν ἄλλος, εὐδαίμων δ' ἂν οὔ.

Res vero mortalium non nunc primum arbitror esse umbram.
Neque trepidans dixerim illos qui de mortalibus sapientes videntur esse, et indagatores artificesque sermonum.
Hos maxime stultos esse judicandos.
Nemo enim mortalium est beatus vir.
Opibus vero affluentibus, fortunatior Alio fieri potest alius, beatus vero nequaquam.

1019 *Πάντων ὅσ'*, etc. Ita mulieres Corinthias alloquitur Medea ipsismet verbis vers. 250 et 251.

1022 *Ὡς τρὶς θανεῖν*, etc. Ibid. vers. 251, 252 :

. . . . Ὡς τρὶς ἂν παρ' ἀσπίδα
Στῆναι θέλοιμ' ἂν μᾶλλον, ἢ τεκεῖν ἅπαξ.
. . . . *Quare ter ad clypeum*
Stare malim, quam semel parere.

1024 *Ἀλλ' οὐ γὰρ αὐτός*, etc. Sic ibid. Medea vers. 252, ipsismet verbis.

1026 *Ἢ πολλὰ παντός*, etc. Sic ibid. vers. 579 Medea de se ipsa loquitur, at sensu diverso :

Ἢ πολλὰ πολλοῖς εἰμι διάφορος βροτῶν.
Profecto multum a multis dissentio mortalibus.

METRICA VERSIO.

Quæ grata læto spem coronet exitu :
Illa potito nulla mors veniet gravis.
Deip. Ipsum, ego quidem non inscia, diem tertium
Audio futurum, qui illum ab omni vindicans
Corruptione, corpus integrum efferat :
Sed hanc acerbam jam video lucem, et diem,
Quæ me beatam olim, facit miserrimam.
Sic omnium res nunc puto mortalium
Nil præter umbram, et libere id dicam : gravi
Quos vulgus hodie ponit in sapientium
Numero, laboris, et operæ, facundiæ
In laudem multum qui locant, illi incidunt
In magna damna. Lex enim hæc terra satis,
B Ut nemo natura beatus debeat
Dici : affluente sorte, si celebrior
Contigit uni fama quam cuidam alteri,
Non is beatus nomine hoc censebitur.
Semi. Nos omnia inter illa quæ terra edita
Animata vivunt, sentiunt, matres sumus
Et triste, et infelix genus plane, quibus
Incumbit ea necessitas, ut liberos,
Postquam pepererint, conspiciantur mortuos.
Nam ter ego malim funere efferi parens,
Quam parere semel, et prolis eductæ mihi
Properata fata cernere. At te non idem
Ac me, o beata Virgo, spectat, omnium
Ut feminarum quæ præis sexum, et genus.

Καὶ θνητὸν ὡς ἔτικτον, εἰδυῖα στέγω·
Κούφως φέρειν γὰρ συμφορὰς θνητοὺς ἐων.
Σὺ δ' ἀνδρὸς οὐκ ἔγνωκας εὐνὴν, Παρθένε.
Θεὸν τεκεῖν τ' ἔκλυες ἀγγέλου λόγοις,
Καὶ νεκρὸν αὐτὸν νῦν ὁρῶσα, πῶς φέρεις;
Θεοτό. Ἐᾶτέ μ'· οὔτε φίλα μοι τὰ μὴ φίλα·
Ἤγγειλεν, οἷ' ἤγγειλεν· οὐ μομφὴν ἔχει,
Εὐάγγελος δόξης τε τῆς εὐαγγέλου.
Ἦν ἐσφάλην ἐγὼ δὲ τῆς ἀγγελίας,
Οὐκ οἶδ', ὀχυρὰς ἐμφέρω γὰρ ἐγγύας.
Θρηνεῖν δὲ δεῖ με· δακρύων γὰρ ἄξια
Πέπονθα πολλὰ, καὶ στένω, καὶ δακρύω,

A Ἔως ἴδοιμι ζῶντα τὸν τανῦν νέκυν.
Ἡμ. Δέσποινα κούρη, δεῖ σε συγγνώμην ἔχειν·
Εἴ τις ὑφ' ἥβης σπλάγχνον εὐτόνως φέρων,
Μάταια βάζει, μὴ δόκει τούτων κλύειν.
Σοφωτέραν γὰρ ἴσμεν οὖσάν σε βροτῶν.
Θεοτό. Αἴ, αἴ!
Ἔτλην μεγάλων ἄξια θρήνων ἐγώ.
Ὦ πάθος οὐ μετρητὸν, οὐδ' οἷόν τ' ἰδεῖν,
Φόνον ταλαίναις χερσὶν ἐξειργασμένον!
Τὰν καλλίνικον, κλεινὸν ἐξεπράξατε
Εἰς θρῆνον, εἰς δάκρυα· παγκλαὶς ἀγὼν,
Ἐν αἵμασι στάζουσαν εἰσφέρειν χέρα.

Cumque mortalem genuerim, haud inscia fero :
Oportet enim homines leviter ferre calamitates.
Tu vero viri thalamum, Virgo, non cognovisti.
Ex angeli verbis audisti te Deum parituram fore,
Et ipsum nunc mortuum videns, quomodo sustines?
Deip. Sinite me; minime mihi jucunda, quæ sunt injucunda :
Nuntiavit qualia nuntiavit; minime culpabilis
Faustissimi nuntii faustus nuntius.
An ego fuerim nuntio delusa,
Nescio, sed valida fidei pignora fero.
Oportet autem me lugere; lacrymis enim digna
Plura perpessus sum, et ingemisco, et lacrymor,
Donec redivivum intuear eum qui nunc mortuus est.
Semi. Domina puella, ignoscere te oportet;
1268-1269 Si quis ob juventutem firma ferens viscera,
Temere loquitur, ne illos audire videaris.
Cæteris enim mortalibus sapientiorem te novimus.
Deip. Ah, ah!
Experta sum mala maximis luctibus digna.
O immensam mali vim, quam nec oculus ferat,
Sceleratis manibus patratam cædem!
Victoria inclytam, inclytam fecistis
In luctum, in lacrymas; egregia pugna,
Cruore stillantem inferre dexteram.

1029 Στέγω. *Tolero*, nempe mortem Filii. Non recte Roillet *protego*.

1030 *Κούφως φέρειν*, etc. Ibid. vers. 1018, Pædagogus hortatur Medeam :

Κούφως φέρειν χρὴ θνητὸν ὄντα συμφοράς.
Oportet hominem leviter ferre calamitates.

1035 *Οἷ' ἤγγειλεν*. Ita Reg. Sic Medea vers. 1011 Pædagogo respondet :

Ἤγγειλας, οἷ' ἤγγειλας, οὔ σε μέμφομαι.
Nuntiasti, quale nuntiasti, non tibi vitio verto

1037 *Ἦν ἐσφάλην*, etc. Ita fere ibid. Med. vers. 1009 Pædagogus :

. . . . Μῶν τιν' ἀγγέλων τύχην
Οὐκ οἶδα, δόξης δ' ἐσφάλην εὐαγγέλου;
. . . . *An aliquem casum nuntiavi*
Insciens, et spe læti nuntii frustratus sum?

1043 *Ὑφ' ἥβης*, etc. *Minus dolens*, ut solent juvenes parentum suorum morte minus dolere, seu indolis firmitate, seu potius quod mali magnitudinem minus sentiant. Ita fere Hippol. vers. 118, ancilla veniam a Venere deprecatur :

Εἴ τίς γ' ὑφ' ἥβης σπλάγχνον ἔντονον φέρων,
Μάταια βάζει, μὴ δόκει τοῦτο κλύειν·
Σοφωτέρους γὰρ δεῖ βροτῶν εἶναι θεούς.
Si quis propter adolescentiam habens vehementio-
[rem animi impetum,
Stulta loquitur, dissimula te eum audire :
Sapientiores enim hominibus opartet esse deos.

1050 *Τὰν καλλίνικον*, etc. Regii habent τόν, sed præstant editi. Ita fere Bacch. vers. 1159, etc., Bacchus Pentheum ulciscens inducitur :

Τὸν καλλίνικον κλεινὸν ἐξεπράξατο,
Εἰς γόον, εἰς δάκρυα. . . . .
Illum inclytum (Pentheum) præclaræ gloriæ cu-
[pidum (Bacchus ulciscens) conjicit
In luctum, in lacrymas. . . .

METRICA VERSIO.

Nam quæ voluptas ex viri lecto mei
Percepta, nunc jam penditur doloribus
Quos ego laborum foveo; mortalem edidi
Non inscia, ut fetum parens, sic protego :
Et nos iniqua mente non pati decet
Natura casus nostra quos nos edocet.
Tu vero, o Virgo, quæ viri nescis torum
Quæque parituram te Deum audisti angeli
Verbis, eum ipsum mortuum quo fers modo?
Deip. Me sinite; minime grata mihi, quæ ingrata
[sunt :
Quæ nuntiavit nuntius felix mihi,
Quæ, quantaque? Illa extra notam sunt omnia
Annuntiantis gloriæ lætissima.
Delusa vero an nuntio hoc sim, nescio,
At certa saltem pignora fidei fero;

B Lugere casus lacrymis dignus tamen
Me cogit ægram; ploro multa et ingemo,
Donec resurgens redditus Natus mihi,
Nunc morte ademptus, lacrymas premat meas.
Semi. Unum te, o Virgo, ignoscere istud convenit
Florente si quis pube, et ætate intumens
Robustiore, vana garrit impotens,
Fac istud aures ut tuas prætervolet,
Quanto præire cæteris mortalibus
Prudentiæ te laude nosti et gloria.
Deip. Ah, ah! acerba passa sum, et luctu gravi
Digna. Miserandam o cladem, et immensam! manu
Usque adeo misera qui necem feram videns?
Egregia certe et nobilis victoria,
Quæ parta vobis, pugna nobilis, manum
Totam cruore diffluentem in lacrymas

Φεῦ, φεῦ! φρονήσαντες μὲν οἷ' ἐδράσατε,
Ἀλγήσετ' ἄλγος δεινόν· εἰ δ' ἔως τέλους
Ἐν τῷδ' ἀεὶ μενεῖτ', ἐν ᾧ καθέστατε,
Οὐκ εὐτυχοῦντες, δόξετ' οὐχὶ δυστυχεῖν·
Ἀλλ' οὐκ ἐγῷμαι ταῦτ' ἀνατὶ παρρέξειν.
Τί γὰρ καλὸν, τί δ' ἀσεβῶς τῶνδ' οὐκ ἔχει;
Ὀλλοισθ', ὄλλοισθε, στυγεροὶ μιαιφόνοι,
Οἳ Δεσπότην κτανόντες οὐ φροντίζετε,
Πᾶσαν τρέμουσαν εἰσορῶντες τὴν κτίσιν,
Ἀλλ' ἐστὶ θήρᾳ τοῦ φόνου γαυρούμενοι.
Χορ. Κακῶς πέπρακται πανταχοῦ, τίς ἀντερεῖ;
Ἅπας δ' ἀληθῶς ὁ βροτῶν λυπρὸς βίος.
Στέργουσι δ' αὐτὸν συμφοραῖς νικώμενοι.
Σοὶ δ' οὐν ὅμοιον ἄλγος ἀνθρώποις, κόρη,
Κἂν οὐ μόνη σὺ σοῦ δ' ἀπεζύγης Τέκνου.
Οὐ γὰρ ὅμοιος σὸς τόκος, καὶ τοῦ γένους·
Ὅμως δὲ πάντα πλησιαρδίως φέρειν
Τὰ νῦν προσήκει, κάρτα τ' αὖ πεποιθέναι.
Θεοτ. Αἲ, αἲ, αἲ!
Δέδορκά τινα τῶν ἀλαστόρων, κόραι,
Οἳ συνέτριψαν τῶν μιαιφόνων σκέλη,
Κατευθύνοντα Παιδὸς εἰς ἥπαρ δόρυ.
Δέδοικά τ' αὐτὸν, μή τι βουλεύων νέον,
Καὶ δευτέραν μοι συμφορὰν δράσῃ πάλιν,
Παῖδ' ἣν ἴδοιμι καὶ νέκυν ὑβριζμένον.
Ἰὼ μοι, μοί!
Θέαμα δεινὸν ὄμμασι βλέπω νέον.
Κατίδετ', ἴδεθ' αἷμα νυγέντος νεκροῦ.

Eheu, eheu! cum attenderitis ea quæ patrastis,
Acerbo premeremini dolore : si vero usque ad finem
In effero perstatis animo, quem indnistis,
Non prospera sorte usi, ne videbimini quidem malam habere :
Verum non arbitror hæc impune cessura.
Quid enim honesti? quid non impium in his facinoribus?
Pereatis, pereatis, nefarii homicidæ,
Qui Dominum occidere non veremini,
Universam creaturam trementem videntes,
Sed properato scelere gloriamini.
Chor. Ubique male actum fuit : quis contradicet?
Vere omnis hominum vita est luctuosa.
Eam tamen diligunt, etiam malis oppressi.
Verum tibi non eadem est, quæ hominibus afflictio, puella,
Quamvis nec etiam sola a Filio tuo separata fueris.
Alius enim est tuus partus, quam qui mortalium.
Omnia tamen forti animo tolerare
Nunc oportet, et firmiter confidere.
Deip. Ah, ah, ah!
Cerno, puellæ, quemdam e satellitibus
Qui latronum crura confregerunt
In Filii mei pectus hastam dirigentem.
Vereor ipsum, ne quid novi molitus,
Novam quoque mihi iterum struat calamitatem,
Cum Filium licet exanimem injuria affectum viderim.
Ehei mihi, mihi!
1270-1271 Spectaculum horrendum, inusitatumque oculis intueor.
Conspicite, cernite cruorem ex cadavere percusso fluentem.

1062 Ἀλλ' *ἐστὲ θήρᾳ*, etc. Ita fere Baech. vers. 1142, Agave describitur, cum filium suum Pentheum occidisset :

Χωρεῖ δὲ θήρα δυσπότμῳ γαυρουμένη.
Incedit autem infelici præda superbiens.

1063 *Κακῶς πέπρακται*, etc. Ipsismet verbis Medea suam sortem luget vers. 564.

1064 Ἅπας *δ' ἀληθῶς*, etc. Ita lamentatur Phædræ nutrix, Hipp. vers. 189 :

. . . . Πᾶς δ' ὀδυνηρὸς βίος ἀνθρώπων.
. . . . *Omnis enim hominum vita est plena dolore.*

1067 *Σοῦ δ' ἀπεζύγης*. Ita legendum. Male edit. σοῦ δι' ἀπεζύγη.

1075 *Δέδοικά τ' αὐτόν*, etc. Ita supra vers. 488 et 489.

METRICA VERSIO.

Adhibere testes, luctuosaque omnia.
Quæ vos ut illa facta, quæ sunt impia,
Consideretis, erux manet? quod si effero
Perstatis animo, nil alentes mollius
Quam nunc, secunda sorte vos putabitis
Affluere, quando adversa contra deprimet.
Non ista certe impune cessura arbitror.
Nam quæ hic honesta forma? quid non impium
Hoc facinus in se continet? quin jam male
Perite, quotquot perditi et nefarii,
Rerum omnium potente mactato, nihil
Curatis usquam; cuncta cum metu infremant,
Ipsa superbi cæde cristas tollitis.
Chor. Hinc inde certe culpa, quis negaverit?
Mortaliumque vita tota obnoxia est
Curis molestis, quæ licet mole ingruant
Magna malorum vivere tamen expetunt.

Idem at dolor te non manet, Virgo, ac genus
Mortale, quamvis non tibi id soli accidit,
Ut mors tui te a Filii amplexu abstrahat :
Nam partus alius est tuus, quam qui solet
Mortalium esse; proinde te ferre omnia
Forti animo oportet, et magis confidere.
Deip. Ah, ah, ah!
Vidi, o puellæ, de numero satellitum
Quemdam, latronum crura qui pendentium
Fregere, stricta Filii cor fancea
Tentare : timeo ne quid insolens agat,
Novaque miseram me calamitate obruat,
Ut Filium etiam mortuum cernam parens
Petulantiæ expositum hominum, atque injuriis.
Hei mihi miserrimæ!
Quam dirum et immane istud est spectaculum,
Quod insolens video! videte, sanguinem

Ὁρᾶθ', ὁρᾶτε πῶς διπλοῦς κρουνὸς ῥέει,
Πλευρᾶς γὰρ αἷμά τε κοὐ πεφυρμένον ποτὸν
Ἔβλυσεν εὐθύς, ὡς ἐνύγη τῷ ξίφει
Ἠβῶντος ἀνδρὸς δυσμενῶν ἐξ Αὐσόνων.
1085 Διπλοῦς ἔτι βλύζει τε κρουνὸς αὐτόθεν·
Αὐτός θ' ὁ νύξας ἐκπλαγείς, κέκραγέ πως·
Ὡς ἔστιν ὄντως Παῖς Θεοῦ τέκνον ὅδε!
Τρέχει δ', ὁρᾶτε, καί γε προσπίτνει ξύλῳ,
Πίπτει τ' ἐπ' οὖδας τῇ θέᾳ νικώμενος.
1090 Στῆθός τε παίει, καὶ περιπτύσσει πέδον,
Ἐνθ' ἰκρίον πέπηγεν, ἐμπεφυρμένον
Ῥείθρῳ καταῤῥέοντι τῆς πλευρᾶς ἔτι,
Ἀρύεταί τε χερσὶ κρουνοῦ, καὶ κόρας

A Ἔχρισεν, ὡς ἔοικεν, ὡς ἁγνισμ' ἔχῃ.
1095 *Χορ.* Ἔοικεν, ἄναξ, πολλὰ τῇδ' ἐν ἡμέρᾳ
Κακὰ συνάπτειν ἐνδίκως μιαιφόνοις.
Αὐτούς τε μέν τοι μὴ φίλους δράσειέ τι
Ἔκδικον ὄμμα Δεσπότου παντεργάτου.
Ἴτω δίκ', ἴτω φανερῶς, ξιφηφόρος,
1100 Καὶ πυρφόρος, τάχιστα τοῖς μιαιφόνοις.
Ἔστι γὰρ ὄντως θαῦμα φρικτὸν εἰσορᾶν.
Ὁ μὲν γὰρ ὥσε κατὰ πλευρᾶς που δόρυ,
Πλευρᾶς νενυγμένης δὲ θαυμαστὸν νᾶμα
Ἔσταξεν εὐθύς, αἵματ' οὐ πεφυρμένον.
1105 Φρικτὸν θέαμα, καὶ τρόμος μ' ὁρᾶν ἔχει.
Διδάσκαλον φέρω γὰρ αὐτὴν τὴν κτίσιν,

Videte, videte, quomodo stillat fons geminus.
E latere sanguis et aqua non commista
Scaturiit, statim atque percussum fuit lancea
Juvenis, unius ex infensis Ausoniis.
1085 Inde geminus adhuc fons ebullit;
Is autem, qui percussit, obstupefactus, quomodo exclamavit:
Vere hic mortuus est Filius Dei!
Currit autem, cernite, et ad pedes crucis concidit,
Et spectaculo domitus, cadit in terram,
1090 Suumque ferit pectus, soloque devolvitur,
In quo infixum fuit lignum, quodque irrigat
Fluentum e latere adhuc dimanans,
Manibusque e fonte exhaurit, et oculos
Unxit, ut seipsum haud dubie purificet.
1095 *Chor.* Videntur, o regina, plurima hac die
Mala carnificibus merito imminere.
Contra ipsos quippe inimicos sævict
Vindex oculus Domini omnium creatoris.
Veniat ultio, veniat aperte, gladium vibrans
1100 Et flammam, celerrime cadat in scleratos.
Vere etenim spectaculum est visu horrendum.
Namque hastam in latus ille impulit,
Et e latere percusso mirabile fluentum
Stillavit derepente cruori non permistum,
1105 Horrendum spectaculum, mihique cernenti timorem incutiens.
Edocet me et ipsa natura,

1082 *Πλευρᾶς γὰρ αἵματε κοὐ πεφυρμένον*, etc. Ita Reg. II. n. Optima lectio et consona Evangelio Joannis, qui duplicem seorsum hunc laticem impermistum advertit: *E latere sanguis et aqua non commista scaturiit.* In Reg. Med. deest hic versus. Editi πλευρᾶς αἷμά τε καὶ πεφυρμένον ποτόν. Sed pugnant cum evangelista. Idem infra, vers. 1104, occurrit mendum in editis, in quibus legitur αἵματι πεφυρμένον, etc., quod ita reddit Roill.: *E fosso latere mistus latex sanguine repente effluxit.* Emendavimus ope codd. Reg. qui habent αἵματ' οὐ πεφυρμένον, *sanguine quoque non mistus*, quod est stupendum prorsus miraculum in corpore exstincto. Denique vers. 1217 editi cum mss. consentiunt, et ita habent ὕδωρ ἔσταζεν εὐθὺς αἵματ' οὐ πεφυρμένον. Unde pronum est concludere in aliis versibus mendum aliquod irrepsisse. Hic observat Combefisius auctorem nostrum nullatenus e Scriptura sanisque dogmatibus, vixque a decoro quidquam abscedere. Conjicit eos non satis animadvertisse aut legisse, qui poema istud tam facile Gregorio nostro indignum judicant, putatque fore ut, quemadmodum multos abstersit ipse nævos, viri docti, vel aeriori ingenio præditi, vel melioribus codicibus fulti, alios emendarent minus auctori imputandos, quam antiquariis imperitius exscribentibus, ut sæpe fit in iis quæ satis ardua, cultaque sunt ac prolixa et crebro usu teruntur. Vide tamen quæ in Monito diximus.

1106 *Διδάσκαλον*. Ita fere supra vers. 872 et 873.

METRICA VERSIO.

Videte fossi corporis, et ut fons duplex
Scaturiat: ejus e latere vis sanguinis
Promicuit, et aquæ, lanceæ ictum cuspide
Juvenis ut Ausonii fuit, quin nunc quoque
Inde geminus fons bulliens exæstoat;
Ipse adeo sacrum qui latus fixit, pavens
Horrensque fato nescio quo, Filium
Vere Dei istum mortuum voce edita
Clamavit, et jam cernere hunc licet gradum
Ut celerat ipse, et ante lignum procidit,
Premitque terram, victus hoc spectaculo,
Pectusque tundit, et solum ipsum amplectitur,
Ubi fixit hastam defluentis sanguinis
Timetam liquere: et ecce ut utraque e manu

B Haurit, oculosque hoc ungit, hinc ut scilicet
Detergat oculum nocte quæ cæca obtegit.
Chor. Nisi meus me fallit animus, imminent
Hoc vel die ipso plurima a Deo mala:
Et jure certe, his qui manu nefaria
Hunc sustulerunt: verum utinam in ipsos nihil
Vindex amicos oculus æterni Dei
Tentet! at in istos sanguine aspersos viros
Festinet igne et ense districto minax
Ultio. Stupendum visu id est miraculum,
Adegit ille lancecam in dextrum latus,
Sed mirus e fosso latere mistus latex
Sanguine repente effluxit. O spectaculum
Horrendum et atrox! corpus invadit tremor

Γῆς γεῖσσα σαλευθέντα, ῥαγείσας πέτρας.
Τάφους τε νεκρῶν ἅφαρ ἠνεῳγμένους.
Αὐτὸς δ' ὁ νύξας ἔντρομος πεσὼν θίγει.
1110 *Θεοτό.* Ὦ τέκνον, ὦ φίλτατον, ὦ θεῖον κάρα,
Οὕτως ἐφάνης πᾶσι, καὶ τοῖς μὴ φίλοις.
Σφόδρα ποθεινὴ δακρύουσι συμφορά,
Κενῶν τὸ καθάρσιον αἷμα τοῦ γένους!
Καὶ δυσμενεῖς φρίττουσιν, ἀθροῦντες ξένα,
1115 Θεοῦ τε κεκράγασι τρανῶς σ' Υἱέα.
Πάντα τρέμουσιν, ἅτε μὴ γνῶσιν ἔχει,
Οἱ δ' ἐγγενεῖς σ' ἔκτειναν ἀλόγῳ φόνῳ,
Ἐξ ὧν γ' ἐχρῆν στέφανον εἰς κάραν λαβεῖν,

A Οὐχ οἷον ἐμπαίζοντες ἔστεψόν σέ πως·
1120 Οἱ δ' οὐδὲ φροντίζουσί σ' ἐνθεῖναι τάφῳ.
Πῶς οὖν ἐγώ σε τοῦ ξύλου καταγάγω;
Ποίῳ δὲ τύμβῳ καταθείμην σου δέμας;
Ποίοις τε πέπλοις κατακαλύψω σοι μέλη;
Τίνος σε κηδεύσουσιν, ὦ Τέκνον, χέρες;
1125 Οἴ μοι! τί δράσω; τίς γένωμαι παντλάμων;
Τί ταῦτ' ἀλύω; πειστέον τοῖς σοῖς λόγοις,
Ἔργοις θ', οἷς ὑπέδειξας εἰς μαρτυρίαν,
Ὡς δ' ἔστιν ἅπαν σοι θελητὸν, δυνατόν.
Πολλῶν ταμεῖόν ἐστιν ἀέλπτων Θεὸς,
1130 Πολλά τ' ἀέλπτων πολλάκις κραίνει Θεὸς,

Edocent concussa terræ viscera, et illisa saxa,
Et tumuli mortuorum statim aperti.
Percussor autem tremens, et ad crucem procidens ipsam amplectitur.
1110 *Deip.* O Fili, o dilectissime, o divinum caput,
Talis est tua erga omnes, etiam inimicos, benignitas.
O valde digna lacrymis calamitas!
Sanguinem effundis, qui genus hominum expiet.
Contremiscunt et inimici, nova intuentes
1272-1273 1115 Et aperta voce te Filium Dei proclamant.
Tremunt ipsa quoque ratione destituta.
Propinqui autem te cæca rabie occiderunt,
Ex quibus coronam in caput accipere debuisses,
Non ut impudenti ludibrio te cinxerunt:
1120 Neque illi te tumulo condere curant.
Quomodo igitur de ligno te demittam?
Quomodo corpus tuum in sepulcro deponam?
Quibus linteis tua membra involvam?
Cujus manus, o Fili, tuo funere fungentur?
1125 Ehei mihi! quid agam? quid evadam, infelix?
Sed quid animum despondeo? tuis verbis adhibenda fides,
Et operibus quibus tanquam testibus, indicasti
Id omne, quod vis, fieri posse.
Multarum rerum præter spem promptuarium est Deus,
1130 Multaque præter spem sæpe perficit Deus,

1112 *Ποθεινή*, etc. Ita Med. vers. 1221.
1113 *Κενῶν τό*, etc. Reg. κενοῖς τε.
1118 *Ἐξ ὧν γ' ἐχρῆν.* Ita fere *Troad.* vers 957 Helena:
Ἐξ ὧν ἐχρῆν με στέφανον ἐπὶ κάρᾳ λαβεῖν.
Ob quæ oportuit me coronam in caput accipere.
1123 *Κατακαλύψω σοι μέλη.* Edit. Bas. νέκυν, et addit hunc versum:
Πῶς καί τ' ἐπιχωρίᾳ μέλῳ σοι μέλη;
Quomodo more patrio concinam tibi lugubre car- [*men?*
Versum hunc ut insulsam laciniam atque auctori minime tribuendam repudiat Combefisius. Illum autem in sua versione transtulit Roillet, licet desit in textu Græco.
1126 *Πειστέον.* Reg. Med. πιστέον.
1129 *Πολλῶν ταμεῖον*, etc. Ita fere Med. vers. 1415 chorus:
Πολλῶν ταμίας Ζεὺς ἐν Ὀλύμπῳ,
Πολλὰ δ' ἄέλπτως κραίνουσι θεοί,
Καὶ τὰ δοκηθέντ' οὐκ ἐτελέσθη,
Τῶν δ' ἀδοκήτων πόρον εὗρεν Θεός.
Multarum rerum Jupiter est dispensator in cœlo,
Multaque præter spem perficiunt dii,
Et sperata non fiunt,
Eorum vero, quæ non sperantur, Deus exitum in- [*venit.*
Eadem sententia legitur Andromach. vers. 1285, Bacch. vers. 1386, et Helen. vers. 1794.

METRICA VERSIO.

Dum cerno. Rerum mihi magistra est omnium
Natura, terræ evulsa ab imo viscera,
Disrupta saxa, mortuorumque eruta
Sepulcra. Quin is qui latus fixit tremens
Ante ora fixi tristis idem procidit.
Deip. O Nate, mihi charum et sacrum in primis [caput,
Hæccine tua ista est etiam in inimicos tibi
Propensa bonitas? casus hic quas non ciet
Ex ore lacrymas, mortuus quod sanguinem
Effundit illum qui genus hominum expiet?
Etiam inimici, ut ista tam mira et nova
Vident, tremiscunt misere et horrent: Filium
Dei fatentur voce te clara, timent
Et cuncta, rerum ut abditarum nescia.
At generis ejus turba quæ te sustulit
Non cogitanda cæde, quæ tuum caput

B Cinxisse debuit corona, non modo
Quali impudenter cinxit in ludibrium,
Curam sepulcri nullam habet prorsus tui.
Et quomodo te de crucis ligno ernam?
Qua corpus urna contegam? quo linteo
Involvam, et illi more patrio occinam
Lugubre carmen? cujus, o Fili, manus
Tibi justa solvent? quid misera agam? quo meæ
Tandem loco res? Sed quid ita despondeo
Animum? tuis parere me sermonibus
Factisque fas est, teste quæ longe optimo
Certissimoque id indicant, quidquid tibi
Est velle, et illud posse idem. Penu Deus
Est plurimorum, nulla quæ mortalium
Spes pollicetur; multa quæ speraveris
Nunquam, ille forti sæpe dextra perficit,
Decreta porro quæ jam erant, nondum suo

Τὰ δ' αὖ δοκηθέντ' οὐκ ἐφεῦρε καὶ τέλος.
Σὺ δ' ἀδοκήτων αὐτὸς εὕροις μοι πόρον.
Theol. Καὶ μὴν ὅδ' Ἰώσηπος ἐν σπουδῇ ποδὸς
Στείβει, νέον τι πρᾶγμ' ἔχων ἴσως φράσαι.
Ἄλλο θαῦμα καὶ παρ' ἐλπίδα βλέπω,
Μύστην νύχιον τῷδε συντρέχοντά περ
Σκεύη φέροντα προσφυᾶ τῇ καθόδῳ.
Ὦ μάκαρ, ὃς τὰ τοῦ Θεοῦ μυστήρια
Εἰδὼς, ἁγιστεύει θ' ἑαυτοῦ βιοτάν,
Καὶ θιασεύεται καθαρμοῖσι ψυχάν,
Δέμας τε παντὸς ἀνατινάσσων ῥύπου,
Κύκλῳ τε πασῶν ἀρετῶν στέφων κάραν,
Ἀεὶ θεραπεύειν θοάζει τὸν Θεόν.

A Τὸ σωφρονεῖν γὰρ, καὶ σέβειν τὰ τοῦ Θεοῦ,
Κάλλιστον οἶμαι δ' αὐτὸ, καὶ σοφώτατον
Θνητοῖσιν εἶναι χρῆμα τοῖσι χρωμένοις.
Ἰωσ. Ὦ φίλταθ', ὡς σὴν γῆρυν ἡσθόμην κλύων
Σοφὴν, σοφοῦ παρ' ἀνδρός. Ἐκ μακρᾶς ὁδοῦ
Ἥκω δ' ἕτοιμος, τήνδ' ἔχων σκευὴν, τάχει,
Ὅπως νέκυν θάψαιμι τὸν πεφιλμένον.
Δεῖ γάρ νιν ὄντα καὶ πάρος σεπτὸν, φίλοι,
Ὅσον καθ' ἡμᾶς, καὶ νέκυν τοῦτον σέβειν.
Πῶς δεῖ κατάγειν; πῶς δὲ πρὸς τύμβον φέρειν,
Πέπλοις ἑνειλίξαι τε; νῦν ἡγοῦ σύ μοι
Νέος γέροντι, Παρθένος (σὺ γὰρ σοφὸς),
Ὡς οὐ κάμοιμ' ἄν, εἰθ' ἕως, εἰθ' ἑσπέρα.

Et ea, quæ sperantur, suum non habent exitum.
Tu quorum nulla facultas datur, mihi viam expedias.
Theol. At ecce Josephus celeri pede
Progreditur, aliquid novi forte nuntiaturus.
Aliud quoque, rem miram inexspectatamque video,
Nocturnum discipulum cum isto currentem,
Qui affert instrumenta corpori e cruce deponendo congrua.
O felix, qui Dei mysteria
Edoctus, sanctam exigit vitam,
Et animam purgationibus consecrat,
Omnique labe corpus suum abluens,
Omniumque virtutum corona caput redimitus,
Semper Deum colere properat!
Modestum enim esse, et Dei partes colere,
Illud pulcherrimum sapientissimumque puto,
Et utilissimum hominibus qui his incumbunt.
Joseph. O charissime, ut lætatus sum audiens tuam vocem
Sapientem ex viro sapiente; ex longo itinere
1274-1275 Venio paratus et cito, hunc habens ornatum,
Quo dilectissimum mortuum sepeliam.
Oportet enim ipsum jam prius venerandum, amici,
Quantum possumus, et etiam mortuum venerari.
Quomodo eum demittemus? quomodo condemus in tumulo
Peplisque involvemus? præi nunc mihi tu
Juvenis seni, Virgo (tu enim sapiens es),
Ita ut non defatiger, neque noctu, neque interdiu,

1137 *Σκεύη φέροντα.* Rudius Roillet *In humeris gestans*, quasi vir tantus non potuisset tam ponderosam myrrhæ et aloes misturam per famulos deferre.

1139 *Ἁγιστεύει θ' ἑαυτοῦ βιοτάν.* Ita Reg. Gloss. ἁγιάζει. Mendose editi ἁγιστεύει θείαν αὐτοῦ.

1144 *Τὸ σωφρονεῖν γάρ*, etc. Ita fere Bacch. vers. 1148, etc., nuntius cædis Penthei a matre sua peractæ narrationem concludit hac eximia sententia.

1147 *Ὦ φίλταθ'*, etc. Sic ibid. vers. 178, etc., Cadmus Tiresiam salutat :

Ὦ φίλταθ', ὡς σὴν γῆρυν ἡσθόμην κλύων,
Σοφὴν σοφοῦ παρ' ἀνδρὸς ἐν δόμοισιν ὤν·
Ἥκω δ' ἕτοιμος, τήνδ' ἔχων σκευὴν θεοῦ.
O charissime, ut lætatus sum, audiens tuam vocem
Sapientem ex viro sapiente, cum domi essem;
Venio autem paratus, hunc habens ornatum dei.

1151 *Δεῖ γάρ νιν*, etc. Sic *Bacch.* vers. 181, etc.

1154 *Νῦν ἡγοῦ μοι σύ*, etc. Sic ibid. vers. 185, prosequitur Cadmus :

. . . . . Ἐξηγοῦ σύ μοι
Γέρων γέροντι, Τειρεσία (σὺ γὰρ σοφὸς),
Ὡς οὐ κάμοιμ' ἄν, οὔτε νύκτ', οὔθ' ἡμέραν.
. . . *Dux viæ sis tu mihi,*
Senex seni, Tiresia (tu enim sapiens es),
Quia non defatigabor, nec noctu, nec interdiu.

METRICA VERSIO.

Conclusa fine : tu rei ergo fac viam
Mihi recludas, quæ supra fidem datur.
Theol. At ecce celeri progreditur ad nos pede
Josephus, et habet forte quid nobis novi
Quod nuntiet : tum mirum et id video, meam
Spem præter, una accurrere socium viæ
Qui nocte tantum discipulus hujus fuit :
Quin illa et humeris gestat omnia quæ juvent,
Demissum ut illum ligno ab erecto eruant.
Virum o beatum, qui Dei juxta sui
Arcana vitam commode sanctam exigit,
Et expiatum pectus omnino offerens,
Tum corpus omni sordium labe abluens,
Virtutum honesta cinctus omnium caput
Suum corona, colere festinat Deum!

B Nam sobrium esse, et colere Numen, judico
Id omnium longe esse sapientissimum,
Pulcherrimumque generis humani decus.
Joseph. Audita simul ac vox tua, o charissime,
Prudente prudens ducta de viro, loco
Adsum a remoto, gnaviter mecum afferens
Omnem apparatum quo mihi charissimo
Extrema solvam justa quæ sunt funeris,
Nam nos eum olim tot viris cultum, decet
Nunc, o amici, quantum opes nostræ ferent,
Amare cassum lumine, et colere. Modo
Sed quo alligatum solvere licebit cruce?
Et quo sepulcro trahere hunc? quo linteis
Involvere? Et tu me præi, juvenis senem,
Ætate florens, et potens prudentia.

Ἕως νέκυν θήσαιμι καινῷ μου τάφῳ.
Ὅσον δέον γὰρ, μὴ γένους κοινωνίαν
Ἔχοντα μύστην, τοῦτον οἰκτείρω κἀγώ.
Θεοτ. Ὁ αὐτὸς δ' ἀπόνως θ' ὑμῶν ἡγήσεται,
Καὶ πᾶσαν εὐμάρειαν ἐν χεροῖν διδοῖ.
Ἰωσ. Ὦ χρῆμα παγκαλέστατον! δέσποιν' ἐμή,
Τί παῖδα πρὸς σὸν τόνδ' ἄγουσ' ἐρημίαν,
Ἕστηκας, θαμβουμένη τὰ σαυτῆς λυγρά;
Καί σοι μόνος πάρεστι μύστης παρθένος,
Λιπὼν ἀδελφὸν ἐν χορῷ μυστηπόλων·
Ἄλλοι δ' ὀπαδοὶ τῶν γόων πεπλησμένοι
Φεύγουσι, πολλῷ τῷ φόβῳ πεφρικότες,

Donec mortuum novo meo tumulo condiderim,
Quantum enim me oportet generis affinitatem
Non habentem discipulum, hunc ego misereor.
1160 *Deip.* Ipse absque labore vos præibit,
Manusque vestras juvabit, facilia omnia faciens.
Joseph. O pulcherrimum opus! mea domina,
Quid, ope destituta, prope Natum tuum
Astas, tuis calamitatibus obstupefacta?
1165 Ac tibi solus adest discipulus virgo,
Relicto fratre sacrorum in discipulorum cœtu:
Alii vero ipsius asseclæ lacrymis perfusi,
Fugere, nimio terrore perculsi,
Nihilque malorum recentium viderunt.
1170 Tu vero inimicorum vesaniam non exhorresceis
Ego autem vereor ne quid novi machinetur
Turba hostium infensa, cædis anhelans.
Obstinata quippe mens odio, minime consentire volet,
Ut nobili tumulo mortuum sepeliamus.
1175 *Theol.* Nondum enim cesserunt, neque sitim expleverunt
Nefariæ cædis, et diræ vesaniæ.
Joseph. Exarsere a principio, necdum dimidia pars libidinis nocendi exsatiata est.
Theol. Quid est, o senex, ne celaveris, loquere.
Joseph. Audivi dicentem, eum audire minime viderer,
1180 Ad locum accedens ubi seniores

Α Οὐδ' εἶδον οὐδὲν τῶν νεωτέρων κακῶν.
Σὺ δ' οὐ πέφρικας δυσμενῶν ἀβουλίαν.
Ἐγὼ δέδοικα, μή τι βουλεύσῃ νέον
Ὄμιλος ἐχθρὸς, δυσμενὴς, μιαιφόνος.
Βαρεῖα γὰρ φρὴν οὐδ' ἀνέξεται κλύειν,
Κἂν νεκρὸν ἢν δοίημεν ἐντίμῳ τάφῳ.
1175 *Θεολ.* Οὔπω γὰρ οὐκ ἔληξαν, οὐδ' ἔσχον κόρον
Μιαιφονίας, καὶ κακῆς ἀβουλίας.
Ἰωσ. Ζηλῶ σ'· ἐν ἀρχῇ πῆμα, κοὐδέπω μεσοῖ.
Θεολ. Τί δ' ἔστιν, ὦ γεραιέ; μὴ σίγα, φράσον.
Ἰωσ. Ἠκουσά του λέγοντος, οὐ δοκῶν κλύειν,
1180 Θώκους προσελθὼν, ἔνθα δὴ παλαίτεροι

1158 *Μὴ γένους κοινωνίαν.* Quasi velit Josephus: *Etiamsi Judæus non esset, tamen ob amicitiam se id præstiturum:* attamen suam affinitatem asserit vers. 1281, 1698 et 1710. Fortasse quoddam mendum hunc in locum irrepsit.

1160 *Ἡγήσεται.* Ita Reg. Editi ἡγήσατο. Sic *Bacch.* vers. 194, Tiresias habet:

Ὁ θεὸς ἀμοχθεὶ κεῖσε νῷν ἡγήσεται.
Ipse deus sine labore illuc nos deducet.

1162 *Παγκαλέστατον.* Reg. παγκαλὲς Θεοῦ, *quasi peculium Dei pulcherrimum ac monile.*

1164 *Θαμβουμένη*, etc. Reg. Med. Θεωμένη σαυτῆ λυγρά. Alt. σαυτῆς. *Tuorum te malorum conspectu exsatians.*

1166 *Λιπὼν ἀδελφὸν*, etc. Non bene Roill. *Quos nunc sacrorum cura*, etc., imo quos luctus ingensque occupabat pavor.

1171 *Ἐγὼ δέδοικα*, etc. Ita supra vers. 488 et 1074.

1172 *Ὄμιλος ἐχθρός*, etc. Ita supra vers. 483 et 485.

1173 *Βαρεῖα γὰρ*, etc. Ita supra vers. 485.

1177 *Μεσοῖ.* Ita Reg. II. Editi μέσον. Sic fere *Med.* vers. 60, nutrix Pædagogum alloquitur:

Ζηλῶ σ'· ἐν ἀρχῇ πῆμα, κοὐδέπω μεσοῖ.
Laudo te: malum inchoatum est; nondum est in medio.

1178 *Τί δ' ἔστιν, ὦ γεραιέ.* Ita fere nutrix Med. vers. 65:

Τί δ' ἔστιν, ὦ γεραιέ; μὴ φθόνει φράσαι.
Quid vero, o senex? ne graveris dicere.

1179 *Ἠκουσά του λέγοντος*, etc. Ibid. vers. 67 Pædag.:

Ἠκουσά του λέγοντος, οὐ δοκῶν κλύειν,

METRICA VERSIO.

Nam sive lucis, sive noctis nuntia
Premet, molestus nullus accedet labor,
Donec cadaver hoc loco conclusero,
Novum sepulcrum quo mihi jussi erigi.
Quam convenit me non genere junctum affici
Discipulum, ego hujus delleo casum, et vicem.
Deip. At jam is præibit optimus dux, et manus
Vestras juvabit, facilia omnia faciens.
Joseph. O rem omnium pulcherrimam! quid tu, o hera,
Confecta luctu Filium juxta tuum
Sic stas, tuorum attonita mole casuum?
Discipulus et pudicus hic solus tibi
Adest, relicto fratre cum grege comitum,
Quos nunc sacrorum cura, cultusque occupat:
Aliorum at istum turba consectantium,
Mœrore magno lacrymisque perditi,
Fugere pavidi præ metu grandi, coma

Β Horrente, nihil ut cernerent recentium
Quidquam malorum. Tu hostium, contra, manum
Nil horruisti temeritate turbidam.
Horrore quatior turba quo vergat timens,
Ne infesta spirans sanguinem, dira, effera,
Aliquid novi tentet. Nam ut animus est gravis
Odio obstinato, hæc ore non æqua audiet,
Condi sepulcro morte functum nobili.
Theol. Sic est, furori nam modum nondum suo
Posuere; durat dira sanguinis sitis
Expleta nondum, tristia audens omnia.
Joseph. Recte quidem id tu, sed mali non id tamen
Vis æqua parte est. *Theol.* Ecquid autem, mi senex,
Ecquid, rogo, istud? ne quid hic celaveris.
Joseph. Audivi id, ipsi me inserens turbæ, [loco
Quo grandiores consident natu, sacram

Θάσσουσι, σεμνὰ ἀμφὶ Σολομῶν στοὰν,
Ὡς τόνδε νεκρὸν οὐκ ἐξ πρεσβυτέρων
Ὄχλος, προσελθὼν τῆσδε κοιράνῳ χθονὸς,
Θάπτειν. Ὁ μέν τοι μῦθος εἰ σαφὴς ὅδε,
1185 Οὐκ οἶδα, βουλοίμην δ' ἂν οὐκ εἶναι τάδε.
Ἐμοὶ γὰρ αὐτὸν ἐξέδωκεν ὡς φίλῳ,
Αὐτὸν δυσωπήσαντι λαβεῖν τὸν νέκυν.
Theol. Τὸ πᾶν ὄλωλεν, εἰ κακὸν προσοίσομεν
Νέον παλαιῷ, πρὶν τόδ' ἐξηντληκέναι,
1190 Ὡς αὐτὸς εἶπεν, ἥματι τρίτῳ πέρας
Τὰ λυπρὰ λαβεῖν γηθοσύνῃ καρδίας.
Ἰωσ. Οὐ τοῦθ' ὁ Πατὴρ Παῖδ' ἀνέξεται παθεῖν.
Παλαιὰ καινῶν λείπεται βουλευμάτων,

A Κοὐκέτ' ἐκεῖνος τοῖσδε φίλος δόγμασιν.
1195 Αὐτός γε μὴν δράσειεν, οὐ γὰρ παύσεται
Χόλου· σάφ' εἶπε καὶ κατεμπρῆσαι πόλιν.
Ἐχθρούς γε μέν τοι, μὴ φίλους, δράσειέ τι
Ἔνδικον ὅμμα Πατρὸς ἀμυντήριον.
Theol. Οὐ γὰρ μὰ τὴν δέσποιναν, ἣν ἀεὶ σέβων,
1200 Ἐξ Υἱέως νῦν εἰλόμην ὡς μητέρα,
Χαίρων τις αὐτῶν τοῦδε διάξει φόνου.
Θεὸς γὰρ, ὡς ἔγνωμεν ἐκ τῶν τεράτων,
Ὧν καὐτὸς οἶδας πολλὰ, καὶ τὰ νῦν βλέπεις.
Οὐδ' ἠγνόησας ἡλίου τόσον σκότος,
1205 Ἔπειδ' ἔκλινε, καὶ μεθῆχ' ἑκουσίως
Ψυχήν. Μόρος γὰρ οὔποτ' οὖν ὑπέρτερος,

Sedent, circa venerandam Salomonis porticum,
Futurum ut hunc mortuum sepelire non sinat seniorum
1276-1277 Turba, ad hujusce regionis præfectum accedens.
Utrum verus sit iste sermo
1185 Nescio; vellem sane talem non fore.
Mihi enim ipsum exoranti, ut amico,
Mortuum ut acciperem, tradidit.
Theol. Actum est de nobis, si addamus malum
Novum veteri, priusquam illud exhaustum sit,
1190 Ut ipse prædixit, die tertia finem
Lætum et hilarem exceptura fore luctuosa.
Joseph. Istud pati Filium non sinet Pater.
Antiqua novis cedunt consiliis,
Et illi amica non sunt hæc edicta.
1195 Ipse profecto aget, neque enim iram suam
Remittet : clare prædixit se urbem flammis traditurum fore.
In adversarios potius quam in amicos quidquam gesserit
Ultor et vindex Patris oculus.
Theol. Haud dubie per dominam quam semper veneratus,
1200 A Filio nunc genitricem accepi,
Nemo ex iis qui hanc eædem perpetrarunt, lætus vitam traducet.
Deus enim est, ut novimus ex prodigiis,
Quorum plura et ipse nosti, et nonnulla nunc vides;
Neque enim te latuit tam densa solis caligo,
1205 Cum caput demisisset, et ultro tradidisset
Spiritum; nunquam enim mors prævaluisset,

Πεσσοὺς προσελθών, ἔνθα δὴ παλαίτατοι
Θάσσουσι, σεμνὸν ἀμφὶ Πειρήνης ὕδωρ.

Audivi quemdam dicentem, cum non viderer audire,
Accedens ad locum ubi luditur tesseris, ubi natu grandes
Sedent, ad sacram aquam Pirenes.

1184 *Ὁ μέν τοι μῦθος*, etc. Ita fere Pædagogus *Med.* vers. 72 et 75.

1188 *Τὸ πᾶν ὄλωλεν*, etc. Ita nutrix *Med.* vers. 78, etc.

1195 *Παλαιὰ καινῶν*, etc. Ita fere *Med.* vers. 76, etc., Pædagogus nutricem alloquitur :

Παλαιὰ καινῶν λείπεται κηδευμάτων,
Κοὐκ ἔστ' ἐκεῖνος τοῖσδε δώμασι φίλος.
Veteres novis cedunt affinitatibus,
Et ille non est amicus his ædibus.

1197 *Δράσειέ τι*. Editi δράσει ἔτι. Sic supra vers. 1097 et 1098, et *Med.* vers. 96 :

Ἐχθρούς γε μέν τοι, μὴ φίλους! δράσειέ τι.
Utinam tamen inimicis, non amicis, aliquid faciat!

1206 *Μόρος γάρ*, etc. Ita supra vers. 881.

METRICA VERSIO.

Ad porticum Salomonis, ut nullis tamen
Audire visus, non futurum ut mortuum
Permittat istum turba seniorum dari
Tumulo, illiusque gratia rei, modo
Adivit illum quem penes loci istius
Omnis potestas : non tamen plane scio,
An iste certa sermo sit dignus fide.
Mallem carere; precibus id tamen meis,
Et tanquam amici, dedit ut exstinctum efferam.
Theol. Actum est, ferendum si, vetus præter malum
Novum, priusquam nos id expedierimus,
Quod pollicetur tertius nobis dies,
Ut luctuosa fine læto et exitu
Inde geminato fœneremus gaudio.
Joseph. Non ista Natum perpeti feret Pater.

B Antiqua cedunt consilia novis, procul
Cuncta hæc facessunt quæ rata voluit prius.
Persistet ille, nec aberit justus furor
Ejus, quod olim dixit, urbs ut ardeat :
Jam non amicos, sed sibi hostes fecerit,
Qui lance justa vindicat pressos Pater.
Theol. Sic me illa matris quam loco habui a Filio,
Quam semper unam filius colam, adjuvet,
Ut nemo cæde infamis illa protrahet
Jucunda vitæ pensa, nam vere Deum
Prodigia quæ tu multa vidisti et vides
Hunc indicarunt : nocte sol tota obtegens
Jubar decorum visus est tibi, ac simul
Effluvit animam sponte deprimens caput
Jussa venire morte nutu, quæ nihil

Εἰ μὴ κελευσθεὶς ἦκε τῇ καρδὸς κλίσει.
Τοὐνθένδε μᾶλλον φρικτὸν ἦν θέαμ' ὁρᾶν.
Γῆς γεῖσσα σαλευθέντα, ῥαγείσας πέτρας,
Τάφους τε νεκρῶν εἴδες ἠνεῳγμένους·
Ὡς δ' αὖθις ἦκεν ἀνατινάσσων δόρυ,
Νύσσει παραστὰς νειάτην πλευρὰν ξίφει
Ἀχμαῖος ἀνήρ. Τῆς τομῆς γὰρ ἡσθόμην
Πληγὴν βαθεῖαν, ὦλκα τραύματος βλέπεις.
Οὗτος μὲν ὦσε κατὰ πλευρᾶς που δόρυ.
Πλευρᾶς νενυγμένης δὲ θαυμαστῶς ὕδωρ
Ἔσταξεν εὐθύς, αἷμά τ' οὐ πεφυρμένον.
Διπλοῦς γὰρ ἐστάλαξε κρουνὸς αὐτόθι,

A Φρικτὸν θέαμα· πᾶσι δ' ἦν φόβος ὁίγειν.
1220 Αὐτὸς δ' ὁ νύξας ἐκπλαγεὶς κέκραγέ πως·
Ὄντως ὁ παρὼν νεκρός ἐστι Παῖς Θεοῦ.
Τλήμων τε μήτηρ ἐμπαρεστῶσ' ἐκρίῳ,
Πίπτει στένουσα, καί γε προσπιτνεῖ ξύλῳ,
Ὥρμωξε δ' εὐθὺς, καὶ περιπτύσσει πόδας,
1225 Καὶ χερσὶν ἠρύσατο δικρούνου ῥοῆς,
Κυνοῦσά τ' αὐδᾷ τοιάδ'· « Ὦ θεῖον κάρα,
Βροτῶν μὲν αὐτὸς κατθανὼν κήδῃ σαφῶς,
Κενοῖς τε καθάρσιον ἀνθρώποις γένους·
Σὲ δ' οὐδὲ φροντίζει τις ἐνθεῖναι τάφῳ. »
1230 Ἐπεὶ δὲ θρήνων καὶ γόων ἐπαύσατο,

Nisi jussa capitis inclinatione accessisset.
Postea vero spectaculum erat visu valde horrendum :
Concussa terræ viscera, illisa saxa,
1210 Mortuorum monumenta vidisti reserata.
Ut autem iterum venit vibrans hastam,
Infimum latus adacto mucrone pungit
Vir ætate florens ; incisionis autem sensi
Plagam profundam, et tu vulneris sulcum intueris.
1215 Ipse quidem hastam in latus impulit.
E latere autem percusso, mirabiliter aqua
Efluxit statim, et cruor non permistus.
Geminus quippe fons exinde stillavit,
Horrendum spectaculum : omnes autem metuebant attingere.
1278-1279 1220 Ille autem percussor obstupefactus exclamavit :
Vere hicce mortuus est Filius Dei.
At ipsa mater infelix, cruci prope astans,
Cadit gemens, et ligno procumbit,
Ejulatque statim, et pedes amplectitur,
1225 Manibusque gemini fontis profluvium exhaurit,
Adoransque istius modi affatur : « O divinum caput,
Et ipse mortuus manifeste mortalium genus curas,
Fundisque, quo genus humanum expiatur ;
At te nemo satagit condere sepulcro. »
1230 Postquam autem lamentationum et luctuum finem fecit,

1207 *Κλίσει.* Mendose edit. κλήσει.

1208 *Τοὐνθένδε*, etc. Ita fere *Med.* vers. 1167, nuntius filiæ Creontis mortem narrat :

Τοὐνθένδε μέν τοι δεινὸν ἦν θέαμ' ἰδεῖν.
Postea vero erat miserabile spectaculum videre.

1209 *Γῆς γεῖσσα*, etc. Ita supra vers. 1107 et 1108.

1215 *Οὗτος μὲν ὦσε.* Ita supra vers. 1074.

1219 *Φρικτὸν θέαμα.* Ita fere *Med.* vers. 1202 nuntius tristem filiæ Creontis obitum exponit :

Δεινὸν θέαμα· πᾶσι δ' ἦν φόβος ὁίγειν
Νεκροῦ· τύχην γὰρ εἴχομεν διδάσκαλον.
Horrendum spectaculum : omnes vero metuebant attingere
Cadaver : fortunam enim habemus magistram.

1220 *Αὐτὸς δ' ὁ νύξας.* Ita supra vers. 1086, etc.

1222 *Τλήμων τε μήτηρ*, etc. Ita fere *Med.* vers. 1204, nuntius Creontis dolorem exponit :

Πατὴρ δ' ὁ τλήμων, συμφορᾶς ἀγνωτίᾳ.
Ἄφνω προσελθὼν δῶμα, προσπιτνεῖ νεκρῷ.
Sed infelix pater, ignoratione mali,
Statim ingressus domum, irruit in eam jam mortuam.

1225 *Καὶ χερσίν*, etc. Ita supra vers. 1085

1226 *Κυνοῦσά τ' αὐδᾷ.* Sic *Med.* vers. 1207, etc., Creon lamentatur :

Κυνεῖ προσαυδῶν τοιάδ'· Ὦ δύστηνε παῖ!
Osculabatur his eam compellans : O misera filia!

1229 *Σὲ δ' οὐδὲ φροντίζει*, etc. Ita supra vers. 1120.

1230 *Ἐπεὶ δὲ θρήνων*, etc. Ita fere *Med.* vers. 1211, etc.

METRICA VERSIO.

Juris aliter habitura fuerat. Tunc magis
Spectare dira contigit miracula,
Evulsum ab imis manibus terræ solum,
Monumenta mortuorum aperta, saxaque
Prædura obique fracta. Cum vero manu
Adesset hastam qui suam vibrans, latus
Peteret, acutam florida ætate impulit
Ferrum vir astans (hisce nam excepi auribus
Ictum sonorum, tuque adeo plagam gravem et
Sulcum profundum vulneris ducti vides),
Et ille certe lancea fixit latus :
At latere fixo fluxit illico insolens
Non temperatus sanguis, et mirabilis
Aqua, ut flueret e fonte duplici liquor,
Res mira visu : tum pavidus omnes timor
Invasit in contactu. At is cui lancea

B Fixus erat, horrens, turbidum exclamans, ait :
Iste, iste præsens mortuus, Natus Dei est.
At ipsa mater misera cominus cruci
Astans profundumque ingemens, curvo genu
Procumbit, et se lignum ad erectum applicat.
Triste ejulans, miserumque in amplexum pedum
Fertur, et utraque haurit manu qui profluens
Geminus ab uno fonte manabat latex,
Affata verbis talibus post oscula :
« Divinum o caput, et tu vita hac functus, tamen
Curas aperte quæ genus mortalium
Spectant, levasque pondere imposito, expians
Quod facinus illi perpetratum : at mortuum
Te nemo curat nunc sepulcro condere. »
Postquam illa finem lacrymis et luctibus

Χρῆξους' ἄχραντον ἐξαναστῆσαι δέμας,
Προσείχεθ', ὥστε κισσὸς ἕρνεσι δάφνης.
Χρόνῳ δ' ἀπαλλαγεῖσα τῶν γόων, ἔφη·
« Τί ταῦτ' ἀλύω; πειστέον Παιδὸς λόγοις,
Ἔργοις θ', ὅτ' ὑπέδειξεν εἰς μαρτυρίαν,
Ὡς ἔστιν αὐτῷ πᾶν θελητὸν, δυνατόν·
Καὶ τῶν ἀέλπτων τὸν πόρον αὐτὸς διδοῖ. »
Ταῦτ' εἶπε, καὶ παραυτίχ' ὡράθης σύ μοι.
Ἰωσ. Θαυμάστ' ἔφησας, καὶ τὸ πρᾶγμα δεικνύει.
Ἀτὰρ σύ τ' (οὐ γὰρ καιρὸς εἰδέναι τάδε),
Δέσποινα, ἡσύχαζε, καὶ σίγα λόγον,
Καὶ θᾶττον ὡς μάλιστα τῶνδ' ἑρημά γε,
Καὶ μὴ πελάζετ' ἐγγὺς ἐνθυμουμένοις.

Μηδὲ προσέλθητ', ἀλλὰ φυλάσσεσθέ που
Ἄγριον ἦθος, στυγερᾶς φύσιν φρενός.
Θεοτό. Ὦ καλλίνικοι, χαίρετ', ὦ φίλοι δύο,
Ὁ Νικόδημος σὺν Ἰωσήπῳ δίῳ·
Εἰς καιρὸν ἥκετ', εὖγε δ' εὖ πεπράχατε.
Πιστοῖς φίλοις γὰρ συμφοραὶ, τὰ τῶν φίλων
Πίπτοντα κακῶς, καὶ φρενῶν ἀνθάπτεται.
Σπεύσατε, νῦν σπεύσατε, καταγάγετε.
Πρὸς τοῦτο γὰρ ἥκοντας ἄμφω νῦν βλέπω.
Ἄνιτ', ἄνιτε θᾶσσον, ὡς ἄν μοι νέκυν
Καταγάγητε, δεσποτείας ὠλένας
Ὅπως κατασπάσαιμι, καὶ σύμπαν μέλος,
Κυνοῦσα σάρκας, ἅσπερ ἐξεθρεψάμην.

Expetens immaculatum excitare corpus,
Adhæsit, sicut hedera ramis lauri.
Functa tandem luctibus, dixit :
« Sed quid animum despondeo? Filii verbis adhibenda fides,
Et operibus, quibus tanquam testibus, indicavit
Id omne, quod vult, fieri posse;
Et rebus insperatis ipse viam faciat. »
Hæc eloculta est, et te confestim vidi.
Joseph. Mira dixisti, et res ipsa manifestat.
At tu (neque enim tempus est, ut hæc sciantur),
Domina, quiesce et retice sermonem,
Tuque ab his quam citissime procul abscede;
Neque vos appropinquate his ira æstuantibus.
Ne igitur accedite; præcavete autem
Ab efferis moribus, ab animi cruenti natura.
Deip. O generosi victores, salvete, o duo amici,
Nicomedes cum generoso Josepho;
Commode venistis, et optime peregistis.
Fidelibus enim amicis calamitates, res amicorum
Male cedentes, et pectus anxium tenent.
Festinate, nunc accelerate, corpus demittite.
Propter enim hoc utrumque vestrum nunc venisse video.
Ascendite, ascendite propere, ut mihi mortuum
Demittatis, ut Domini sinum
1280-1281 Amplectar, et unumquodque membrum,
Oscula figens carnibus, quas enutrivi.

1234 *Τί ταῦτ' ἀλύω;* Ita pariter legitur supra versus 1126, etc.

1238 *Εἶπε.* Combefisius mallet εἶπα, *Hæc ubi dixi*, ut series ipsi videtur postulare.

1240 *Ἀτὰρ σύ τ'.* Ita *Med.* vers. 80 et 81 nutrix pædagogum alloquitur :

Ἀτὰρ σύ γ' (οὐ γὰρ καιρὸς εἰδέναι τάδε
Δέσποιναν), ἡσύχαζε, καὶ σίγα λόγους.

At tu (non enim commodum est scire hæc Dominam), quiesce, et retice hos sermones.

1242 *Τῶνδ' ἑρημά γε.* Al. τῶν ἐρημώσας ἄγε. Sic ibid. vers. 90, etc., nutrix pædagogum monet, ne pueros Medeæ ad ipsam adducat :

Σὺ θ' ὡς μάλιστα τοὐσδ' ἐρημώσας ἔχε,
Καὶ μὴ πέλαζε μητρὶ δυσθυμουμένῃ.

Tuque tene hos quam longissime abductos, Neque adducas ad matrem mœstam.

1243 *Ἐνθυμουμένοις.* Sic supra vers. 485.

1256 *Κυνοῦσα. Adorans.*

METRICA VERSIO.

Modumque fecit, maxime hoc unum expetens,
Ut corpus omnis labis expers redditum
Vitæ videret, non secus ei ac brachiis
Lauri hedera adhæsit. Functa tandem luctibus,
Hæc infit : « Equid sic dolore exulceror?
Habenda verbis Filii mei fides
Factisque, quibus id testibus fidelibus
Probavit? illi velle nil, quod non idem
Et posse detur. Quin et his ipse omnibus
Viam dat omnem quæ supra fidem locant.
Hæc eloculta est : cum illico visus mihi es.
Joseph. Miranda narras, ipsa sed quæ res docet.
Tu vero, o domina (nam neque hæc scire expedit),
Nunc jam quiesce, et verba comprime quam potes :
Hæc omnia absint hinc procul; ne commus

B Vos admovete concilia incuntibus,
Neve sociate, sed cavete denuo
Pravam superbæ mentis et feræ indolem.
Deip. O strenui heroes, salvete una, duo
Iidemque amici, Nicodeme, et candide
Josephe, salvete : optime vos huc quidem
Et commode venistis; ut enim res male
Cedant amicis, ita et amicorum fide
Bona integraque pectus anxium tenent.
Agite jam, agite : demittite isthinc ocius.
Nam video nunc utrumque vestrum propter hoc
Venisse. Propere ascendite, ascendite, mihi
Reddatis illum ut mortuum, Domini ut sinus
Amplectar, artus, membraque omnia, admovens
Carni oscula illi, lacte quam eduxi meo.

Ἰωσ. Ἔξιθ', ἄπιθι, μή σέ τις μιαιφόνων
Κακῶς δράσειεν, οὐδ' ὁρᾷν ἀνέξεται.
Ἡμεῖς δ' ἄνιμεν, ὡς ὁρᾷς, καὶ τὸν νέκυν
Καταγάγωμεν χερσὶν ἰδίαις τάχει.
Ναὶ, φίλε Νικόδημε, σὺ πρῶτος τάχει
Ἔμβαινε, πηκτὰς κλίμακος πρὸς ἀμβάτεις,
Ἐκπασσαλεύσων διγλύφου δοκοῦ δέμας
Λέοντος, ὃν γέγηθε θηράσας λεώς.
Σὺ δ' ἔξιθ' ὡς τάχιστα, καὶ θρηνοῦσά περ.
Ὡς ταῦτ' ἄραρεν, κοὐκ ἔχεις ἰσχὺν, ὅπως
Ταῦτ' ἀνατρέψῃς, κἂν στένῃς, κἂν δακρύῃς.
Θεοτό. Δειλαί' ἐγὼ, δύστηνος, εἰ Παῖδ' οὐχ ὁρῶ
Κἂν τεθνεῶτα, μέχρι καὶ τύμβος λάβῃ.

A 1270 Φύγω δὲ δῆμον, ἵνα μή τι καὶ πάθω.
Παιδὸς γὰρ ἄνευ τίς ἔρως μοι τοῦ βίου;
Κλαῦσαι νεκρόν μοι Παῖδα καὶ θάψαι πάρες,
Ψαῦσαι ποδῶν τε καὶ κατασπάσαι μέλη.
Ἄγ', ὦ τάλαινα χεὶρ ἐμὴ, νεκροῦ λαβοῦ.
1275 *Ἰωσ.* Μὴ, μὴ προσοίσῃς χεῖρα, μηδ' ἅψῃ νεκροῦ,
Μὴ δῆτ', ἐπεί μιν νῦν ἐγὼ θάψω χεροῖν,
Τὸν Νικόδημον εἰσφέρων συνεργάτην,
Μύρων χύτιν φέροντα δαψιλεστάτην,
Ὡς μή τις αὐτὸν δυσμενῶν καθυβρίσῃ,
1280 Πέπλους τ' ἀνασπῶν, σῶμά τ' ἐκφέρων τάφου.
Ὡς γὰρ προσῆκέ μοι γένους κοινωνίαν
Ἔχοντι, κἀγὼ τὸν νέκυν τιμῶ φίλον.

Joseph. Recede potius, recede, ne quis carnificum
Tibi vim inferat, aut videre prohibeat.
Nos vero ascendimus, ut cernis, et mortuum
1260 Celeriter propriis manibus demittemus.
Ita, dilecte Nicodemes, tu prior celeriter
Subi compactos scalæ gradus.
A trabe duplici ligno compacta detrahe corpus
Leonis, quem tanquam prædam nacta plebs exsultat.
1265 Tu vero propere abi licet gemebunda,
Cum ita statutum sit, nec habes vim, qua
Hæc immutaveris, etiamsi gemas et lacrymeris.
Deip. Timida ego et infelix, nisi meum videro Filium
Etiam mortuum, usque dum tumulus eum excipiat.
1270 Verum effugio plebem, ne quid et mali patiar.
Absque enim Filio, quæ mihi vitæ voluptas?
Sine me lugere mortuum Filium et sepelire,
Ipsius pedes tangere, et membra deosculari.
Age, o miserrima manus mea, mortuum suscipe.
1275 *Joseph.* Ne, ne manum admoveas, ne mortuum attingas,
Nequaquam; si quidem eum nunc his manibus sepeliam,
Laboris socium admittens Nicodemem,
Qui maximam unguentorum copiam attulit,
Ne quis hostium ipsum contumelia afficiat,
1280 Peplum revellens, corpusque e sepulcro eruens.
Quantum enim convenit mihi generis cognationem
Habenti, mortuum quoque amicum veneror.

1261 *Ναὶ, φίλε*, etc. Ita Reg. H. II, nec dubium quin vera sit lectio. Editi καί.

1262 *Ἔμβαινε, πηκτάς*, etc. Ita fere *Bacch.* vers. 1210, etc., Pentheus invitatur:

. . . . . Αἴρεσθω λαβὼν
Πλεκτῶν πρὸς οἴκων κλιμάκων προσαμβάσεις,
Ὡς πασσαλεύσῃ κρᾶτα τριγλύφοις τόδε
Λέοντος, ὃν πάρειμι θηράσας ἐγώ.
. . . . . *Surgat corripiens*
Ex ædibus compactarum scalarum gradus,
Ut clavis affigat sculptis laquearibus caput hoc
Leonis, quem in venatione captum huc ego fero.

1269 *Μέχρι καί.* Ita Reg. H. II. Editi μέχρι γάρ.

1272 *Κλαῦσαι νεκρόν*, etc. Ita *Med.* vers. 1577, Jaso liberos suos sepeliendi licentiam postulat:

Θάψαι νεκρούς μοι τούσδε καὶ κλαῦσαι πάρες.

Sine me nos mortuos sepelire et lugere.

1275 *Κατασπάσαι.* Al. κατασπᾶσαι.

1274 *Ὦ τάλαινα.* Ita fere ibid. vers. 1244, at sensu diverso Medea sese excitat ad cædem filiorum suorum perpetrandam:

Ἄγ', ὦ τάλαινα χεὶρ ἐμὴ, λάβε ξίφος.
Age, o misera manus mea, arripe gladium.

1276 *Ἐπεί μιν*, etc. Ita fere ibid. Jasoni respondet Medea circa suos liberos:

. . . . Ἐπεί σφας τῇδ' ἐγὼ θάψω χερί.
. . . . *Quia ego sepeliam eos hac manu.*

1279 *Ὡς μή τις αὐτόν.* Sic ibid. vers. 1380 Medea de liberis suis sollicitam se exhibet.

1281 *Μοι γένους.* Reg. H. II, μή. Ita legit interpres, et in textu supra vers. 1158, quod vide, et infra vers. 1698 et 1710.

METRICA VERSIO.

Joseph. Quin hinc recede, ne male aliquis cædibus
Multis cruentus te excipiat, et non suo
Dignetur oculo. Sit satis quod, ut vides,
Ascendimus jam reddituri propriis
Manibus cadaver illico. At prior ocius,
Bone Nicodeme, scalæ in impactos gradus
Insiste, clavis ac refixis altius
Corpus leonis, nacta quod prædam suam
Plebs ipsa gaudet, his trabe a sculpta erue.
Tu vero abi, inquam, sparsa fletu et lacryma
Non indecenti, non tamen mutaveris
Quæ facta, quamvis multa plorans ingemas.
Deip. Miserrimam, me Filium nisi video,
Ut mortuus sit, antequam sit conditum
Corpus sepulcro. Sed quid? an ne quid ferum
Contingat, ego me plebis a turba eximam?
At absque Nato, cura quæ vitæ mihi?
Concede saltem Filium mihi mortuum
Lugere liceat, condere urna, tangere
Pedes, et artus osculari. Agedum, o manus,
Age, mea, et ut datur tibi exstinctum tene.
Joseph. Hoc absit, absit ut manum illi admoveris,
Vel mortuum attigeris: ego manibus meis
Humabo, socio Nicodemo tradito
Laboris hujus, copiam qui maximam
Affert odorum, ut nullus hostium male
Proculcet illum, turpiter peplum abstrahens,
Corpusque mole de sepulcrali eruens.
Nam quod genere non proximum etiam convenit,
Honoro amicum morte sublatum et colo.

Πῶς γοῦν κομίζειν, ἢ τί χρὴ δεδρακότας
Τὸν νεκρὸν ἡμᾶς, σῇ χαρίζεσθαι φρενὶ,
Σιγῇ φέρ' · ἔσται γὰρ τὸ σύμπαν εὐπρεπές.
Οὐδ' ὠμὸν εἰς σὸν Ἑβραῖα τεθνεῶτ' ἴδῃς.
Εἶναι γὰρ Ἰουδαῖος οὐκ ἀναίνομαι ·
Ἀτὰρ τοσοῦτον οὐ δυνήσομαί ποτε
Τὸν σὸν πιθέσθαι Ἑβραῖ', ὅπως οὐκ ἐσθλὸς ἦν,
Οὐδ' εἰ τὸ σύμπαν τὸ βροτῶν λέγῃ γένος,
Καὶ τὴν ὀρεινὴν γραμμάτων πλήσειέ τις
Ὕλην, ἐπεί μιν ἐσθλὸν ὄντ' ἐπίσταμαι.
Ἔκτεινε δ' ὅμως, ἄνασσα, χεῖρας σὺν κόραις,
Δέξαι τε νεκρὸν Ἑβραῖα σὸν πεφιλμένον,
Καὶ κλαῦσον, ὡς βούλοιο, καὶ ψαῦσαι μελῶν.

A *Θεοτό.* Κάλλιστον εἶπας μῦθον, ἐν δ' εὐεργέταις
Τὸ λοιπὸν ἤδη, καὶ φίλοις ἔσῃ πλέον.
Ὡς καλλίνικος εἰς κλέος ἥξεις μέγα.
Οὐκοῦν, γεραιὲ φίλτατ' Ἰωσήφ, λαβὲ,
Ἐναγκάλισαι Ἑβραῖα, καὶ προσέλκυσαι.
Λαβοῦ, λαβοῦ νῦν, καὶ κατόρθωσον δέμας,
Ὀρθοῦ κεφαλὴν, πῆχυν ἐνθεὶς αὐχένι
Ἐν δεξιᾷ, πλευρὰν δὲ τοῦδ' ἀείρατε.
Θεολ. Ἔκτεινε, ἄνασσα, χεῖρας, αἵ τ' ἄλλαι κόραι·
Δέξασθε νεκρὸν, ὃς νεκροῖς ζωὴν ὁδοῖ,
Κἀγὼ δ', ὅση δύναμις, ὑποδέξομαι.
Θεοτό. Ἀγ', ὦ τάλαινα χεὶρ ἐμὴ, νεκρὸν λαβέ.
Φεῦ, φεῦ! τί λεύσσω; ταῖν χεροῖν τί νῦν φέρω;
Τίς ἐστιν οὗτος, ὃν μέκυν χεροῖν ἔχω;

Quomodo igitur efferre, aut quid oporteat nos facere
Huic mortuo, ut gratificemur animo tuo,
Cogita. Meis autem obsecuta consiliis,
Silenter tolera ; hæc enim omnia in melius cedent .
Neque ullum aliud scelus erga Filium tuum exanimem videris.
Ex Judæa quidem gente me esse non inficior ;
1282-1283 Attamen nunquam eo adduci potero,
Ut non credam Filium tuum fuisse optimum,
Nequidem si contradiceret universum genus humanum,
Aut aliquis montanam litteris impleat .
Silvam, quando quidem scio esse probum.
Extende manus simul cum puellis, domina,
Excipe mortuum Filium tuum dilectissimum,
Et luge, ut volueris, et membra deoscular.
Deip. Optimum dixisti verbum : inter promerentes
Jam deinceps, et amicos præsertim eris.
Ut strenuus heros, insignem famam consequeris.
Igitur, senex dilectissime Joseph, accipe,
In ulnas excipe Filium meum, et complectere.
Accipe, accipe nunc et corpus erige,
Attolle caput, cervici illius cubitum inserens
Ad dextram, latusque extollite.
Theol. Expande, domina, manus, cæteræque puellæ,
Excipite mortuum, qui mortuis præbet vitam,
Et ipse, pro viribus, excipiam.
Deip. Age, o misera manus mea, mortuum excipe.
Eheu, eheu! quid video? quid fero nunc manibus?
Quisnam ille est quem mortuum in manibus habeo?

1283 *Πῶς γοῦν κομίζειν, ἢ τί χρή.* Ita legendum videtur. Sic et *Hippolyt.* vers. 1261, nuntius Theseo exponit quam anxia sit ipsius mens, etc.

1288 *Εἶναι γὰρ Ἰουδαῖος*, etc. Hæc videntur parum consentire iis quæ supra leguntur vers. 1158. Vide infra vers. 1698 et 1710.

1289 *Ἀτὰρ τοσοῦτον*, etc. Ita fere *Hippolyt.* vers. 1259, ipsius innocentiam Theseo nuntius asserit. Vide supra vers. 522.

1295 *Δέξαι τε νεκρόν*, etc. Ista dissonant iis quæ leguntur supra vers. 1275, μηδ' ἅψῃ νεκροῦ.

1308 *Ἀγ', ὦ τάλαινα.* Ita supra vers. 1274, et Medea vers. 1244.

1309 *Φεῦ, φεῦ! τί λεύσσω;* Ita fere *Bacch.* vers. 1279.

METRICA VERSIO.

Vide ergo, qui nos hoc cum efferre e loco
Possimus, et qui mortui nil nomine
Non proviolentes facere quod tibi placeat.
Quod si monenti mihi aliquis apud te est locus,
Ferto moderate quidquid est. Nam jam optime
Belleque cedent omnia, neque videris
Quid triste Natum in mortuum admitti amplius.
Judæa ut esse me haud negem ex gente, id tamen
Non potero tantum ut Filium inficier tuum
Probum integrumque, non si in unum confluant
Id denegantes, quotquot hodie sunt viri,
Contraque clamet litteris plena omnibus
Montana silva ; nam bonum hunc virum scio.
Extende tamen huc cum tuis puellulis,
Regina, dextram : Filium charissimum
Tibi, mortuum ulnis excipe, et lacrymis tuis
Multis rigata membra contrecta, ut cupis.

B *Deip.* Pulchre quidem tu me mones, in posterum
De me inter omnes promerentes optime
Fidosque amicos arctius locaberis,
Victoriaque nobilis, famæ inclytæ
Te consecrabis. Age, igitur, gratissime
Senecio Joseph mi, cape ulnis Filium.
Amplectere, et propius ei tete applica.
Tene, tene nunc, corpus erige, et caput
Attolle, cervici illius cubitum inferens
Ad dextram : ejus subdite lateri manum.
Theol. Tu porrige manus, domina; vos, puellulæ,
Excipite nunc jam mortuum, qui mortuis
Vitam procurat ; ego quoque hunc pro viribus
Excipiam. *Deip.* Age jam, o misera mea manus,
[mortuum
Prehende. Quidnam heu, heu video? quid nunc manu
Gesto? quis iste est, mortuum quem inter manus

Πῶς καί νιν ἡ δύστηνος εὐλαβουμένη
Πρὸς στέρνα θῶμαι; τίνα θρηνήσω τρόπον;
Αὐτὸς δὲ δοίης καὶ προσειπεῖν σ' ὡς νέκυν
Καὶ πᾶν κατασπάσαιμι σὸν μέλος, Τέκνον.
Χαῖρ', ὕστατόν σ' ὁρῶσα νῦν προσῳθέγγομαι,
Ὃν μήποτ' αὐτὴ φύσασ' ὤφελον νέκυν
Τὰ νῦν ἰδέσθαι, φθίμενόν θ' ὑπ' ἀνόμων.
Δὸς ἀσπάσασθαι μητρὶ δεξιὰν χέρα.
Ὦ φιλτάτη χειρ, ἧς ἐγὼ πόλλ' εἰχόμην,
Προσειχόμην δ', ὡς κισσὸς ἔρνεσι δρυός!
Ὦ φίλον ὄμμα, φίλτατον δέ μοι στόμα,
Καὶ σχῆμα, καὶ πρόσωπον εὐγενὲς Τέκνου!
Ὦ γλυκυτάτη προσβολὴ τῶν χειλέων!

A Ὦ θέσκελος χρὼς, πνεῦμα θ' ἥδιστον Τέκνου.
Ὦ θεῖον ὀδμῆς ἄσθμα! καὶ γὰρ ἐν κακοῖς
Οὔσ' ἡσθόμην σου, κἀνεκουφίσθην κέαρ.
Τί δ' ὧδ' ἀτίμως ἠθέλησας τεθνάναι;
Τί τὴν τεκοῦσαν μητέρ' ὀρφανὴν σέθεν
Τέθεικας; Οἴμοι! συνθάνοιμί σοι, Τέκνον.
Θανεῖν με κρεῖττον, ἢ θανόντα σε βλέπειν.
Πῶς ἐξ ἀναύδου καὶ μύοντος ὄμματος
Ἔξω παρηγόρημα; πῶς δ' οἵσω μένειν;
Ὦ χρωτὸς ἡδὺ πνεῦμα! μάτην ἄρα σε
Ἔθρεψε, Τέκνον, μαζὸς οὐμὸς σπαργάνοις;
Μάτην δ' ἐμόχθουν, καὶ κατεξάνθην πόνοις,
Ἀρχῆς ἀπ' ἄκρης σῶν ξένων γενεθλίων;

Quomodo eum, o infelix, venerabunda
Pectori admoveho? quonam modo ingemiscam?
Da mihi ipse, ut te tanquam mortuum compellem,
Omnesque tuos artus, Fili, complectar.
Salve, ultimum te cernens nunc alloquor.
Quem a me genitum nunquam debuissem mortuum
Nunc intueri, et a sceleratis occisum.
Da parenti dextram manum deosculari.
O charissima manus, quam sæpe tenui,
Cui inhæsi sicut hedera ramis quercus!
O dilecti oculi et os mihi charissimum,
Et species, et vultus generosus Filii!
O suavissima labiorum admotio!
O divina cutis, suavissimeque Filii halitus!
O divina odoris fragrantia! nam et malis oppressa,
1284-1285 Te sensi, et cor meum fuit allevatum.
Cur tam ignominiose voluisti mori?
Cur matrem, quæ te genuit, orbatam te
Posuisti? Hei mihi! tecum, Fili, commoriar.
Mori mihi satius esset, quam te mortuum cernere.
Quomodo ex eo, qui mutus est, et oculos clausit,
Solatium excipiam? Quomodo illud ferre potero?
O dulcis halitus corporis! frustra igitur te
In fasciis lactaverunt, Fili, ubera mea?
Frustra etiam laboravi, et confecta sum laboribus,
Ab ipsismet incunabulis tui ortus inaudit?

1315 *Ὕστατον.* Ita Reg. Editi ὑστάτιον, sed deficit metrum.

1318 *Δὸς ἀσπάσασθαι,* etc. Ita Medea vers. 1070, etc., suos liberos alloquitur :

Δότ' ἀσπάσασθε μητρὶ δεξιὰν χέρα.
Ὦ φιλτάτη χειρ, φίλτατον δέ μοι στόμα,
Καὶ σχῆμα, καὶ πρόσωπον εὐγενὲς τέκνων.
Date matri dextram manum, salutate matrem.
O charissima manus, et mihi charissimum os,
Et species, et vultus generosus liberorum.

1320 *Προσειχόμην δ'.* Ita supra vers. 1252. Sic et vers. 398, Hecuba Ulyssem alloquitur de Polyxena :

Ὁποῖα κισσὸς δρυὸς, ὅπως τῆσδ' ἔξομαι.
Ut hedera quercui, sic huic adhærebo.

1327 *Τί δ' ὧδ' ἀτίμως.* Ita supra vers. 885, et *Med.* vers. 1208, etc.

1331 *Πῶς ἐξ ἀναύδου,* etc. Sic et supra vers. 906.

1335 *Ὦ χρωτὸς ἡδὺ πνεῦμα!* Sic *Troad.* vers. 755, etc., Andromache filium suum jamjam periturum dellet :

Ὦ χρωτὸς ἡδὺ πνεῦμα! διακενῆς ἄρα
Ἐν σπαργάνοις σε μαστὸς ἐξέθρεψ' ὁδε.
O dulcis halitus corporis! frustra igitur
In fasciis aluit te hæc mamma.

METRICA VERSIO.

Teneo? Quid autem misera timidaque applico
In pectus ipsum? quomodo nunc jam ejulem?
Mi Nate, Nate, jam mihi hoc dones velim,
Ut te ipsa tanquam mortuum allari queam,
Amplexer artus singulos. Nunc te ultimum
Compello cernens, et vale longum ingemo.
Ego ipsa, quæ te mater in lucem edidi,
Te perditorum scelere mactatum et manu
Cerno, et quod æquum non fuit, nunc mortuum.
Cede o potentem dexteram matri osculum
Ad dulce, suavis o manus toties mihi
Tractata, cuique non adhæsi lentius,
Quam lenta ramis hedera quercus assolet.
Jucunda o visu lumina, os gratissimum,
Vultusque, faciesque generosa Filii,
O pressa nostris labra labris suaviter!
O dignus ipso vel Deo color, halitus

B Suavissimus Nati, o odoris cœlica
Fragrantia, malis sæpe quæ pressam imbuens
Percepta toto me refecit pectore!
Et quid tulisti morte tam infami emori?
Quid te parentem destitutam Filio
Fecisti? o utinam commori detur tibi,
Mi nate. Longe suavius mori mihi
Esset, jacentem quam videre et mortuum.
Nam qui me et impos vocis, et oculos premens
Suos profunda nocte consolabitur?
Quæ vita poterit esse non gravis mihi?
O corporis dulcem et suavem spiritum!
Frustra ergo, Nate, præbui tibi ubera,
Frustra laborans te puellum fasciis
Involvi, et in te matris operam perdidi.
Jam prima ab illa luce, qua mirabilis
Illuxit ortus edito tibi, o Dei

Ἦ πολλὰ μὲν ζῶν, πολλὰ δ' εἰς ᾅδου μολών,
Παγκράτορος Παῖ, τῆς ἐμῆς ἤψω φρενός.
Ἐκ τῶν δὲ πρώτων, πρῶτον ἄρξομαι λέγειν.
Ὑβρὶς μὲν, ἥτ' ἔσφηλε πάντων μητέρα,
Καὶ πατέρα πρώτιστον, ὃς βροτῶν γένος
Ἔσπειρε κἀξήμησε κάλλιστον θέρος,
Τεκεῖν μ' ἔθηκε παραδόξως σ', ὦ Τέκνον,
Εὔδοξον, ὡς ἔδοξε σῷ Γεννήτορι,
Πρὶν ἢ γενέσθαι κἀμὲ, καὶ πᾶσαν κτίσιν.
Κἀπεὶ δ' ἐτέχθην, Πατρὸς, οἶμαι, σοῦ κρίσει,
Τρέφει με πατὴρ οὐ βροτείαν ἐσχάραν,
Μήτηρ τ' ἔδωκεν ἱεροὺς ἀμφὶ δόμους,
Ἔνθ' ἐκτραφεῖσαν χερσὶν Ἀγγέλου ξένως,
Εἰς καιρὸν ἀνδρὶ σώφρον' ἐκδέδωκέ με
Γερουσία σύμπασα, τηρεῖν ἐννόμως,
Οὐκ ἀθεεὶ καὶ τοῦτο, θεία δὲ κρίσει,
Ὡς εὐλόγως ἔλεγχον εἰς καιρὸν φέρω,
Καὶ παιδαγωγὸν Παιδὸς, οὗ γονὴ ξένος.
Μένω γὰρ αὖθις παρθένος τεκοῦσά σε,
Αὐτή θ' ἑαυτὴν οἶδ', ὅπως ἁγνὴ μένω,
Σύ τ' αὐτὸς οἶδας, ὡς τὰ πάντ' εἰδὼς σαφῶς.
Σοῦ δ' ἐξ ἐμοῦ τεχθέντος, ἐκ Πατρὸς Θεοῦ,
Οὐκ εὐπρεπεῖς ἔθεντο πολλοί μοι λόγους,
Ψευδεῖς, τεκεῖν βάζοντες ἔκ τινος βροτῶν.
Κοὐκ ἤρκεσάν μοι ταῦθ' ὑβρισθῆναι μόνον,
Ἀλλ' ἔδραμον φεύγουσα κ' εἰς τὴν Αἴγυπτον,

Profecto multum quidem vivens, multumque inferos subiens,
Omnipotentis Fili, meum cruciasti animum.
Sed ab iis quæ prima sunt, primum incipiam dicere.
1340 Superbia quidem quæ omnium matrem fefellit
Primumque parentem, qui mortalium genus
Seminavit et optimam messem collegit,
Fecit me parere te miro modo, Fili,
Te gloriosum, ut tuo Genitori placuit,
1345 Priusquam et ego fuerim, et universa creatura.
Cum autem tui Patris voluntate, ut arbitror, genita fuerim,
Alit me genitor non ad mortalem focum,
Et mater ædi sacræ me tradidit :
Ibi modo insolito Angeli manibus enutritam
1350 Pro tempore viro modesto tradidit me
Universus senatus, in cujus fide et custodia essem,
Nec istud absque Deo, divinaque providentia,
Ut pro tempore convenienter meæ vindex castitatis esset,
Infansque pædagogum haberet, cujus partus est inauditus.
1355 Permaneo etenim iterum virgo, etsi te genuerim,
Memet ipsamque novi, quo modo intacta maneam.
Tu ipse nosti, cui omnia sunt aperta.
Cum autem ex me, ex Deo Patre natus fueris,
Indecoros contra me multi disseminaverunt sermones
1286 1287 1360 Falsos, dicentes me ex aliquo viro genuisse.
Neque satis fuit ut tali calumnia lacesserer ;
Sed fugiens in Ægyptum cucurri,

1337 *Ἦ πολλὰ μὲν ζῶν*, etc. Ita *Rhes.* vers. 915 et 916, Musa ingemiscit de cæde Rhesi filii sui et fluvii Strymonis.

1339 *Ἐκ τῶν δὲ πρώτων*, etc. Ita supra vers. 301, et *Med.* vers. 475.

1340 *Ὑβρὶς μέν*, etc. Ita *Rhes.* vers. 917 et 918, loquitur Musa :

Ὑβρὶς γὰρ, ἥ σ' ἔσφηλε, καὶ Μουσῶν ἔρις
Τεκεῖν μ' ἔθηκε τόνδε δύστηνον γόνον.
Tua enim arrogantia quæ te perdidit, et contentio cum Musis
Fecit me parere hanc infelicem sobolem.

1347 *Τρέφει με πατήρ*, etc. Sic fere ibid. Musa refert quomodo Rhesus alitus fuerit :

. . . . Τρέφειν δέ σ' οὐ βροτείαν ἐσχάραν
Στρυμὼν δίδωσιν, etc.
. . . *Te vero alendum non ad mortalem focum*
Dat Strymon pater. . . .

1348 *Μήτηρ τ' ἔδωκεν*, etc. Tota hæc narratio, vel si mavis, fabula, descripta est ab apocrypho libro *De ortu Beatæ Virginis*, sub nomine sancti Jacobi fratris Domini. Cum autem liber ille Apollinario recentior sit, vel inde constat recentius quoque Apollinario esse carmen istud, Damasceno autem antiquiorem inde patet esse totam illam de educatione Mariæ fabulam.

1353 *Εὐλόγως*. Ita Combef. ex duobus Regiis. Editi ἀλόγως, quæ lectio servari posset legendo οὐκ ἀλόγως.

METRICA VERSIO.

Omnia potentis Nate, tu vitam trahens
Idemque descendens ad imam tartari
Sedem nigrantis, pectus anxisti meum.
Ego autem ab ipso capite rem totam ordiar.
Superbia quidem quæ omnium matrem impulit
In fraudem, et antiquum patrem mortalium,
A quo propagatum genus, pulcherrima
Demessa messis, fecit ut contra omnium
Spem, Nate, parerem gloriosum te, ut tuus
Decrevit olim Genitor, antequam edita
Essem, vel isto quidquam in orbe viveret.
Simul atque nata sum Patris tui, ut arbitror,
Ex mente summa, me mens nutrit pater,
Non inter illos quos colunt homines lares,
Sed me sacratæ mater ædi destinat.
Hic manibus eductam Angeli insolito modo
Totus senatus, commoda legens tempora,
Viro modesto conjugem me tradidit,
In cujus unius fide et custodia
Essem : nec istud absque divum numine
Prudentiaque, ut inde tempore debito
Certissima esset Filii probatio,
Et testis ejus quem novo parerem modo.
Nam partu ab ipso virgo adhuc maneo, mihi
De me ipsa testis casta nunc ut sim parens,
Tuque ipse testis nota cui sunt omnia.
Sic te, parente me, Deo Patre edito,
Absurda multi et vana mihi sermonibus
Disseminarunt, dictitantes ex viro
Meum esse partum ; nec satis calumnia
Hæc visa, nisi me Ægyptus etiam mox suum
Profugam videret in sinum, et laboribus

Ἔτλην τε πολλὰ, καὶ κατεξάνθην πόνοις.
Ἀλλ' εἶδον ἐξαίσιά σοι πεπραγμένα,
Καὶ πάντα συμβάλλουσα, καὶ θαμβουμένη,
Οὐ θνητὸν ὥμην σ', οὐδ' ἐδείμαινον θανεῖν.
Ἀλλά σε πατρὸς Ἀβραὰμ σύνθημά τι,
Πρέσβευμά θ', αἵ τε μυρίαι γερουσίαι,
Ὅρκος θ' ὅνπερ ὤμοκας, εἰς σωτηρίαν
Θανεῖν ἔπεισαν, κἀπικουρῆσαι γένει.
Ἐντεῦθεν ἔτλης καὶ τόκον τε καὶ πότμον.
Κἀγὼ δὲ μισθὸν τῶν ἀφερτάτων πόνων
Ἐν ἀγκάλαις κρατοῦσα νεκρόν σ', ὦ Τέκνον,
Θρηνῶ σε πικρῶς, καὶ στένω, καὶ δακρύω.

Ἀ 1575 Θρηνῶ, σοφιστὴν δ' ἄλλον οὐκ ἐπάξομαι.
Πέπλοις δ' Ἰωσὴφ εὐπρεπῶς ἀμφιάσαι
Ἕτοιμός ἐστι, πρὸς δὲ καὶ τεῦξαι τάφον,
Καὶ ξυγκενῶσαι μυρίων χλιδὴν μύρων,
Ἦν Νικόδημος ἦλθεν εὐψύχως φέρων,
1580 Βαιὸν φιλοφρόνημα νεκροῖσι φίλοις·
Τί γὰρ τὸ κέρδος ἐκ μύρων τεθνηκόσιν;
Τὰ δ' ἐν νεκροῖσι φροντιεῖ Πατὴρ σέθεν,
Οὓς πάντας αὐτὸς, ὡς σκυλεύματ', ἐξάγοις,
Ἅιδος οὓς καθεῖρξεν, οὓς συνήρπασε,
1585 Κἄδησεν ἐν δεσμοῖσι πανζόφου στέγης.
Μυστηρίων δὲ τῶν ἀπορρήτων φάνας

Pluraque mala pertuli, laboribusque fui oppressa.
Verum vidi prodigia a te confecta,
1565 Et omnia conferens, et obstupefacta,
Te mortalem non existimabam, neque tuam mortem reformidabam.
Verum percussum cum patre Abrahamo pactum,
Ac supplicatio, patrumque innumerabilis cœtus,
Et jusjurandum quod jurasti, te pro salute nostra
1570 Mori suaserunt, et humano generi subvenire.
Hinc et partum et mortem sustinuisti.
Et ego mercedem intolerabilium laborum
In ulnis ferens te mortuum, o Fili,
Lamentor te amare, et lugeo, et lacrymor.
1575 Lugeo, nec alium qui scite lugeat adducam.
Jamque Josephus decenter peplis involvere
Paratus est, et exstruere sepulcrum,
Et effundere plurima pretiosaque unguenta,
Quæ liberali animo ac munifico attulit Nicodemus,
1580 Exilis officii præstatio amicis defunctis impensa:
Etenim sparsa unguenta quid prosunt mortuis?
Rebus autem mortuorum consulit Pater tuus,
Quos omnes ipse, ut spolia, eduxeris ex inferno,
Quos infernus carcere tenebat, ac rapuerat,
1585 Tartarique tetra caligine vinxerat.
Mysteriorum autem arcanorum manifestationem

1566 *Οὐδ' ἐδείμαινον*. Ita *Rhes.* vers. 933, Musa alt de Rheso filio suo :

. . . . . Οὐκ ἐδείμαινον θανεῖν.
. . . . . *Non metuebam moriturum esse.*

1567 *Σύνθημά τι*. Mallet Combef. σύνθημά τε.

1568 *Πρέσβευμά θ'*, etc. Ibidem vers. 935 eadem Musa ait :

. . . . . Ἀλλά σ' Ἕκτορος
Πρέσβευμα, ἥ τε μυρία γερουσία
Ἔπεισ' ἀνελθεῖν, κἀπικουρῆσαι φίλοις.
. . . . . *Sed te Hectoris*
Legationes, et frequentes senatus nuntii
Induxerunt ut huc ascenderes, et opem ferres amicis.

1572 *Κἀγὼ δὲ μισθόν*, etc. Ita fere ibid. vers. 947 etc. :

Καὶ τῶνδε μισθὸν παῖδ' ἔχουσ' ἐν ἀγκάλαις
Θρηνῶ. Σοφιστὴν δ' ἄλλον οὐκ ἐπάξομαι.
Et horum mercedem nunc filium in ulnis gestans
Lamentor. Alium vero lamentatorem non adducam.

1577 *Ἕτοιμός ἐστι*, etc. Ita fere ibid. Hector vers. 959 etc. :

Καὶ νῦν ἕτοιμος τῷδε καὶ τεῦξαι τάφον,
Καὶ συμπυρῶσαι μυρίων πέπλων χλιδήν.
Et nunc sum paratus ei facere sepulcrum,
Et simul incendere delicias multarum vestium.

1584 *Καθεῖρξεν*, etc. Sic infra vers. 1925 et 1926. Ita fere *Bacch.* vers. 445 et 444, famulus Pentheum alloquitur :

Ἃς δ' αὖ σὺ, Βάκχας, εἶρξας, ἃς συνήρπασας,
Κἄδησας ἐν δεσμοῖσι πανδήμου στέγης.
Quas vero tu, Bacchas, incluseras, quas rapueras,
Et ligaveras in vinculis publici carceris.

1586 *Μυστηρίων δέ*, etc. Ita fere *Rhes.* vers. 972 Musa sic habet :

Μυστηρίων τε τῶν ἀπορρήτων φάνας
Ἔδειξεν Ὀρφεὺς αὐτανέψιος νεκροῦ.
Et mysteriorum arcanorum revelationes
Docuit Orpheus consobrinus cadaveris.

METRICA VERSIO.

Attrita multis, paterer indignissima.
Miranda vidi facta tibi, quæ dum stupens
Mecum notarem, te grege ex mortalium
Unum eximebam, cui nefas esset mori.
Ut enim quod olim pactum Abrahamo patri,
Quod deprecanti multitudini datum
Patrum piorum, longa quos ætas graves
Faceret, et hæc quam jurejurando fidem
Dedisti, eo te perpulerunt, ut mori
Non grave putares, cuncta quo mortalium
Generi ad salutem cerneres in posterum :
Sic inde legem mortis humanæ, ut prius
Partus subisti. Sed ego gestans præmium
Meis in ulnis non ferendi incommodi,
Te, Nate, mortuum gravi fletu ingemens

B Ploransque prosequor, meas in nænias
Nil artis addens præter ora lacrymis
Uda. En paratus qui decenter amiciat
Te veste Joseph, qui super tumulum exstruat,
Unaque multa unguenta fundet optima,
Quæ Nicodemus afferens huc advenit,
Hoc uno amoris candidi in amicos sibi
Pignus relinquens non grave, at pium tamen :
Unguenta nam quid sparsa prosunt mortuis?
Quin mortuorum consulet rebus Pater.
Quos ipse cunctos, tanquam spolia, ex inferis
Trahes, in arctum carcerem arreptos, loco
Caliginoso deligatos vinculis.
Arcana Pater hæc Filio mysteria

Ἔδειξε πατὴρ, παῖδ' ἀποσφάξας μόνον.
Ἔφησε μύστης αὐτανέψιος σέθεν,
Μείζων ἁπάντων, ὡς ἔφης, θεηγόρων,
1390 Ὃν δῆμος ἐκδέδωκεν Ἑβραίων σφαγῇ,
Σεμνὸν πολίτην, κἀπὶ πλείστων ἄνδρ' ἕνα
Φανέντα φοῖδον, γυμνὸν, ἄστιτον, μόνον.
Τροφῇ δ' ἀμεμφεῖ πᾶσιν ἦν κεχρημένος,
Ἐσθῆτ' ἀπροστρόπαιον ἐγχλαινούμενος·
1395 Μόνοις δ' ἀπροστρόπαιος οἷς πέλει χλιδή·
Αὐχμῶν, πινώδης, λυπρὸν ἀμπνεύων βίον,
Ἦχι ξυνοικεῖ δαψιλὴς ἐρημία,
Ῥεῖθροισιν ὠκὺς ἔνθ' Ἰορδάνης ῥέει.

Α Ὡς τῆς ταφῆς ἔδειξε φανὰς αἰσίας
1400 Τρισημερεύσας ἐν βυθῷ θεοπρόπος.
Καὶ ταῦτα μανθάνουσα, τέρψιν ἐμφέρω,
Καραδοκοῦσα καὶ ταφῆς ἰδεῖν τέλος.
Οὕτως ἄρ' ἔτλης, Τέκνον, ἦδη τὸν μόρον,
Κἀκεῖνα τῶν νῦν δραμάτων αἴτιά σοι,
1405 Σπεύσαντι θανεῖν, κἀπικουρῆσαι βροτοῖς.
Ἀλλ' οὐκ Ἰούδας, οὐδ' ὁ τάλας Πιλάτος
Διπλῆν δίκην φύγωσιν, ἀλλὰ σφᾶς τ'σει
Ἔκδικον ὄμμα Πατρὸς ἀμυντήριον,
Πόλιν τε πᾶσαν καὶ στρατὸν μιαφόνον.
1410 Ἔδρας, ἔδρασας, μὴ δόκει λεληθέναι,

Ostendit pater, filium unicum occisurus.
Prænuntiavit discipulus tuus consobrinus,
Omnium, ut dixisti, prophetarum maximus,
1390 Quem internecioni tradidit plebs Hebræorum,
Gravem civem, et quem unum virum maxime
Visum castum, nudum, ne vescentem quidem, solitarium.
1288-1289 Cibo autem nulli culpando utebatur,
Et veste horrorem incutiente erat indutus;
1395 Exhorrescebant autem ii soli qui voluptati sunt dediti;
Squalens, horridus, tristem trahens vitam,
Qua exsistit vasta solitudo,
Et Jordanis alveo rapidissimo diffluit.
Sic et tui tumuli aperta signa dedit
1400 Vates qui in profundo maris tres exegit dies.
Cumque ista plane noverim, voluptate perfundor,
Exspectans et tumuli exitum cernere.
Sic igitur, o Fili, necem jam passus es,
Et illa eorum quæ nunc peraguntur, tibi causa exstitere,
1405 Ut mori, et hominibus auxiliari festinares.
Verum neque Judas, neque miser Pilatus
Duplicem vindictam effugient, sed illos puniet
Ultor et vindex Patris oculus,
Totamque urbem et carnificum turmam.
1410 Fecisti, fecisti, ne putes latere,

1387 *Πατὴρ*, etc. Reg. H. 11, addit Ἀβραάμ, quæ quidem vox glossa est, sed optima sane, ne quis, ut Roill. et alii, intelligat de Patre æterno, qui morienti Filio nota hæc fecerit, quasi vero Filius ignoraverit; quod fidei profecto adversatur. Abraham igitur filii immolatione mortem Christi, cujus eximia fuit figura, notam fecit et Joannes præcursor prædicavit.

1388 *Αὐτανέψιος*, etc. Non legitur in Evangelio Joannem Baptistam Christi fuisse discipulum, aut internecioni traditum a plebe Hebræorum.

1391 *Σεμνὸν πολίτην*, etc. Sic *Rhes.* vers. 946 de Musæo:

Σεμνὸν πολίτην, κἀπὶ πλεῖστον ἄνδρ' ἕνα....
Gravem civem, et quem unum virum maxime, etc.

1392 Ἄστιτον. Ita duo Regii. Mendose editi ἄτιμον.

1393 *Τροφῇ δ' ἀμεμφεῖ*, etc. *Eo quod summis fruticibus herbisque vescebatur.* Ita innuere auctorem putat Combefisius, nec locustas specialiter velle, ad quæ ambo vox Græca Matth. III, 4, ἀκρίδες est ambigua: æque quadraret ἀήθει, *insolito*, inquit Combefisius.

1394 *Ἐσθῆτ' ἀποστρόπαιον.* Mendose editi ἐσθῆτα προστρόπαιον.

1395 *Οἷς πέλει χλιδή*, etc. Reg. H. 11, οἷς πέμφιξ χλιδή, *quibus anima vitaque deliciæ.*

1403 *Οὕτως ἄρ' ἔτλης*, etc. Scilicet in persona eorum, qui erant ipsius figuræ.

1407 *Διπλῆν δίκην. Interitus animæ et corporis*, non ut Roill. *Quæ utrumque jam certa manent.*

1408 *Ἔκδικον ὄμμα*, etc. Ita supra vers. 1198.

1410 *Ἔδρας, ἔδρασας. Qui ex cuniculis egeris clam, doloque vitæ insidiatus sis.* Ita fere loquitur Musa *Rhes.* vers. 940:

Ἔδρασε· δράσας μὴ δόκει λεληθέναι.
Fecit; si fecisses, ne putes vem me latere potuisse.

METRICA VERSIO.

Aperta voluit occidenti. Haud inscius
Mysteriorum, sanguine affinis tibi,
Longe inter omnes mentis altæ interpretes,
Te teste, primus dixit, Hebræum genus
Quem destinavit in necem, civem gravem,
Auctoritate plurimos qui inter viros
Præ se tulit virum pium atque innoxium
Et nudum, et unus abjectus semper fuit.
Irreprehensus cibus, amictus huic vilis quidem:
Sed vilis illis tantum et horrens, dediti
Qui sunt voluptati: ille squallore horridus,
Et sorde multa duriter vitam trahens,
Qua solitudo vasta terræ panditur,
Jordanis alveo diffluit rapidissimo.
Sic qui dies tres in profundo fluctuans

Β Fuit propheta olim, sepulturæ edidit
Signa auspicata: quæ omnia ut prudens scio
Simul et sepulti cernere exspecto exitum,
Et me futuri gaudii spe recreo.
Sic ergo, Fili, passus extrema occidis.
Hæc causa rerum nunc præsentium,
Morte properata dum studes mortalibus.
Non ipse Judas, non miser tamen interim
Pilatus illa supplicia vitaverit,
Quæ utrumque certa jam manent: vindex Patris
Hos justus oculus, totam et urbem, atque ef-
[feram
Rabie cohortem lance justa puniet.
Hæc culpa, o Ponti, culpa te quoque, ut nihil
Credas latere justitiæ oculum omnia

Πόντιε, δίκης ὄμμα πανδερκέστατον,
Κἂν χεῖρας ἀπένιψας, ὡς ἔξω φόνου·
Οὐχ ὁ προδοὺς ἔῤῥιψε μισθὸν τοῦ φόνου,
Ὑπὲρ δέον μὲν ἐν δέρῃ θεῖναι ξίφος,
Δέον δὲ λυγρὸν αὐχέν' ἐνθεῖναι βρόχοις,
Ἢ κύμασι γλαυκοῖς ἀφανίσαι δέμας.
Ῥίψαντι πρὸς θάλασσαν ἰχθύσι βοράν;
Εἰ μὲν γὰρ ἁπλῶς ἄνδρ' ἐπώλησας, τάλα
(Στρέφω γὰρ εἰς σὲ τὸ πρόσωπον τοῦ λόγου),
Εἰ μέν τιν' ἐξέδωκας ἄλλον εἰς φόνον,
Νόμῳ πολιτῶν συμφορὰν ὑπέσχες ἄν.
Νῦν δ', ὃς σε πολλῶν ἠξίωσε χαρίτων,

Ῥύστης τε παντὸς ἦκε Πατρόθεν γένους,
Πέπρακας, ἐκδέδωκας εἰς φόνον φθόνῳ·
Καὶ τίσιν οἵαν σ' οὐχ ὑποστῆναι θέμις;
Ἰωσ. Ἤδη κέκριται παντάδικος ἐνδίκως
Μύστης ὁ παγκάκιστος, ἐκδοὺς Δεσπότην,
Αὐτοκρεμαστοῖς ἐν βρόχοις ἠρτημένος.
Βρόχων δὲ θᾶσσον ὑψόθεν χαμαιριφὴς
Πίπτει πρὸς οὐδὰς μυρίοις οἰμώγμασι.
Κακοῦ γὰρ ἐγγὺς ὤν, ὁ τάλας οὐκ ἔγνω·
Εὖ γ', εὖ κέκριται, καὶ κατώρθωται δίκη.
Θεοτό. Ὦ Τέκνον, ὡς ἄρ' ἔστι σοὶ Πατὴρ μέγας,
Ὀρθῶς ἀκούσας τῶν ἐμῶν κατευγμάτων.

Pontie, justitiæ oculum omnia prospicientem.
Etsi manus ablueris, velut extra culpam cædis;
Annon proditor cædis mercedem projecit,
Quem jam oportet cervici gladium infigere,
Aut miserum guttur laqueis innectere,
Aut cæruleis in fluctibus corpus absumere,
Piscibus maris, ut escam, projectum?
Si enim purum hominem vendidisses, o miser
(Ad te quippe sermonem converto),
Si quempiam alium cædi tradidisses,
Jure civium pœnam subiisses.
Nunc autem eum, qui te plurimis cumulavit beneficiis,
Qui a Patre venit, ut universum genus humanum erueret,
Vendidisti, invidiæque ad necem tradidisti;
Quales pœnas te subire æquum non est?
Joseph. Jam judicatus est æquissime omnium iniquissimus
Discipulus, omnium nequissimus, Domini sui traditor.
A seipso pendulo funo suspensus.
1290 1291 E laqueo cui pensilis erat, statim in terram dilapsus,
Cadit in solum cum sexcentis ejulatibus.
Malo enim eum vicinus esset, miser non cognovit;
Juste profecto judicatus est, et suum exitum habuit ultio.
Deip. O Fili, quam vere est tibi Pater supremus,
Qui recte audiit meas deprecationes.

1424 *Ἐκδέδωκας εἰς φόνον φθόνῳ, καὶ τίσιν.* Legit Combefisius τίσι, ac vertit: *Dedisti nece tollendum invidiæ*, id est, *diabolo*; frequens enim apud Gregorium talis acceptio vocis, φθόνος, *et quibus? furoris æstro percitis Judæis.* Male Roillet, *invidia excitus*, eam invidiam in Judam retorquens.

1428 *Αὐτοκρεμαστοῖς.* Edit. male ὠπτοκρεμαστοῖς. Ita fere *Hipp.* vers. 779, chorus Theseo respondet Phædræ mortis genus referens:

. . . . Κρεμαστοῖς ἐν βρόχοις ἠρτημένη.
. . . . *Pensilibus in laqueis suspensa.*

1429 *Βρόχων δὲ θᾶσσον*, etc. Ita fere *Bacch.* vers. 1109, nuntius Penthei obitum narrat:

Ὑψοῦ δὲ θᾶσσον, ὑψόθεν χαμαιπετὴς
Πίπτει πρὸς οὐδὰς, μυρίοις οἰμώγμασι,
Πενθεύς. Κακοῦ γὰρ ἐγγὺς ὢν ἐμάνθανε.
In alto vero sedens, ex alto in terram delabens
Cadit ad solum, cum sexcentis ejulatibus
Pentheus. Malo enim se vicinum esse cognovit.

1433 *Ὦ Τέκνον, ὡς ἄρ' ἔστι*, etc. Ita fere *Hippolyt.* vers. 1169, etc., Theseus Neptuno gratias agit ob immeritam filii sui necem:

Ὦ θεοὶ, Πόσειδον, ὡς ἄρ' ἦσθ' ἐμὸς πατὴρ,
Ὀρθῶς ἀκούσας τῶν ἐμῶν κατευγμάτων...
Ἔπαισεν αὐτὸν ῥόπτρον αἰσχύνασά με.
O dii, o Neptune, quam vere es pater meus,
Quia recte audivisti meas imprecationes...
Clava percussit eum qui me dedecore affecit.

METRICA VERSIO.

Penitus videntem, te premit, quamvis tuas
Tanquam hujus expers cædis ablueris manus;
Annon et ipse proditor pecuniam,
Quæ cædis esset præmium, abjecit manu,
Quem jamjam oportet ense jugulum solvere,
Miserumque guttur nectere laqueo, aut aqua
In fluctuante corpus absumi, cibum
Præceps in æquor piscibus cum fecerit?
Si vendidisses sorte vel nulla virum
Et dignitate (jam te enim, miser, alloquor),
Si prodidisses ad necem alium quempiam,
Ut æqua lex est civium, periculum
Etiam subires. Nunc eum qui dotibus
Te judicavit plurimis dignum, a Patre
Qui venit, esset generis ut mortalium

Assertor, invidia excitus, diram ad ecrucem
Tu venditum etiam dedisti; et quas, scelus
Ob hoc, subire non licet pœnas tibi?
Joseph. Sententiam jam passus est æquissime
Injustus idem discipulus atque impius,
Qui prodidit Dominum suum, modo pensili
Pendere visus funo, mox ex ipso eo
In terram ab alto lapsus, illique incubans,
Cum mille ductis pectore ejulatibus.
Nam cum malum illi instaret, infelix tamen
Non novit: æqua lege sic sententia
Est lata, felix justa cessit ultio.
Deipara. O Nate, Pater est quam potens tibi, [meas
Admisit aure qui preces! malleus bene

Ἔπαισεν αὐτὸν ῥόπτρον, ὡς προδόντα σε,
Ἄπιστον, ἄθεον, παράνομον, ἄδικον.
Κλέπτην γὰρ ὄντα, καὶ Θεοῦ ῥάπτην φόνου,
Καὶ μὴ θέλοντ' ἐπιστρέφειν πονηρίας,
Οὕτως ἔδει νιν τῇδε κατθανεῖν μόρῳ.
Ὄλλοιτ', ὄλλοιτο πανδίκως κακεργάτης·
Κέρδος μέγιστον τῆς ἐπιστροφῆς φυγεῖν.
Ἔστι Θεός τις, ἔστιν ἄλκιμος, μέγας·
Ἔστι δὲ καὶ Πρόνοια, καὶ κρίσις Θεοῦ.
Ἀπέπτυσ'· οὐδεὶς ἀσεβὴς Θεῷ φίλος.
Ἄξοισθ', ἄγοντες εἰς καινὸν λοιπὸν τάφον.
Χωρεῖτε, θάπτετ' ὀλβίῳ τύμβῳ νεκρόν.

Clava percussit istum proditorem tuum,
Infidum, impium, iniquum, nefarium.
Furem enim, et Dei cædis machinatorem,
Neque a nequitia sua resipiscere volentem,
Sic et tale genus mortis oportuit subire.
Male pereat, male pereat justo judicio iniquus ;
Maximum est lucrum vindictam fugere.
Exsistit aliquis Deus, fortis, supremus :
Est etiam Providentia, et Dei judicium.
Abominor : nullus impius Deo amicus est.
Apprehendite, et in tumulum recens excisum ducite.
Discedite, locupleti mortuum sepulcro condite.

Ἔχει γὰρ, οἷα δεῖ, γεννητέρων πέπλα,
Βαΐων παρηγόρημα τοῖς τεθνηκόσι.
Δοκῶ διαφέρειν τοῖς θανοῦσι βραχὺ,
Εἰ πλουσίως τις τεύξεται κτερισμάτων·
Κενὸς δὲ κόμπος ἐστὶ τῶν ζώντων τάδε.
Κρύψατε γοῦν πρόσωπον ὡς τάχος πέπλοις,
Ψαύσατε χερσὶ, θάψατ' ἐνταῦθα νέκυν,
Τὸν κατθανόντ' ἄνακτ' Ἰουδαίων ὕπο.
Ἄῖρειν φοράδην τὸν νεόδμητον χρεών.
Ὦ Παῖ, παναιτίου Θεοῦ παντεργάτα,
Τί γὰρ τελεῖται τοῖς βροτοῖς ἄνευ σέθεν;
Τί δ' οὐ θεόκρατόν γε τῶνδ' ἐστιν ; Ἰώ.

Habet enim, quæ oportet, allata a parentibus velamina,
Exile mortuis solatium.
Existimo autem non multum interesse mortuorum,
An ampla quis nanciscatur parentalia :
Hoc enim tantum est inanis pompa viventium.
Peplis igitur quam celerrime os tegite,
Manibus tangite, et hic mortuum sepelite,
Quem suum regem interfecerunt Judæi.
Efferre nunc modo domitum convenit.
O Fili, Patris omnium auctoris summe opifex,
Quid enim absque te perficiunt homines?
Ecquid hic est, quod Dei imperio non sit subditum ? Ah!

1440 *Ὄλλοιτ'*, etc. Ita supra vers. 552.

1441 *Κέρδος μέγιστον*, etc. Aliter : *Maximum conversionis animæ lucrum pœnam effugere.*

1444 *Ἀπέπτυσ'*, etc. Ita fere Hippolytus vers. 614, cognito pravo Phædræ consilio, nutricem ejus vehementer objurgat :

Ἀπέπτυσ'· οὐδεὶς ἄδικός ἐστί μοι φίλος.

Abominor ; nullus enim scleratus est mihi amicus.

Sic et Hecuba vers. 1276.

1446 *Χωρεῖτε*, etc. Ita fere *Troad.* vers. 1246 etc., Hecuba chorum adhortatur :

Χωρεῖτε, θάπτετ' ἀθλίῳ τύμβον νεκρῷ·
Ἔχει γὰρ, οἷα δεῖ γε νερτέρων, στέφη.

Discedite, facite tumulum misero cadaveri ;
Habet enim coronas, quemadmodum inferis con-
venit.

1447 *Οἷα δεῖ, γεννητέρων*, etc. *Quæ oportet*, id est, *quæ decent vita functos.* Roill. vertit : *Quæ decent honesto loco natos :* quasi legeret εὐγενεστέρων. Melius legeretur cum Eurip. loco supra citato, δεῖ γε νερτέρων, etc.

1448 *Βαΐων παρηγόρημα.* Ita supra vers. 1380.

1449 *Δοκῶ διαφέρειν*, etc. Ita fere Hecuba *Troad.* vers. 1248 :

Δοκῶ δὲ τοῖς θανοῦσι διαφέρειν βραχὺ,
Εἰ πλουσίων τις τεύξεται κτερισμάτων·
Κενὸν δὲ γαύρωμ' ἐστὶ τῶν ζώντων τόδε.

Existimo autem non multum interesse mortuorum,
Si quis sortiatur locupletes inferius :
Hoc enim tantum est inanis pompa viventium.

1450 *Εἰ πλουσίως.* Ita Reg. Med. At. Reg. II. II, πλουσίων ut apud Eurip. Utraque lectio melior, quam in edit. ἐκουσίως.

1455 *Τὸν τεόδμητον.* Vel a δέμω, vel a δαμάω. *Modo domitum et interfectum*, vel *recens compositum*, nimirum *fasciis sepulturæ.*

METRICA VERSIO.

Hunc proditorem perfidum, nefarium,
Impium, et iniquum contudit : namque impiæ
Qui cædis auctor esset, et domesticus
Fur, nulla ratio quem sua deduceret
A pravitate, sic oportuit emori.
Male pereat, pereat uti meritus optime,
Jure sceleratus. Ad mali fugam tamen
Medicina magna, mentis est mutatio.
Est Numen aliquod, est idem magnum et potens,
Divina cura quæ futuri provida.
Nefarium exsecror : impios odit Deus.
Vos cæterum istud prendite, et rapite recens
Factum in sepulcrum. Ite, sepelite mortuum

B Tumulo beato. Nam quæ honestos addecent
Natos honesto de loco velamina,
Leve mortuis solatium assecutus est.
Referre cujusquam haud puto qui mortuus,
Post fata summa quo efferatur funere ;
Hæc vana tantum pompa fit viventium.
Velate peplis ora quam celerrime,
Manum admovete, mortuumque involvite.
Judæa quem gens sustulit regem impie.
Efferre nunc jam morte functum convenit
O Nate summi opificis omnium, et Dei
Rerum parentis, vita quæ mortalium
Fe sine? Quid hic est, numini quod non Dei

Ἰὼ, ἰώ!
Ὦ Βασιλεῦ, Βασιλεῦ, πῶς σε δακρύσω;
Ὦ Θεέ μου, Θεέ μου, πῶς σε καλέσω;
Φρενὸς ἐκ φιλίας τί σοί ποτ' ἄρ' ᾄσω;
Κεῖσαι γὰρ ὑφάσμασι τοῖσδ' εἰλιγμένος,
Ἐν σπαργάνοις πρὶν ἐνεσπαργανωμένος.
Nicod. Φέρ', ὦ γεραιὲ, κρᾶτα τοῦ τρισολβίου
Ὀρθῶς προσαρμόσωμεν, εὔτονον δέ πη
Σῶμ' ἐξακριβώσωμεν εἰς ὅσον πάρα.
Ἰωσ. Ὦ φίλτατον πρόσωπον, ὦ νέα γένυς,
Ἰδοὺ καλύπτρᾳ τῇδε σὴν κρύπτω κάραν·
Τὰ δ' αἱμάφυρτα καὶ κατηυλακισμένα
Μέρη σὰ καὶ μέλη πέπλοις καινοῖς σκέπω,

Ah, ah!
O Rex, o Rex, quomodo te lugeho?
O Deus meus, Deus meus, quomodo te vocabo?
Amico ex animo qui tibi tandem canam?
1292-1293 Iis enim in linteis involutus jaces,
Qui prius in fasciis eras involutus.
Nicod. Age, senex, caput ter beati
Recte accommodemus, integrumque
Corpus in loculo accurate disponamus.
Joseph. O dilectissimum os, o teneræ genæ,
Hocce linteo tegmine tuum caput obvelo:
Hæcque sanguine conspersa atque sulcata
Crura tua et membra novis obtego peplis,
Et omne latus percussum sanguine conspersum.
Deip. Sane per Deum, operi incumbite: res exigit;
Nox enim et crepusculum jamjam imminet.
Rectum collocate extendentes beatum caput;
Exiguum est hoc ministerium dilecto Domino.
Afferte ipsum, ut videns coram,
Ubi jaceat Filius, ibi lugens maneam,
Donec tertia dies mihi jucunda illuceseat.
O luctus qualis, qualis accidit, o Fili!
Hunccce communem omnibus hominibus dolorem puto.
Hicce communis dolor præter spem omnes occupat.
Utinam et universis sicut et mihi gaudium superveniat!
Joseph. Sequimini me, deferamus beatum pondus,

Α [Καὶ] πλευρὰν νυγεῖσαν πᾶσαν ᾑματωμένην.
Θεοτό. Ναὶ πρὸς Θεοῦ, συνέρξατ'· ἐν δέοντι γὰρ,
Ὡς ἐγγὺς ἐστι νυκτὸς ἥδη καὶ κνέφας.
Ὀρθώσατ' ἐκτείναντες ὀλβίαν δέρην·
Μικρὸν τόδ' οἰκούρημα φίλῳ Δεσπότῃ.
Κομίζετ' αὐτὸν, ὡς ἰδοῦσ' ἐν ὄμμασιν
Ποῦ κείσεται Παῖς, κεῖσε θρηνοῦσα μενῶ,
Ἕως τρίτον λάμψειεν ἦμαρ γλυκύ μοι.
Ὦ πένθος οἷον, οἷον ἐκράνθη, Τέκνον!
Κοινὸν τόδ' ἄχος πᾶσιν ἡγοῦμαι βροτοῖς.
Κοινὸν τόδ' ἄχος πάντας ἀέλπτως φθάνει.
Φθάσοι δὲ καὶ πάγκοινον εἴθε χάρμα μοι.
Ἰωσ. Ἕπεσθέ μοι, φέρωμεν ὄλβιον βάρος,

1465-1467 Al. male κεράτα pro κρᾶτα, et σορόν pro ὅσον.

1469 *Καλύπτρᾳ τῇδε.* Inutile quod addit Roill., *muliebri.*

1475 *Ὀρθώσατ'*, etc. Ita fere *Hipp.* vers. 786 etc., nuntius chorum adhortatur, ut exsequias Phædræ absolvat:

Ὀρθώσατ' ἐκτείνοντες ἄθλιον νέκυν·
Μικρὸν τόδ' οἰκούρημα δεσπόταις ἐμοῖς.
Rectum collocate, extendentes miserum cadaver;
Acerbum est hoc ministerium dominis meis.

1477 *Κομίζετ' αὐτόν*, etc. Sic *Hippol.* vers. 1265, Theseus jubet ut filii sui cadaver ad se deferatur:

Κομίζετ' αὐτὸν, ὡς ἰδὼν ἐν ὄμμασι...
Adferte ipsum, ut videns coram, etc.

1484 *Ἕπεσθέ μοι*, etc. Ita fere *Bacch.* vers. 1214, Cadmus famulis suis imperat, ut se Penthei cadaver ferentem comitentur:

Ἕπεσθέ μοι φέροντες ἄθλιον βάρος
Πενθέως, ἕπεσθε, πρόσπολοι, δόμων πάρος
Οὗ σῶμα μοχθῶν μυρίοις ζητήμασι, etc.
Sequimini me ferentes miserum onus
Penthei, sequimini, famuli, ante domum:
Cujus corpus laborans longa inquisitione, etc.

METRICA VERSIO.

Arbitrioque obnoxium sit? ah, ah, ah!
Et quomodo te, Rex, o Rex, deflevero?
Quo nomine, Deus, o Deus, vocavero?
Animo ex amico qui tibi tandem canam?
Et involutus linteis istis jaces,
Prius involutus qui puer eras fasciis.
Nicod. Age, o senex, et jam beatum ter caput
Accommodemus optime; namque hic adest
Quo corpus ipsum demus urnæ commode.
Jos. Jucundum o vultum, o tenera tempora et ge-
[nas,
En tegmine isto muliebri obvelo caput,
Partesque corporis novis peplis tego,
Et quod cruore plurimo tinctum est latus.
Deip. At obsecro vos quotquot hic estis, manu

Β Una hoc in unum incumbite omnes ocius:
Nam res requirit, noctis et crepusculum.
Collum beatum protrahendo attollite.
Domus ista, aliquod ad tempus est custodia
Domino optimo. Hunc efferte, quo palam videns
Qui Filium meum locus habeat, in eo
Manens dolori et lacrymis indulgeam,
Dum tertia dies dulcis illucet mihi.
Proh! Nate, quale, quale, quod factum est scelus!
Quam luctuosa pertrahit secum omnia!
Communis iste est omnibus mortalibus,
Ut credo, dolor: at idem ut omnes occupat
Non opinantes, sic velim me gaudium
Commune quod sit omnibus mox occupet.
Joseph. Vos me sequimini, deferamus gnaviter

1485 Ὦ πόλλ' ἀνατλὰς, μυρίοις αἰτήμασιν
Ἔσχον, τόδ' εὑρὼν κοιράνου δωρήματι,
Γυμνὸν, τρισήλῳ κείμενον ξύλῳ λαβών.
Φεῦ, φεῦ! πρὸς αὐτοῦ τοῦδε φῶτος, ἀτρέμας
Χρωτὸς χεροῖν ἅπτεσθε τοῦ Θεοδρότου·
1490 Καὶ πρόσφορ' αἴρεθ', ἕλκετ' αὖ γε ξύντονα.
Ἰδοὺ γάρ, ὡς ἔοικεν, ἐγγὺς καὶ τάφος.
Ὤμοι! γυναῖκες, γῆς Γαλιλαίας τέκνα,
Ἤδη τέθειται, καὶ καλύπτεται λίθῳ.
Δεῦτ', ἴτε, κοῦραι, καὶ κατιδοῦσαι νέκυν
1495 Προσείπατ' αὐτὸν, καὶ προπέμψατε χθονὸς,
Ὡς οὔποτ' ἄλλον τοῦ γένους ῥύστην. Ἰώ!

Α Ὄψεσθε κείμενον· ταῦτ' Ἰουδαίοις δοκεῖ.
Χωρεῖτε, χωρεῖτ', οὐκέτι βλέπειν φέρω
Τάφῳ τεθέντα, καὶ καλυφθέντ' ἐν πέτρᾳ,
1500 Ὃς ἐκ πέτρας ἔβλυσεν ὕδωρ πατράσι,
Καὶ νῦν πέτρας ἔρρηξεν ἠωρημένος,
Νεκρῶν τε τάφους ἠνέῳξε δυνάμει.
Θεοτό. Στῶμεν δὲ μικρὸν, ὡς προσείπω τὸν νέκυν·
« Οἴχῃ, ποθεινὸν Τέκνον, εἰς ᾅδου δόμους,
1505 Κρύπτῃ δὲ κρύψιν, ἣν σὺ κρυβῆναι θέλεις.
Ἦκων ἐς ᾅδαο παγζόφου στέγην,
Ἄδῃ δὲ πικρότατον κέντρον ἐμβαλεῖς.
Οἴχῃ νεκρῶν κευθμῶνα, καὶ σκότου πύλας,

1485 Propter quod multum fatigatus, mille precibus obtinui,
Illud inveniens præsidis dono,
Nudum tribus clavis ligno defixum accipiens.
Eheu, eheu! per hunc ipsum virum, leniter
Manibus attrectate corpus Hominis Dei:
1490 Convenienter extollite, et æquali vi simul trahite.
Ecce enim, ut convenit, prope est sepulcrum.
Eheu! mulieres satæ de stirpe Galilææ,
Jamjam depositus est, ac lapide occluditur.
Venite, venite, o puellæ, cumque mortuum videritis,
1495 Illum salutate, et e terra deducite,
Tanquam solum humani generis liberatorem. Ah!
1294-1295 Jacentem videbitis: hæc Judæis placuerunt.
Pergite, procedite, non amplius cernere sustineo
Tumulo impositum, et lapide opertum,
1500 Qui patribus aquam e silice profluentem dedit,
Et modo rupes suspensus abscidit,
Et mortuorum sepulcra sua virtute aperuit.
Deip. Paululum hic sistamus, ut mortuum alloquar:
« Descendis in inferni domos, Fili amantissime,
1505 Latebrasque subis, quas tu subire velis.
Cum autem veneris sub inferni valde tenebrosi tecta,
Acerbissimum aculeum inferno infiges.
Subis mortuorum penetralia, et tenebrarum fores,

1488 *Φῶτος*, *ἀτρέμας*, etc. Ita Reg. II. m. Edit. φὼς' ἔστ' ἀτρέμας.

1489 *Ἅπτεσθε*, etc. Ita legit Combefisius. Editi ἅπτεσθαι. Ita fere Hipp. vers. 1358 etc., jamjam moriturus ait:

Φεῦ, φεῦ! πρὸς θεῶν, δμῶες, ἀτρέμας
Χροὸς ἑλκώδους ἅπτεσθε χεροῖν.
Heu, heu! per deos, servi, placide
Contrectate manibus corpus laceratum.

1490 *Καὶ πρόσφορ'*, etc. Ita idem Hippolyt. vers. 1361:

Πρόσφορά μ' αἴρετε, σύντονα δ' ἕλκετε.
Apte me attollite, celeriter autem me domum trahite.

1495 *Προσείπατ'*, etc. Ita supra vers. 687, et Hipp. vers. 1098 etc., suum exsilium flens annuntiat:

Προσείπατ' ἡμᾶς, καὶ προπέμψατε χθονὸς,
Ὡς οὔποτ' ἄλλον ἄνδρα σωφρονέστερον
Ὄψεσθε, κεἰ μὴ ταὐτ' ἐμῷ δοκεῖ πατρί.
Salutate nos, et deducite ex hac terra,
Quia non alium me castiorem hominem unquam
Videbitis, etiamsi hæc non videantur patri meo.

1505 *Κρύπτῃ δὲ κρύψιν*, etc. Ita fere *Bacch.* vers. 955, Bacchus Pentheum alloquitur:

Κρύψῃ σὺ κρύψιν, ἣν σε κρυφθῆναι χρεών.
Occultaberis tu occultatione, qua te decet occultari.

1506 *Ἦκων ἐς ᾅδαο*, etc. Sic infra vers. 1518 et 1519.

1508 *Ἦκων*, etc. Sic *Hec.* vers. 1, Polydorus ipsius filius a Polymnestore occisus in scenam prodit:

Ἥκω, νεκρῶν κευθμῶνα καὶ σκότου πύλας...
Venio defunctorum latebra et caliginis portis relictis.

METRICA VERSIO.

Onus beatum, mille post preces mihi
Vix in petratum principis dono, tribus
Quod habeo clavis edita fixum in cruce
Nudumque. Ah, ah! vos ego per hunc ipsum obse-
[cro,
Estote fortes nunc viri, corpus manu
Attingite hujus, qui Deus et homo est simul.
At vos decenter tollite, atque æqualiter
Contentione virium trahite hunc simul:
Nunc jam sepulcrum, ut vos videtis, proximum est,
Heus! o satæ de stirpe Galilæa, loco
Suo datus, nunc lapide magno occluditur.
Agite, o puellæ, ite et videte mortuum,
Hunc voce vestra convenite, adducite
In ima terræ, qualis olim non fuit,
Hunc vindicem humani datum generis. Ah, ah!

[] Vos hunc jacentem nunc videbitis: placent
Hæc civitati. Pergite et procedite;
Non hunc diutius sepulcro conditum
Tectumque saxo cernere queo, patribus
E silice quondam profluentem qui dedit
Aquam, crucique traditus durissimos
Lapides revulsit, mortuorum, numine
Suo, sepulcra urnasque reclusit cadens.
Deip. At paululum sistamus hic, rogo, mortuum
Ut voce compellem mea: « O Fili optime,
Desiderate, nunc in inferi domos
Ditis recedis, et quod arcanum cupis
Occultum, id ipsum tu quoque occulis: at ubi
Veneris in atram nocte Plutonis domum,
Infernum acerbo spiculo defixeris.
Tu mortuorum vadis in nigram specum,

Θέλων φαεῖναι καὶ καταυγάσαι γένος,
Ἀδὰμ ἀναστῆσαί τε πατέρα βροτῶν,
Ὃν οὕνεκ' εἶδος προσλαβὼν θνητὸν φέρεις.
Ἧκεις τ' ἐς ᾅδου τὸν βαθύγνοφον σκότον,
Θανὼν πρὸς ἐχθρῶν, ματέρ' ἀθλίαν λιπών.
Ἡ δ' εὐμένεια τοῦ Πατρός σ' ἀποκτείνει,
Ἡ τίσις ἄλλοις γίνεται σωτηρία.
Τό τ' ἐσθλόν, ὡς εἰς πότμον ἦλθέ σοι, Πατρός,
Ὀδυρμα πικρόν. Γῆ σε, Τέκνον, λαμβάνει
Ἥκοντ' ἐς ἀΐδαο πανζόφου πύλας.
Ἄδῃ τὸ δριμύτατον ἐμβαλεῖς βέλος·
Καὶ γὰρ ἐπ' αὐτῷ τῷδε κατέρχῃ μόνος,
Λήψῃ δὲ νεκρούς, οὐ συλληφθήσῃ νεκροῖς,
Ῥύσῃ τε πάντας, ὧν ἐλεύθερος μόνος.
Μόνος γὰρ ἀνὴρ ταῦτα θαλῴῶν ἱκάνεις.
Ἔσχον δ' ἀγῶνες, οἳ ἔμιμνόν σου τέλος,
Νίκην τε λοιπὴν κατ' ἐναντίων ἔχεις,
Ἄδην, ὄφιν, θάνατον ἰσχυρῶς πατῶν.
Σοφὸς. σοφὸς σὺ, καὶ σοφῶς ἔτλης πότμον.
Ὡς κοινὸν οἶτον σῷ καταβαλεῖς μόρῳ,
Κἂν τῇ χθονὶ στηρίζων, ἐνδύσεις κλέος,
Γῆς ἐξανίσχων, καὶ φέρων σωτηρίαν,
Εἰς συγγένειαν Πατρὸς ἀμείψας δέμας.
Λῦσις γὰρ ἔλθῃς, κλεινὸς, ἁρπάσας γένος,

Volens hominibus lucem et splendorem afferre,
Mortaliumque genitorem Adamum a mortuis exsuscitare,
Pro quibus formam humanam assumpsisti.
Ingrederis densissimas inferni caligines,
Ab inimicis occisus, miseram matrem relinquens.
Benignitas autem Patris tui te occidit,
Quæ mors aliis saluti sit.
Bonitas autem Patris, ut tibi cessit in mortem,
Gravis luctus. Terra te, Fili, excipit
Venientem ad inferni valde tenebrosi fores.
Inferno acerrimum infiges telum;
Propter enim hoc ipsum isthuc solus descendis.
Mortuos capies, neque a mortuis capieris;
Omnes liberabis, qui unus liber exsistis.
Unus enim ex omnibus mortalibus audens hæc præstare sufficis.
Detinuere autem labores qui tuum manebant exitum,
Et alioquin victoriam de hostibus reportas,
Infernum, serpentem, mortem fortiter conculcans.
Sapiens, sapiens es tu, et sapienter necem tol.rasti.
Sic communem mortem tua proteres nece,
Ipsaque in terra hærens, decus indues,
E terra promicans, et afferens salutem,
1296-1297 Mutato corpore, ut Patri sit affine.
Iterum enim redeas, illustris, cum hominum genus rapueris,

1513 *Θανὼν πρὸς ἐχθρῶν*, etc. Ita fere *Troad.* vers. 756 etc., Andromache filii sui sortem lugens ait:

Θανῇ πρὸς ἐχθρῶν, μητέρ' ἀθλίαν λιπών.
Ἢ τοῦ πατρὸς δέ σ' εὐγένει' ἀποκτενεῖ,
Ἢ τοῖσιν ἄλλοις γίνεται σωτηρία.
Moriere ab hostibus, matrem miseram relinquens.
Nobilitas autem patris tui te interficiet,
Quæ aliis saluti fuit.

1516 *Τό τ' ἐσθλὸν, ὡς εἰς πότμον ἦλθέ σοι Πατρός.* Legit Combef. πάρος, et ita reddit: *Præclarum hoc, quod e vicino, mortis tibi comes gravis luctus venit, quod infernum triumphaturus*, etc. Licentius crederem auctorem scripsisse Πατρός, ut Euripid. *Troad.* vers. 759:

Τὸ δ' ἐσθλὸν οὐκ εἰς καιρὸν ἦλθέ σοι πατρός.
Hæc patris gloria tibi non opportune venit.

1520 *Μόνος.* Malim cum Combefisio μόνως, quasi una hæc sit causa descensus Christi ad inferos.

1522 *Ῥύσῃ τε πάντας, ὧν ἐλεύθερος μόνος.* Legit Combefisius ῥύσῃ πάντας, *ὡς μόνος ὢν ἐλεύθερος, ut qui unus liber exsistas.* Male Roill. *ut ipse unus liber sis.* Rationem affert auctor noster versu sequenti, qui legitur *Bacch.* vers. 960, ubi Pentheus de seipso ita loquitur:

Μόνος γάρ εἰμ' αὐτῶν ἀνὴρ τολμῶν τόδε.
Solus enim ex ipsis Thebanis sum vir hoc audens.

1529 *Στηρίζων, ἐνδύσεις*, etc. Reg. II. 11, et Med. στηρίζον ἐνδήσεις. Sic ibid. fere vers. 970 Bacchus ait Pentheo:

Ὥστ' οὐρανῷ στηρίζον εὑρήσεις κλέος.
Itaque invenies gloriam innitentem cœlo.

1530 *Γῆς ἐξανίσχων*, etc. Ita fere *Troad.* vers. 748, Andromache de sponso suo Hectore, Astyanacti filio loquitur:

Γῆς ἐξανελθὼν, σοὶ φέρων σωτηρίαν.
Ex terra reversus, tibi ferens salutem.

1531 *Εἰς συγγένειαν Πατρὸς ἀμείψας δέμας.*

METRICA VERSIO.

Portasque noctis, ut generi hominum afferas
Lucem, patremque hinc omnium Adamum excites,
Hoc propter ipse corpus humanum induens,
Opaca tenebris tartari subis loca
Ab hostibus cæsus, parente miserrima
Relicta. At ipsa te Patris benignitas
Cecidit. Istud supplicium aliis salus.
Istud bonum ingens quod Patre a tuo tibi
Morti paratur luctus et dolor gravis.
Nunc terra, Fili, te capit, dum tu tuum
Infers in atri regna Plutonis pedem.
Tu telum acutum infigis et grave inferis.
Solus ob idipsum in ima descend.s, manu
Victrici ut inde mortuos tandem eruens,
Et mortuorum exemptus a grege asseras
Omnes, ut ipse liber unus sis, tamen
Uni reclusit se tibi audenti via.
Passi dolores qui tuæ crucis exitum
Hunc sunt morati; hinc obtines victoriam
Ex hoste veteri, tartarum dum fortiter
Serpentem et ipsum vincis, et mortem premis.
Prudenter ipse tu subisti, quæ tua
Prudentia fuit, mortis istius genus.
Nam morte mortem sternis ex æquo omnibus,
Et terra in ipsa permanens, laudem invehis,
Terraque rapta emergis, et vitam paris,
Mutatus ad Patris tui formam inclytus:
Post liberatum hominum genus, aderis iterum,

Ὦναξ, Ἄναξ ἄφθιτε, σὺ Θεὸς μένων,
Μορφῇ τε σῇ συνῆψας ἀνέρος φύσιν.
1535 « Καὶ νῦν ἐς ἀΐδαο κατέρχῃ δόμους,
Σπεύδων φαεῖναι καὶ καταυγάσαι ζόφον.
Εὖ δ', εὖ τε λίποις τήνδε δυσμενῶν χθόνα,
Εἰς ἣν γε πρῶτον ἧκες, Ἰσραὴλ δόμους,
Ὀλωλότα πρόβατα ποιμᾶναι θέλων,
1540 Καὶ συνθεσίας ἐκπερᾶναι πατράσι,
Μορφῇ συνάψας τοῦ Θεοῦ βροτῶν φύσιν.
Σὲ γὰρ Πατὴρ γεννᾷ μὲν ἀῤῥεύστως ἀεί·
Α Ἐγὼ δ' ἔτικτόν σ' αὖθις ἀγνεύουσ' ἀεί,
Μορφὴν λαβόντα πρὸς Θεοῦ βροτησίαν.
1545 Ἀλλ' ἐγγενεῖς σῆς μητρὸς, οὓς ἧκιστ' ἐχρῆν
Ἄῤῥητ' ἀμυήτοισιν εἰδέναι βροτοῖς,
Θαυμαστὰ πολλὰ σφίσιν ἐξειργασμένον,
Σωτῆρά σ' οὐκ ἔφασκον ἐκφῦναι Θεοῦ,
Ἀλλά με νυμφευθεῖσαν ἐκ θνητοῦ τινος
1550 Τεκεῖν σ' ἐλήρουν, καὶ γάμους ψευσαμένην
Λέχους ἁμάρτημ' ἐς Θεόν μ' ἀναφέρειν.
Οἱ δὲ κτανεῖν σ' ἔσπευσαν ἀνόμως φθόνῳ,

Rex, rex immortalis, tu Deus permanens,
Qui tuæ formæ conjunxisti hominis naturam.
1535 « Et nunc in inferni domos descendis,
Properans lucere et caligini fulgorem infundere.
Bene, bene igitur desere hancce hostium terram,
In quam primum venisti, Israeliticam domum,
Oves amissas pascere volens,
1540 Et fœdera cum patribus inita stabilire,
Dei formæ humanam innectens naturam.
Te enim Pater generat semper incorrupte :
Ego autem te genui semper intacta,
Qui a Deo humanam formam accepisti.
1545 Verum consanguinei tuæ genitricis, quos minime oportebat
Nosse ea quæ profanis mortalibus sunt arcana,
Te quamvis plura ipsis miracula peregisses,
Salvatorem ex Deo genitum esse negarunt,
Sed me compressam ab aliquo viro
1550 Te genuisse nugati sunt, et nuptias mentitam
Stupri culpam in Deum me contulisse.
Illi autem te necare studuerunt inique per invidiam

Mutato corpore, quod naturæ corporeæ mutationem minime asserit, sed tantum in spiritale corpus animale esse mutandum : donato scilicet corpore immortalitatis majestate et claritate, qua spiritale fit et alline Deo Patri. Spiritus enim, ait Gregorius contra Apollinarium, συγγενής est *divinæ naturæ*. Quod Petavius in *Dogm. Theol.* vertit : *Ad imaginem Dei corpus conformatur*. Unde Ambr. *totus Deus*, inquit, de Christo loquens, postquam resurrexit.

1534 *Μορφῇ τε σῇ συνῆψας*, etc. Ita fere Bacchus in *Bacch.* vers. 54 :

Μορφὴν τ' ἐμὴν μετέβαλον εἰς ἀνδρὸς φύσιν.
Et meam formam mutavi in virilem naturam.

1541 *Μορφῇ συνάψας τοῦ Θεοῦ*, etc. *Dei formæ copulans naturam humanam*. Male Roill. *Cœlitum formam implicans ;* quis enim iis vocibus explicet Christi incarnationis mysterium, aut cœlitum nomine, Dei Verbum Deumque intelligat? Ita fere *Bacch.* vers. 4.

1542 *Ἀῤῥεύστως*, etc. *Sine fluxione*. Insulse vertit. Roill. *Firmum et sine motu perenni*.

1544 *Μορφὴν λαβόντα*, etc. Vertit Roill. *Formæ humanæ ut etiam accederet divina*. Melius *divinæ humanæ*, etc., siquidem potestate divina humanam formam assumpserit, Deusque homo factus fuerit. Ita fere ibid. *Bacch.* vers. 4, Bacchus :

Μορφὴν δ' ἀμείψας ἐκ Θεοῦ βροτησίαν.

Formam vero permutans ex deo humanam.

1545 *Ἀλλ' ἐγγενεῖς*, etc. *Consanguinei*, id est, Judæi. Ibid. *οὓς ἧκιστ' ἐχρῆν ἀῤῥητ'*, etc., *quibus Christi mysterium non erat vulgandum*. Ita jungendi versus, ut planus sit sensus. Hinc enim adulterii crimen Mariæ impegerunt, ut patet ex apocrypho Jacobi, eo quod Joseph sponsam accepisset custodiendam virginem, non maritali copula subigendam, obstante parentum voto, ipsaque virginis professione.

1546 *Ἄῤῥητ' ἀμυήτοισιν εἰδέναι βροτοῖς*. Ita fere *Bacch.* vers. 472 Bacchus Pentheum monet :

Ἄῤῥητ' ἀβακχεύτοισιν εἰδέναι βροτῶν.
Nefas est scire non initiatos Bacchi sacris mortales

1548 *Σωτῆρά σ' οὐκ ἔφασκον*, etc. Sic ibid. vers. 27, etc., de seipso loquitur Bacchus :

Διονύσιον οὐκ ἔφασκον ἐκφῦναι Διὸς,
Σεμέλην δὲ νυμφευθεῖσαν ἐκ θνητοῦ τινος
Εἰς Ζῆν' ἀναφέρειν τὴν ἁμαρτίαν λέχους,
Κἀδμου σοφίσμαθ', ὧν νιν οὕνεκα κτανεῖν
Ζῆν' ἐξεκαυχῶνθ'.

Dionysium negabant ex Jove natum,
Sed Semelem compressam ab aliquo mortali
In Jovem contulisse culpam stupri,
Idque Cadmi commentis, quorum causa ipsam
Interfecisse Jovem gloriantur.

Tota hæc fabula ex apocrypho Jacobi libro desumpta.

METRICA VERSIO.

O Rex perennis, Rex, Deus tu permanens
Mortale formæ corpus innexus tuæ.
« Nunc in nigrantes noctis descendis domos,
Lucere properans, lucem et inde infundere
Caligini. Bene, bene te terra auferas
Hac hostium, in quam tu pedem primum infe-
[rens
Venisti, et Israelis hospitam domum,
Reducere volens perditas oves, sacra
Firmare pacta quæ fuissent patribus,
Naturæ ut hominum, cœlitum formam implicans.
Namque ipse generat te Pater firmum et sine

B Motu perenni : ego te usque casta permanens
Enixa, formæ humanæ ut etiam accederet
Divina. Sed proh ! quem minus decuit, tuæ
Sanguis parentis crebra te miracula
Sibi præferentem, arcano cognitu ardua
Generi profano, qui salutem ad omnium
Demissus esses, te negabat editum
Deo esse, sed connubii junctam face
Peperisse mortali ex viro, et leges thori
Et jura fallentem, mei lecti probrum
Etiam referre tanquam ad auctorem Deum ;
Mentitus in fas omne et invidia excitus

Ἐχθροῦ σοφίσμαθ', ὧν νιν οὕνεκα κτανών,
Ἄλλων τε πάντων παγκάκων σοφισμάτων,
1555 Παύσεις στροβοῦντα κόσμον ἐν σοφίσματι,
Καί μιν σιδηραῖς ἁρμόσας ἐν ἄρκυσι
Στήσεις κακοῦργον τῆς κακουργίας, Τέκνον.
Σφᾶς δ' αὖθις αὐτοὺς ἐκ χθονὸς τῆσδ' ἐκβαλεῖς,
Ἄλλοις δὲ δώσεις καὶ πόλιν τε καὶ κράτος,
1560 Ὡς συμβόλοις εἴρηκας ἤδη τοῖς φίλοις.
Ἐν οἷς χορεύσεις καὶ καταστήσεις τὰ σὰ
Μυστήρι', ἵν' ᾖς ἐμφανῶς Θεὸς βροτοῖς,
Ὡς ἐν πόλῳ ξύμπασιν. Ἐς δ' ἄλλην χθόνα,

A Εὖ διαθεὶς τἀνθένδ', ἀναστήσεις κράτος.
1565 Δεῖ γὰρ πόλιν τήνδ' ἐκμαθεῖν, κεἰ μὴ θέλει,
Νῦν δ' οὖσαν ἀμαθῆ τῶν γε σῶν μυστηρίων,
Ἄλλην τε πᾶσαν γηγενῶν παροικίαν,
Ἣ θεομαχεῖ τὰ κατὰ σὲ, σπονδῶν τ' ἄπο
Ἀφεῖσ', ἐν εὐχαῖς δ' οὐδαμοῦ μνείαν ἔχει·
1570 Οὔπω γὰρ οἱ τάλανες ἔγνωσαν γόνον
Ἥκοντα Πατρὸς ἐκ πόλου πρὸς γῆν κάτω.
Ὧν οὕνεκ' αὐτοῖς δεῖξον, ὡς εἶ σὺ Θεός.
Δείξεις δὲ πάντως· ἢν δ' Ἰουδαίων γένος
Ὀργῇ σὺν ὅπλοις ἐξάγειν χθονὸς θέλῃς

Et hostis dolos, propter quos, et cætera
Alia scelestissima consilia, ipsum interficiens
1555 Prohibebis quominus suis fraudibus mundum circumveniat,
Et ipsum ferreis constringens in vinculis,
Coercebis nequitiæ artificem a nequitia, Fili.
Ipsos autem iterum ex hac terra ejicies,
Aliisque et urbem et imperium trades,
1560 Quemadmodum tuis amicis jam prænuntiasti.
Ipse dux chori eris, statuesque tua
Mysteria, ut manifeste sis Deus hominibus,
1298-1299 Sicut omnibus in cœlo. In aliam regionem,
Cum recte, quæ hic sunt composueris, regni sceptra transferes.
1565 Oportet enim hanc urbem scire, etsi nolit,
Nunc ipsam tuorum mysteriorum esse ignaram,
Omnemque aliam hominum coloniam,
Quæ Deo pugnat in his quæ ad te pertinent, et a libationibus
Repellit te, nec ullam facit mentionem tui in precibus :
1570 Nondum enim miseri te agnoverunt Filium
Patris e cœlo in terram devenisse.
Quam ob rem ipsis te Deum esse demonstra.
Demonstrabis autem omni modo : si vero Judæorum genus
Per iram cum armis e terra expellere velis

1556 *Καί μιν σιδηραῖς*, etc. Ita fere ibid. vers. 231, etc., Pentheus minas intentat iis quæ bacchationi se tradebant.

1557 *Στήσεις κακοῦργον*, etc. Vi nimirum subjiciens, ac ne quid jam nocere possit, majori potentia detinens. Male Roill. *dirum expiatorem.*

1560 *Ὡς συμβόλοις*, etc. *Ut jam vaticinatus amicis dixisti.*

1561 *Ἐν οἷς χορεύσεις*, etc. Sic et *Bacch.* vers. 21, etc., Bacchus :

Κἀκεῖ χορεύσας, καὶ καταστήσας ἐμὰς
Τελετάς, ἵν' εἴην ἐμφανὴς δαίμων βροτοῖς.
Illicque versatus agens choros, et constituens mea
Sacra, ut sim manifestus deus hominibus.

1565 *Ἐς δ' ἄλλην χθόνα*, etc. Sic et *Bacch.* vers. 48 etc., Bacchus :

. . . . Εἰς δ' ἄλλην χθόνα,
Τἀνθένδε θέμενος εὖ, μεταστήσω πόδα.
. . . . *In alium vero regionem,*
Rebus hic bene constitutis, transferam pedem.

1565 *Δεῖ γὰρ πόλιν*. Sic ibid. vers. 39 et 40 :

Δεῖ γὰρ πόλιν τήνδ' ἐκμαθεῖν, κεἰ μὴ θέλει,
Ἀτέλεστον οὖσαν τῶν ἐμῶν βακχευμάτων.
Oportet enim hanc civitatem scire, etsi nolit,
Se non initiatam esse meis sacris.

1568 *Θεομαχεῖ τὰ κατὰ σέ*, etc. Sic ibid. vers. 45 et 46, de Pentheo ait Bacchus :

Ὃς θεομαχεῖ τὰ κατ' ἐμὲ, καὶ σπονδῶν ἄπο
Ὠθεῖ μ', ἐν εὐχαῖς τ' οὐδαμοῦ μνείαν ἔχει.
Qui gerit bellum mecum, et a libationibus
Repellit me, nec ullam facit mentionem mei in precibus.

1572 *Ὧν οὕνεκ' αὐτοῖς*, etc. Ita ibid. vers. 47 :

Ὧν οὕνεκ' αὐτῷ θεὸς γεγὼς ἐνδείξομαι.
Quam ob rem ipsi me deum esse demonstrabo.

1575 *Δείξεις δὲ πάντως*, etc. Sic ibid. vers. 50 :

Δείκνὺς ἐμαυτόν· ἢν δὲ Θηβαίων πόλις
Ὀργῇ σὺν ὅπλοις ἐξόρους Βάκχας ἄγειν
Ζητῇ, συνάψω Μαινάσι στρατηλατῶν.
Ubi ostendero me ipsum : si vero Thebanum civitas
Per iram cum armis Bacchas in exsilium pellere
Conetur, exercitus ducem Mænadibus addam.

METRICA VERSIO.

Et hostis astu, te mora posita abstulit.
Jam suffocato hoc callido doli patre,
Et sceleris omnis atque fraudis, comprimes,
Qui cuncta miris concitat versutiis,
Versatque technis, ferreaque compede
Ipsum alligatum, Nate, criminum omnium
Durum expiatorem locabis : exiges
Hos contra terra e patria : at dabis aliis
Et urbem et imperium potens, ut tu tuis
Sæpe indicasti. Te ducem his rebus dabis,
Et firma tua mysteria et rata facies,
Ut te Deum æque norint et terræ incolæ
Cœlique celsi. Quin futurum ut, omnibus

B His bene peractis, sceptra regni transferas.
Namque istam oportet civitatem discere,
Ut nolit etiam, se tuorum esse omnium
Mysteriorum nunc rudem, et coloniam
Quamcunque barbaram, Deo quæ dissidet
In rebus his quæ ad te attinent, et te sacris
Expellit a libationibus, tui
Voto vovendo, et precibus omnino immemor.
Nam misera nondum novit ex alto polo
In ima terræ Patris æterni genus
Venisse. Proin tu fac Deum te intelligat.
Id assequeris, si suo exturbas solo
Iratus, armis impiam Judæ manum,

Ἀρδην, ἐλάσεις Λυδῶνων στρατηλάτων,
Οὓς σφῶν ἀνάσσειν ἠρετίσαντ' ἀφρόνως,
Σὴν δεσποτείαν ὡς ἀπηγορευκότες.
Ποινὴν γὰρ ἀθρῶ σοῦ πότμου ζωηφόρου,
Πῦρ ἐγγὺς οἴκων, καὶ δόμων ἐρείπια
Τεφρούμεν' ἤδη, πυρὸς ἄσβεστον φλόγα,
Ἀθάνατον Θεοῦ πόλιν πρὸς τήνδ' ὕβριν·
Λινῶ δὲ κρίσιν, ἄδατον ἣ πέδον τόδε
Τίθησι πᾶσι τοῖς φονευταῖς σου, Τέκνον,
Ὅς τὰς Λυδῶν πανευκλεεῖς λιπὼν πόλεις,
Φρυγῶν τε, Περσῶν τ' ἡλιοβλήτους πλάκας,
Βάκτρεια τείχη, τήνδε δύσχειμον χθόνα
Μήδων παρελθών, Ἀράβων τ' εὐδαίμονα
Ἕωνη τὰ μακρὰν καὶ σκότῳ βεβυσμένα,
Ἡᾶσάν τ' Ἀσίαν, ἣν παρ' ἁλμυράν θ' ἅλα
Ἕλλησι κεῖσθαί φασι βαρβάροις θ' ὁμοῦ,
Ἠλήρεις ἔχουσαν καλλοπυργώτους πόλεις,
Ἐς τήνδε πρῶτον ἦλθες Ἑβραίων χθόνα,
Ἣ σ' ἐς τάφον τίθησιν ἐκ σφαγῆς νέκυν.
« Ἰώ! Θεοῦ μέλαθρα, καὶ πόλις φίλα,
Ὦ καλλίπυργον ἄστυ Δαυΐδου χθονός,
Ὦ θαλάμευμα τῶν πάλαι θεοπρόπων,
Θεοκτόνων σπήλαιον ὡς νῦν ἀνέφυς!
Πῶς σε στενάξω; πῶς σε θρηνήσω φόνου; »
Ἀλλ', ὦ λιποῦσαι Γαλιλαίας χωρίον,
Ἐμὸς θίασος, ἃς συνεμπόρους ἐμοὶ

1575 Funditus, profligabis Romanorum imperatorum armis,
Quos ut sibi imperarent, insane provocaverunt,
Quasi tuum dominatum abnegantes.
Ultricem enim pœnam video tuæ mortis vivificæ,
Ignem prope domos, et ædium ruinas
1580 In cinerem redactas, inexstinguibilem ignis flammam,
Perpetuam Dei erga hanc civitatem vindictam;
Laudo autem judicium, quod inhabitabile solum istud
Reddit omnibus tuis interfectoribus, Nate,
Qui Lydorum valde gloriosas linquens urbes,
1585 Et Phrygum Persarumque apricos campos,
Bactrianorum muros, et hiemalem terram
Medorum præteriens, et Arabum felices
Populos longinquos et caliginibus immersos,
Et Asiam universam, quam ad salsum mare
1590 Græcis et Barbaris simul jacere aiunt,
Multas habentem turribus bene munitas urbes,
Ad hanc primum venisti Hebræorum regionem,
Quæ te exanimem morte violenta in tumulo ponit.
« Ah! Dei sanctuarium, et civitas dilecta,
1595 O pulchris turribus instructa Davidis terræ urbs,
O contubernium antiquorum prophetarum,
1300-1301 Quomodo Dei interfectorum evasisti spelunca!
Quomodo te lugebo? quomodo te ob hanc cædem plangam? »
Verum, o relinquentes Galilææ solum,
1600 Sodalitium meum, quas comites mihi

1575 *Στρατηλάτων*. Sic duo Regii. Male editi στρατηλάτας.

1577-1578 Al. intercalatur versus integer, qui nonnullis omissus fuit propter homœoteleuton :

. . . . . ἀπηγορευκότες,
Ἄναχτα τὸν Καίσαρ' ἀνηγορευκότες.

1578 *Σοῦ πότμου ζωηφόρου*. Ita duo Regii. *Tuæ mortis ad salutem mundi susceptæ*. Editi σὺν πότμῳ ζωηφόρῳ.

1579 *Πῦρ ἐγγύς*, etc. Ita *Bacch.* a vers. 7, usque ad vers. 20.

1582 *Ἄδατον*, etc. Id est, quo patriæ suæ finibus ejiciuntur interfectores tui, etc.

1586 *Δύσχειμον*. Ita Reg. et Eurip. ibid. vers. 15, et interpres vertit *hiemalem*. Combefisius legit δυσχείμων, ac reddit *frigoris impatientium*. Improbat Roilletum qui sic habet : *Terram rigentem; vult* enim hanc regionem esse calidam et temperatam, ut innuunt fructus, qui exinde ad nos devehuntur, neque asperas hiemes possunt ferre.

1595 *Ὦ καλλίπυργον*, etc. Ita fere *Bacch.* vers. 1200, etc. :

Ὦ καλλίπυργον ἄστυ Θηβαΐας χθονὸς ναίοντες.
O qui pulchris turribus instructam urbem Thebani [*soli habitatis.*

1599 *Ἀλλ', ὦ λιποῦσαι*. Sic *Bacch.* vers. 55, etc., Bacchus ait :

Ἀλλ', ὦ λιποῦσαι Τμῶλον, ἔρυμα Λυδίας,
Θίασος ἐμὸς, γυναῖκες, ἃς ἐκ βαρβάρων
Ἐκόμισα παρέδρους, καὶ ξυνεμπόρους ἐμοὶ,
Ἄρεσθε τάπιχώρι'.

METRICA VERSIO.

Simulque in illam, quos habet sibi duces
Ausonia, cogis, quos, tumm stulte jugum
Pertæsa, dominos imperantes maluit.
Mortem ad salutem video cui olim sit comes
Pœna, et minantes ædibus flammas, domos
Eo redactas solus ut restet cinis,
Globosque flammæ nulla quos aqua obruat,
Et destinatam urbem sacrum in cultum Dei
Obnoxiam illi video jamjam injuriæ.
At laudo, justam sententiam,
O Nate, solum pœna quod in eos cadit,
Qui polluerunt sanguine tuo dexteram,
Tuo, inquam, Nate, qui relinquens nobiles
Quos Lydus et Phryx occupans urbes alit,
Persarum apricum campum, et alta mœnia
Bactrianorum, et Mediæ prætervolans

B Terram rigentem, Arabumque felices domos,
Gentes remotas, et quasi obscura in specu
Mersas, et omnem Asiam, ut ferunt Græcis si- [mul
Et barbaris, salsi ad maris fluctus sitam,
Pulchris superbam turribus, ditem urbibus,
Hinc, hinc decoris te intulisti in hoc solum
Sanguinis Hebræi, qui necatum turpiter
Te cogit urna. Eheu! Dei palatia,
Urbs grata terræ regii Psalmographi,
Turrita civitas, prophetarum o domus
Antiqua, qui nunc facta es illorum specus,
Qui sustulerunt impia manu Deum?
Quo, misera, gemitu cædem ob hanc te prosequar?
Quo te ore plangam? » Sed mearum, o optimæ,
Chorus sodalium, relictis finibus

Ἐκεῖθεν ἕλκει μυστίδας μυστηρίων
Ὁ νῦν νέκυς, φεῦ! τῷ λάκκῳ τεθειμένος,
Ἐᾶτε τἀπιχώρι' ἐν νεκροῖς μέλη,
Λεπτοῖς δὲ θρήνοις νῦν μιν ἀνυμνήσατε,
1605 Ἔπειτ' ἄνακτα ζῶντ' ἀνευφημήσατε,
Ὡς ἐστὶν ἐλπὶς ἀσφαλεστάτη γ' ἐμοί.
Λωρεῖτε, χωρεῖτ', οὐκέτ' εἰμὶ προσβλέπειν
Οἷα πρὸς αὐτοῦ καὶ τάφον καὶ τὸν λίθον.
Εἴκωμεν οὖν, εἴκωμεν, ὦ φίλαι κόραι.
1610 Ἴτ', ἴτε, κἀπίωμεν ἡσύχῳ βάσει
Εἰς δῶμ', ἐν ᾧ θηλυγενὲς μένει γένος,
Μήτηρ ὅπη μάλιστα Μάρκου Μαρία,
Μύστην ὅπου θίασον οἶμαι συντρέχειν
Κἀκεῖ μενοῦμεν γλυκεροῦ φάους δρόμον.

A 1615 Ἢ μᾶλλον ἀπίωμεν ἐς παιδὸς νέου.
Ὃν μοι τέθεικεν υἱὸν Υἱὸς μοι μόνος.
Χορ. Ναὶ, ναὶ, δίκαιον τοῦτο, κοὐκ ἄλλως λέγεις.
Ἐκεῖσε δεῖ, δέσποινα, νῦν ἀπιέναι,
Ὥστ' ἄσσον οὔσας τοῦ τάφου πάντα σκοπεῖν,
1620 Ἅπαν δὲ τὴν αὔριον ἡσύχως ἔχειν
Τῆς ἐντολῆς ἕκητι, καὶ μένειν κνέφας,
Κνέφας φαεινὸν τῆς τριτάτης ἡμέρας,
Ὡς ἂν λοῦσαι λάθρα πληρώσητ' ἔθος.
Ἴωμεν οὖν, ἴωμεν, εἴκωμεν τάφου,
1625 Πρὶν δυσμενῶν τις παριὼν καταλάβῃ.
Δείξωμεν χῶρον, ἔνθα νυχεῦσαι δέον.
Θεοτό. Ἰδού σε, Τέκνον, καταλείπουσαι μόνον
Ἄπιμεν, ᾗχι σταθμὰ θηλειῶν γένους,

Huc trahit mysteriorum haud inscias
Hicce mortuus, eheu! in monumento positus,
Omittite consuetos pro mortuis modulos:
Exilibus autem gemitibus nunc ipsum excipite
1605 Deinde regem vivum lætis vocibus prosequimini.
Hæc spes est mihi certissima.
Pergite, procedite, non possum aspicere
Quali tumulo conditus sit, et quali lapide obstructus.
Cedamus igitur, cedamus, o dilectæ puellæ.
1610 Ite, abeamus placido gressu
Domum ubi manent mulieres,
Imprimis Maria, Marci parens,
Quo discipulorum cœtum concurrere arbitror;
Ibique exspectabimus lucis optatæ reditum,
1615 Quin potius abeamus in domum novi filii,
Quem mihi filium Filius unicus tradidit.
Chor. Etiam, etiam id decet, æquum est, neque temere loqueris.
Eo nunc, domina, oportet convenire,
Ut propiores tumulo omnia conspiciamus,
1620 Et diem subsequentem quiete traducamus,
Ut lex præcipit, et crepusculum exspectemus,
Crepusculum lucidum tertiæ diei,
Utque clam venientes justa ei persolvatis.
Eamus, eamus igitur, tumulo secedamus,
1625 Priusquam hostium aliquis adsit, nosque comprehendat.
Designemus locum, ubi nox tota sit transigenda.
Deip. Ecce te, Fili, solum relinquentes
Abimus, ubi stat mulierum mansio,

Sed, o relinquentes Tmolum, propugnaculum Lydiæ, Sodalitium meum, mulieres, quas ex Barbaris Adduxi socias, et comites mihi, Tollite consueta.

1606 Ὡς ἐστὶν ἐλπὶς, etc. Ita supra vers. 590 et 615.

1607 Χωρεῖτε, χωρεῖτ', etc. Ita supra vers. 874 et 1498.

1617 Κοὐκ ἄλλως λέγεις, etc. Ita fere *Rhes.* vers. 164, Hector Doloni respondet:

Ναὶ, ναὶ δίκαια ταῦτα, κοὐκ ἄλλως λέγω.
Sane et hæc æqua sunt, nec aliter contrave dico.

1626 Δείξωμεν. Forte λείπωμεν. *Linquamus locum, ubi nox tota transigenda foret.*

METRICA VERSIO.

Quas Galilææ, ille, ille qui jam mortuus
Nunc ah! locatus in cava specu mihi,
Mysteriorum haud inscias comites trahit,
De more solitas occini aliis næniis
In morte vos jam omittite, at eum exilibus
Excipite tantum planctibus: lætissima
Hinc, certa ut est spes, voce plausuque omnium
Regem Deumque prosequemini inclytum.
Abscedite hinc jam, abscedite, neque amplius
Ipsum intueri, nec sepulcrum, nec super
Quod grande saxum proximum devolvitur.
Cedamus igitur, o amicæ virgines,
Cedamus omnes. Agite, agite placido gradu
Domum petamus feminis fidissimis
Sociisque nobis hospitam, ubi Marci parens
Maria agit, et quo, ut credo, concursus frequens
Chori futurus, sacra qui professus est.
Ibi operiemur lucis optatæ exitum.

B Aut potius hinc nos conferamus in domum
Ejus, quem adoptatum mihi meus unicus
In filium juvenem esse voluit Filius.
Chor. Probe mones tu, nec secus quam dixeris.
Fiet. Eo nunc nos, o hera, ire convenit,
Ut a sepulcro non remotæ longius
Quidquid erit observemus, et totum diem
Demus quieti crastinum, ut lex præcipit,
Lætumque lucis tertiæ crepusculum,
Crepusculum, inquam, nos moremur; clanculum
Cernite profectæ hinc vos ut obsequamini
Mori recepto. Eamus, et demus locum
Prius sepulcro quam hostium aliquis proximus
Nos deprehendat. Indicemus quo loco
Nox transigenda tota nobis integra.
Deip. En te relicto, Nate, solo excedimus
Eam ipsam in ædem destinatam feminis,

Πρὸς οἶκον υἱοῦ, τῷ με παρέθου. Τέκνον,
Δέον μένειν πρὸς νάπος ἐγγὺς τοῦ τάφου.
Ιωσ. Ὦ φίλτατ' ἀνδρῶν, καὶ θανών, ἐμοὶ δ' ὅμως
Τῶν φιλτάτων ἀεί γ' ἀριθμήσῃ πολύ·
Χαῖρ'! ὕστατόν σε νῦν ἐγὼ προσφθέγγομαι.
Θεολ. Γενέθλιον ἐσθλὸν οὐκ ἐν αἰνιγμοῖς φράσω.
Ἀνὴρ δὴ ἐστὶ καὶ Θεὸς Θεοῦ γόνος.
Σαφῶς γὰρ αὐτὸν τοῖσιν ἐξειργασμένοις
Θεὸν νομίζω, τοῦ δὲ θανάτου πέρι
Σοφὴν πρόνοιαν αἰτιῶμαι καὶ κρίσιν,
Δι' ἧς ὁ πότμος τοῦ γένους λυθήσεται.
Λύτὸς δ' ὁ χαμαίσυρτος ἐχθρὸς τοῦ γένους
Συντρίβεται νῦν, θανατοῦται, κτείνεται.
Κτανεῖ γὰρ αὐτὸν, κἀντιπορθμήσει γένος
Ὁ τῶν πόλων πάγκλυτος Ἰησοῦς ἄναξ,
Ποινάς τ' ἀδελφῶν καὶ πατρὸς πρώτου λάβῃ.
Παλαιφάτου γέροντος, ὃς βροτῶν γένος
Ἔσπειρεν ἐν γῇ, κλίματος ῥιφεὶς ἄπο
Ἐξ ἁπάτης δράκοντος αἰολοσκόπου,
Πόλει δὲ θήσει τῇ μακαριωτάτῃ.
Καὶ ταῦθ' ὁ τοῦδε πότμος ἐξεργάζεται,
Καὶ τῶνδ' ἔκητι καὶ βροτὸς πέφυκέ πως.
Φρικτῶν δ' ὅδ' ἀνὴρ θαυμάτων ὤπτο πλέω,
Ἐς τόνδε κόσμον, ὧν σὺ πόλλ' οὐκ ἀγνοεῖς·
Φανεὶς δ' ἀνὴρ ἄριστος, οἴχεται θανών,
Λῦθις δ' ἀναστὰς καὶ Θεὸς φανήσεται.
Εἰ δ' ἐν πόλοις ἦν, ἐσθλὸς ὢν ἐλάνθανε,
Ταῖς στρατιαῖς ὑμνούμενος μόναις ἄνω,

Ad domum filii cui me, Fili, commendasti,
Cum in saltu prope sepulcrum manere nos oporteret.
Joseph. Charissime hominum, etsi mortuus, meos inter
Tamen dilectissimos plurimum semper numeraberis.
Vale! postremum enim te videns alloquor.
Theol. Nobilem generationem non verborum ambage tradam.
Est enim homo et Deus Dei Filius.
Evidenter enim eum ex iis, quæ peregit,
Deum existimo; illius autem mortis
Causam attribuo sapienti providentiæ et decreto,
Quo generis humani mors destruatur.
Ipse autem hominum inimicus humi reptans
Nunc conteritur, occiditur, interficitur.
Illum enim occidet, et ad vitam homines transferet
Jesus cœli rex valde inclytus,
Ultionemque fratrum suorum et protoparentis sumet,
Antiqui serpentis, qui mortalium genus
In terra sevit, expulsus horto
Per fraudem draconis versipellis,
Quemque in urbe felicissima collocabit.
Atqui hæc sunt, quæ mors ejus efficit,
Et propter hæc natus est homo.
Ille autem homo visus in hoc mundo
Stupenda peragens miracula, quorum plurima tu ipse nosti:
Cumque vir optimus apparuerit, morte multatur,
Iterum vero redivivus et Deus videbitur.
Quod si in cœlis permansisset, ignota fuisset ejus bonitas,
Solo cœlitum choro fuisset celebratus,

1651 Ὦ φίλτατ', etc. Ita fere *Bacch.* vers. 1515, Cadmus Pentheum luget:

Ὦ φίλτατ' ἀνδρῶν· καὶ γὰρ οὔκετ' ὢν, ὅμως
Τῶν φιλτάτων ἐμοί γ' ἀριθμήσῃ τέκνων. [sis,
O charissime virorum: quamvis enim non amplius
Tamen numeraberis inter meos charissimos liberos.

1655 Χαῖρ' ὕστατον, etc. Ita fere vers. 1097 Hippolytus, quem Theseus diris devoverat, Athenas, quas jamjam relicturus erat, compellat:

Χαῖρ'· ὕστατον γάρ σ' εἰσορῶν προσφθέγξομαι.
Vale. Postremum te videns alloquar.

1654 Οὐκ ἐν αἰνιγμοῖς, etc. *Non obscuris sermonibus.* Male Roill. *sermone longo.*

1654 Θεὸς φανήσεται. *Deus patebit, se Deum probabit.*

1655 Εἰ δ' ἐν πόλοις, etc. Id est, *Si e cœlo non descendisset*, etc.

METRICA VERSIO.

Et filii ædem, cujus in provinciam
Me tradidisti, Nate, cum nos æquius
Esset sepulcro in valle juxta adsistere.
Joseph. Charissime o vir, mortuus licet, tamen
Longe inter omnes qui mihi charissimi
Sunt, es futurus: dico supremum vale.
Theol. Non hic quam honestis ortus est natalibus
Sermone longo edisseram. Iste certe homo est,
Idem et Deus Deo satus: namque hunc Deum
Ex rebus his quas ipse gessit judico.
Quod spectat autem mortem, ego causam illius
Esse sapientem providentiam arbitror,
Ut vindicetur morte ab æterna genus
Mortale. Quin et noxius serpens humi
Qui repit, hostis generis humani occidit
Calcatus, et jam traditus neci ruit.
Jugulavit ipsum rex poli gemini inclytus
Jesus, hominum quo genus contra evehat;
Supplicia fratrum tollet et primi patris
Senisque, sevit qui genus mortalium,
Deditque terræ, expulsus astu callidi
Serpentis olim, quem beabit mox loco
Situm in beato. Mortis hujus hoc opus,
Hæc vis. Id ipsum propter ipse natus est,
Miraculis vir obstupendis inclytus,
Quæ tu ipse nosti mundum in hunc: cumque optimus
Vir visus esset, interemptus occidit;
At jam resurgens se Deum probaverit.
Quod si beato a cœlitum solum choro
Celebratus hymnis perstitisset incola
Cœli, excidisset hoc quod est præsens bonum,
Tacitaque celso gloria in cœlo fruens

Σιγώμενόν τε κῦδος εἶχεν ἐν πόλῳ·
Αἴτια ταῦτα τοῦ τόκου καὶ τοῦ πότμου.
Τὸ πᾶν δ' ἐρῶ σοι τῶν βροτῶν σωτηρίαν.
1660 Τοίγαρ τέθνηκεν, ὧν ἐχρῆν ἥκιστ' ὑπο,
Εἰς δεσμά τ' ἦλθε, καὶ λόγους ἐμπαιγμάτων.
Τοιαῦτα λαὸς ὁ πρὶν ἠγαπημένος,
Εὐεργέτην ἔδρασε, πηρωθεὶς φρένῳ·
Καὶ ταῦτα μὲν πέπονθεν οὗτος οὐκ ἄκων.
1665 Ἃ δ' αὖ παθεῖν δεῖ λαὸν, οὐ κρύψω κακά.
Λίπει πόλισμα, βαρβάροις εἴκων, ἄκων,
Δοῦλος, μέτοικος. Ἔστι γὰρ τὸ θέσφατον,
Εἰς πᾶσαν αἶαν Βαρβάρων ἀποτρέχειν,
Ἁλόντας ἀλωτοὺς, πόλλ' ἀνατλάντας κακά.

A 1670 Ἀναιρέταις γὰρ πᾶσιν ἀντᾷ παγγενῆ
Λιπεῖν πόλιν τήνδ', ἀνοσίου μιάσματος
Δίκας τίνοντας τοῦδ', ὃν ἔκτειναν φθόνῳ,
Καὶ μηκέτ' ἰδεῖν πατρίδ'. Οὐ γὰρ εὐσεβὲς,
Μένειν φονευτὰς ἐν τάφοις νεκρουμένων.
1675 Πόλεις δὲ πολλὰς εἰσαφίκονται, ζυγὸν
Δοῦλειον ἀνέλκοντες οἱ δυσδαίμονες,
Αἰχμαῖς ἁλωτοὶ, χρησμὸς ὡς λέγει Θεοῦ,
Πάντη διασπαρέντες, οὐ νόστον δ' ἔτι
Οἱ τάλανες σχήσουσιν, οὐδ' ἐπάνοδον,
1680 Ἀφ' οὗ τάδ' ἐκπέρσει γ' ἀναρίθμῳ στρατῷ,
Ἡγούμενος λόγχαισιν Αὐσόνων ὁραμών.
Ταῦτ' οὐχὶ θνητοῦ πατρὸς ἐκγεγὼς, ἔφη

Tacitamque in coelo gloriam obtinuisset:
Hæ sunt causæ ipsius ortus et mortis.
Summatim vero hominum salutem tibi dicam.
1660 Etenim morti traditus, a quibus minime debuisse',
Et in vincula conjectus est, ac verba subsannationum audiit.
Hæc populus antea dilectus,
Invidia exæcatus, benefactori rependit:
Et hæc quidem non invitus toleravit.
1665 Quæ autem mala populum pati oportet, non celabo.
Urbem relinquet, Barbaris cedens, invitus,
Servus, alio extorris. Id enim divinitus est decretum,
Eos in omnem Barbarorum terram prope abituros,
Armis subactos, pluraque perpessos mala.
1304-1305 1670 Omnes qui sustulerunt, istud manet, ut plebs universa
Urbem deserat, et hujus infandi sceleris causa
Pœnas ei luat, quem per invidiam occidit,
Nec ultra patriam videat: nefas enim est
Homicidas in tumulis eorum, quos occiderunt, permanere.
1675 Multas in urbes deducentur, jugum
Servile protrahentes, miseri,
Armis subacti, ut cecinit oraculum Dei,
Ubique dispersi, neque amplius erit
Infelicibus spes in patriam redeundi,
1680 Ex quo cum exercitu innumerabili irruet
Advolans Romanarum cohortium imperator.
Non patre mortali natus, sed a Deo genitus, hæc egit,

1667 *Ἔστι γὰρ τὸ θέσφατον*. Ita fere *Bacch.* v. 1352, etc., Cadmus exsilium suum lugens, Agaven quæ Pentheum filium suum necaverat, alloquitur:
. . . . Ἔτι δέ μοι τὸ θέσφατον
Εἰς Ἑλλάδ' ἀγαγεῖν μιγάδα βάρβαρον στρατόν.
. . . . *Et adhuc mihi hoc est fatale*
In Græciam ducere mistum barbaricum exercitum.
1678 *Οὐ νόστον*, etc. Sic *Bacch.* vers. 1355, Bacchus:
. . . . Νόστον ἄθλιον πάλιν
Σχήσουσι. . . . . .
. . . . *Reditum infelicem retro*
Habebunt. . . . . . .
1680 *Ἐκπέρσει γ' ἀναρίθμῳ στρατῷ*. Ibid. vers. 1355, Bacchus Cadmo prædicit fore ut multas urbes sit eversurus:
Πολλὰς δὲ πέρσεις ἀναρίθμῳ στρατῷ
Πόλεις. . . . . .
Multas autem evertes cum maximis copiis
Urbes. . . . . . .
1681 *Δραμὼν*. Duo Regg. δράκων. Reg. Med. sup. lin. *imperator Romanorum*, *draco*. Sic *Bacch.* vers. 1357: ἡγούμενος λόγχαισιν, *dux exercitus*.
1682 *Ταῦτ' οὐχὶ θνητοῦ*, etc. Ita fere ibid. vers. 1358 Bacchus de seipso loquitur:
Ταῦτ' οὐχὶ θνητοῦ πατρὸς ἐκγεγὼς λέγω.
Hæc non mortali patre natus dico.

METRICA VERSIO.

Ignotus esset. Causa nascentis fuit
Hæc, et cadentis: utque summatim efferam,
Prima et suprema generis humani salus.

Conjectus ille in verba subsannantium,
Et vincla, ab illis a quibus non debuit
Mactatus idem: populus huic charus prius
Livore motus hæc bene merenti dedit.
Lubens quidem ista passus ille, sed pati
Quæ contra oporteat mala populum, nihil
Celabo: cedens is coactus Barbaris
Urbem relinquet, servus, extorris: ratum
Hoc fata statuunt; multa post mala profugi,
Armis subacti, deferentur exteros
In Barbarorum limites. Istud manet

B Omnes patratæ cædis auctores, sua
Ut urbe pulsi generis omnis incolis
Pulchre referta, sceleris infandi et viri
Cæsi per invidiam graves pœnas luant.
Omnis videndæ spes adempta patriæ
Quando in sepulcris qui ceciderint omnium,
Eos manere qui peremerunt nefas.
Multas in urbes pertrahentur, et jugum
Servile miseri perferent, manu hostium
Capti, huc et illuc divagantes, ut Dei
Vox certa cecinit: nulla jam spes amplius
Futura reditus aut regressus, Ausonum
Dux ex quo in illo agmine infesto irruens
Magnoque, deprædabitur eos insolens
Non patre natus ista mortali edidit,

Λίπών τις, ἐκ Θεοῦ δὲ, καθὼς ἄρ' ὧδε
Ὁ νῦν νέκυς εἴρηκε πάντ' ἐν δυνάμει,
1685 Οὐδὲν τι μαθὼν τῶν θεοπρόπων ἄπο.
Αὐτὸς δὲ μᾶλλον πάντα διδάξας πάρος.
Οὗτος δ' ἃ μέλλει πήματ' ἐκπλήσειν, φράσω,
Ἀπεμπολητὴς αἰσχρὸς ἐξ ὀπαόνων.
Αὐτὸς μὲν εἶπε, ὡς μανεὶς ἄλγους ὕπο,
1690 Βρόχοις κρεμαστοῖς ὑπερβαλεῖ τὴν δέρην,
Πεσὼν δ' ἔπειτα διχαλακήσει τάλας,
Ἴδοι τε δεινὸν ἦμαρ· οὐδὲ παύσεται
Κακῶν ὁ τλήμων, οὐδὲ, τὸν καταβάτην
Ἅδην διαβάς, ἥσυχος γενήσεται,

A 1695 Στένων ἄληκτα, καὶ βοῶν σφοδροῖς πόνοις,
Καὶ νᾶμα πυρὸς τόνδε ὑποδέξεται.
Ἰωσ. Ὦ φίλος, ὡς εἰς δεινὰ φῆς ἐλθεῖν κακὰ,
Πάντας, κἄμ' αὐτὸν, συγγόνους τ' ἄρδην ἐμούς!
Κἀγὼ δ' ὁ τλήμων βαρβάρους ἀφίξομαι;
1700 Ἦ ποῖ τράπωμαι, πατρίδος πορθουμένης;
Ὦ πάμμεγ' ἐμπνέουσα βαρβάροις ποτὲ
Πόλις, τὸ κλεινὸν οὔνομ' ἀφαιρῇ τάχα.
Χαῖρ', ὦ μέλαθρον, χαῖρ', ὦ πατρῴα πόλις·
Λίπω, λίπω σε, δυστυχῶς δοῦλος γεγὼς,
1705 Αἰχμαῖς ἁλωτός· βαρβάρων δ' ἴδω πέδον,
Εἰ μὴ γέροντ' ὄντα με προφθάσει πότμος,

Dixit aliquis, quemadmodum et ipse
Nunc mortuus, omnia prædixit in virtute,
1685 Nihil a prophetis edoctus,
Cum ipse potius ante cuncta docuerit.
Quod autem supplicium debeat subire
Infamis ille discipulus venditor, eloquar.
Ipse prædixit, ut dolore insaniens,
1690 Laqueo pensili cervicem sibi frangeret,
Et deinde lapsus miser medius creparet,
Luctuosamque diem videret : neque quiescet
A malis infelix, neque cum declivem
Infernum penetraverit, quietus erit,
1695 Absque intermissione suspirans, et propter vividos dolores exclamans,
Et igneus fluvius hunc excipiet.
Joseph. O amice, in quot et gravissima deventuros esse ais
Omnes, et me ipsum, omninoque meos alines!
Et ego infelix ad barbaros ibo?
1700 Quo enim me vertam, patria eversa?
O urbs altiores spiritus gerens erga barbaros,
Brevi tuo insigni nomine spoliaberis.
1306 1307 Vale, o domus, vale, o patria civitas;
Desero, desero te, infeliciter servus factus,
1705 Vi captus; barbarorum autem videbo solum,
Nisi me senio confectum mors præveniat,

1684 *Ἐν δυνάμει*, etc. *In virtute*, id est, *penes quem potestas implendi, quæ prædixit.*
1692 *Οὐδὲ παύσεται*, etc. Ita fere *Bacch.* vers. 1557, etc., Cadmus habet :
. . . . . Οὐδὲ παύσομαι
Κακῶν ὁ τλήμων. Οὐδὲ τὸν καταβάτην
Ἀχέροντα πλεύσας, ἥσυχος γενήσομαι.
. . . . . *Nec liberabor*
A malis infelix, nec ad infernum
Acheronta navigans, qu etus ero.
1694 *Καταβάτην*. *Ad quem facilis via.*
1696 *Καὶ νᾶμα*, etc. Ita supra vers. 253 et alibi.
1697 *Ὦ φίλος, ὡς εἰς δεινά*, etc. Sic *Bacch.* vers. 1549, Cadmus suam filiam alloquitur, sortem utriusque lugens :
Ὦ τέκνον, ὡς εἰς δεινὸν ἦλθομεν κακὸν,
Σύ θ' ἡ τάλαινα, σύγγονοί τε σαὶ φίλαι.
Ἐγὼ δ' ὁ τλήμων βαρβάρους ἀφίξομαι.
O filia, ut venimus in triste malum,
Tuque misera, sororesque tuæ charæ.
Et ego infelix ad barbaros ibo.
1700 *Ἦ ποῖ τράπωμαι*, etc. Sic ibid. vers. 1358, filia Cadmi :
Ποῖ γὰρ τράπωμαι, πατρίδος ἐκβεβλημένη;
Quo enim me vertam ejecta ex patria?
1705 *Χαῖρ', ὦ μέλαθρον*, etc. Sic *Bacch.* vers. 1365, etc., eadem Cadmi filia :
Χαῖρ', ὦ μέλαθρον, χαῖρ', ὦ πατρῴα
Πόλις· ἐκλείπω σ' ἐπὶ δυστυχίᾳ.
Vale, o domus, vale, o patria
Civitas; descro te propter infortunium meum.

METRICA VERSIO.

At ex Deo ipso natus, ipse idem Deus
Qui mortuus prædixit omnia edocens
Longe ante vates, non ab ipsis vatibus
Edoctus. At quam turpis iste venditor
Stipator unus perferet cladem, id quoque
Dicam : futurum ut e dolore insanions
Is laqueo collum pendulo et stricto implicet :
Tum deinde lapsus medius infelix crepet,
Diemque videat luctuosam : non miser
Quiescet unquam, viscera ellractus, locum
Ingressus atra nocte nigrantem, inferum,
Semper agitatus, ingemens semper graves
Propter dolores, triste clamabit, vorax
B Quem flamma rapidis carpet æternum ignibus.
Joseph. Quam gravia, amice, nos manent omnes [mala,
Meque adeo, ut ipse dicis, atque omnes meos!
Etiam subibo barbaras gentes miser.
Quod jam redacta patria in prædam hostium
Iter capessam? o urbs gerens in barbaros
Olim haud subactum pectus, antiquo excides
Illoque magno, quod parasti, nomine.
Vale, o palatium, vale, o urbs patria,
Jam te relinquam turpiter servi jugum
Subiens, relinquam victus armis; barbarum
Solum videbo, nisi senem prævenerit

Ὃν εἰθ' ἵδοιμι πατρίδος μένων πέδῳ,
Συνῆκα γάρ, θέσπατον ὡς οὕτως ἔχει.
Theol. Τὸ μὲν σὸν εὐδόκιμον, εὐσεβὲς γέρον·
Ὁ δ' ἐγγενής σοι λαὸς ἐκτίσει δίκην,
Ὡς ἀξίαν μὲν λίαν, ἀλγεινὴν δ' ὅμως.
Αὐτὸς δ' ἑαυτὸν αἰτιάσθω τῆς δίκης.
Οὐ γάρ τι λέξει πρὸς πρόφασιν, ὡς τάχα
Οὐκ ἦλθεν, οὐκ ἤμυνεν, οὐδ' ἐπεστράφη,
Εὐεργετῶν πάλαι τε καὶ νῦν εὐτρόπως.
Τίνας γὰρ οὐκ ἔστειλε κήρυκας πάλαι;
Οἵων δὲ δώρων οὐκ ἔπλησέ νιν ξένων,
Ὃν ἐξαγαγὼν τῆς πικρᾶς τυραννίδος,
Ἐθνῶν ἄνακτ' ἔθηκε πανσθενῶς μέγαν,
Ὅτ' ἀμφὶ Βασὰν, τὴν τ' Ἀμορῥαίων χθόνα,
Ἐθνῶν ἀρίστοις ἐμπεσὼν κατὰ στόμα,
Ἔῤῥηξε πέλτην, τῷ δὲ δουλώσας στρατὸν
Παρέσχεν, ὥνπερ λακτίσας πολλὴν χάριν,
Προὔδωκεν αὐτὸν εἰς φόνον μιαιφόνοις·
Ὃς ὕστερον μὲν ἦλθεν, εἰς καιρὸν δ' ὅμως·
Θεοπρόποι γὰρ, καὶ νόμος πολλοῖς χρόνοις
Ἰδροῦντες, αἱχμάζοντες οὐχ εὗρον πέρας.
Χριστῷ δὲ φῶς ἓν ἡλίου καταρκέσει
Ἅδου δόμους πέρσαντι, θ' ἡμέρᾳ πάλιν
Πρὸς γαῖαν ἐλθεῖν, συντεμόντ' ἄλγη βροτῶν.

Quam utinam videam, in patriæ solo residens!
Intellexi enim hæc a Deo esse prænuntiata.
Theol. Quæ tua sunt, pie senex, laudem merentur;
Verum iste populus, qui tibi cognatus est, pœnas luet,
Quas sane bene meritus est, sed tamen gravissimas.
Verum ipse suam sibi calamitatem attribuat.
Non enim dicet ad sui excusationem, quod forte
Non venerit, nec opem tulerit, nec curaverit,
Olim et nunc summa benignitate benefaciens.
Quosnam enim præcones olim jam non præmiserit?
Qualibus donis stupendis eum non cumulaverit,
Quem ex acerba servitute eductum,
Populorum regem potentissimum posuit,
Cum in Basan et Amorrhæorum terra
In fortissimas gentium irruens in prima acie,
Confregit peltam, et illi subactum exercitum
Præstitit, quorum magnam gratiam calcibus repellens,
Carnificibus ipsum ad cædem tradidit.
Ipse quidem sero venit, tamen adhuc satis tempestive:
Prophetæ enim et lex, diuturnis temporibus
Sudantes, et dimicantes exitum non invenerunt.
Sed unica dies satis erit Christo,
Ut inferni domos evertat, et altera rursus
Ad terram redeat, fine laboribus hominum imposito.

1715 *Οὐ γάρ τι λέξει*, etc. Ita fere *Rhes.* vers. 599, hunc exprobrat Hector:

Οὐ γάρ τι λέξεις, ὡς ἄκλητος ὢν φίλοις,
Οὐκ ἦλθες, οὐδ' ἤμυνας, οὐδ' ἐπεστράφης.
Τίς γάρ σε κήρυξ, etc.
Non enim dices, quod non vocatus ab amicis,
Non veneris, neque opem tuleris, neque curaveris nos.
Quis enim præco, etc.

1717 *Οἵων δὲ δώρων*, etc. Ibid. vers. 403, Hector eumdem objurgat:

Ποίων δὲ δώρων κόσμον οὐκ ἐπέμψαμεν;
Καίτοι σε μικρᾶς ἐκ τυραννίδος, μέγαν
Θρηκῶν ἄνακτα τῇδ' ἔθηκ' ἐγὼ χερί.
Quorum vero donorum ornatum non misimus tibi?
Atque te ex parvo imperio, magnum
Thracum regem feci ego hac dextera.

1720 *Ὅτ' ἀμφὶ Βασάν*, etc. Ita fere ibid. vers. 408, etc.

1722 *Πέλτην*. Genus est scuti, quod pro gentis cujusdam nomine accipiens interpres vertit: *Basan, et Amorrhæus, et pelta.*

1725 *Ὃς ὕστερον μὲν ἦλθεν*, etc. Sic vers. 443, Rhesus removet a se culpam sibi ab Hectore imputatam:

Ἀλλ' ὕστερον μὲν ἦλθον, ἐν καιρῷ δ' ὅμως.
Sero quidem veni, tamen adhuc satis tempestive.

1729 *Θ' ἡμέρᾳ*. Forte melius θ' ἡτέρᾳ, ut videre est apud Euripidem, ex quo ista mutuatus est auctor noster. Sic enim ait Rhesus vers. 417, etc.:

Ἐμοὶ δὲ φῶς ἓν ἡλίου καταρκέσει,
Πέρσαντι πύργους, ναυστάθμοις ἐπεισπεσεῖν,
Κτεῖναί τ' Ἀχαιούς, θ' ἡτέρᾳ τ' ἀπ' Ἰλίου,
Πρὸς οἶκον εἶμι, συντεμὼν τοὺς σοὺς πόνους.
Mihi vero lux unica solis sufficiet,
Expugnanti Græcorum turres, ad irrumpendum in [eorum navalia,
Et ad cædendos Achivos; altera vero die ab Ilio
Domum redibo, brevi finitis tuis laboribus.

METRICA VERSIO.

Me mors, quam, o utinam, olim mea videam manens
In patria potius! Id ex oraculo
Denuntiari sic futurum intelligo.
Theol. Tua quidem, o mi senex, voluntas optima.
At iste populus, qui tibi cognatus est,
Pœnas luet, se non quidem indignas, tamen
Plenas doloris. Quidquid at mali luet,
Non hujus ipse se sibi negaverit
Caput esse primum, nec aliquid causæ afferet,
Quod forte non venerit, opem negaverit,
Nusquam se ad ipsos liberalis flexerit
Olim merendo, nunc quoque benignissime:
Quis non ad illos missus est præco prius?
Quo non adauxit ille munere populum?
Quem eductum acerba gentium e tyrannide
Regem potentem fecit et magnum, manum
Cum gente forti conserentem, quo loco
Basan est, et Amorrhæus, et pelta, adjuvans
Perfregit hostem et servituti subdidit:
Hæc ille tanta contulit, quorum immemor
Calcans inauditam pede suo gratiam,
Illum cruentis posuit in cædem viris,
Qui postea venit tamen ut oportuit:
Namque et prophetæ, et lex gravi ut certamine
Longaque pugna dimicantes, nec medium
Finemve repererint, tamen lux unica
Solis satis erit Christo ut inferni ædibus
Penitus revulsis, et sua e sede erutis,
Terras revisat, et hominum mortalium
Omnem dolorem permat. Horum gratia,

Τῶν γὰρ ἕκητι, πτωχικὴν λαβὼν στολήν,
Εἴσεισιν ᾄδην, πολλὰ δ' ἐκεῖθεν σκύλα
Ἅρας, φανεῖται νερτέρων ἐπίσκοπος,
Κτανών τε φρουρούς, καὶ παραστάτας πυλών,
1755 Ἐκεῖθεν ἕλθοι, πᾶσί τε γνωσθήσεται
Ἀρωγὸς, αὐτόῤῥιζος ὢν εὐεργέτης,
Ὃν ἐγγενὴς ἔκτεινε λαὸς ἐν φθόνῳ.
Οἱ δ' οὐδὲν αὐτῷ συγγενεῖς πεφυκότες,
Κατθέντες αὐτοῦ, τοὶ μὲν ἐν χωστοῖς τάφοις,
1740 Οἱ δ' ἔν τ' ὄρει τε καὶ σπέει, καὶ γῆς βάθει
Ψυχρὸν ἄημα, δίψιόν τε πῦρ Θεοῦ
Μενοῦσι, καρτεροῦντες οὐκ ἐν δεμνίοις,
Οὐδ' ἐν χιτῶσι τρυφεροῖς ἐγκείμενοι, .

Α Οὐδ' ἐν ζαχρύσοις δώμασι κοιμώμενοι·
1745 Τοὶ δ' ἐν μαχαίραις καὶ σπάθῃ τε καὶ ξίφει
Πίπτοντες, ἐμφανοῦσι πίστιν ἀσφαλῆ,
Οὐχ ἥν ὁ πράτης, καὶ σφαγεῖς εὐεργέτου,
Οὓς ἐκτίσαι δίκαιόν ἐστι τὴν δίκην.
Σὲ δ' ἐξαναστὰς εὐχερῶς ἐκρύσεται,
1750 Ὃν εὐπρεπῶς τέθεικας ἐν καινῷ τάφῳ,
Καὶ μακάρων ἐς αἶαν ἐγκαθιδρύσει,
Σάλπιγγος ἠχῇ νεκρέγερτον δεικνύων.
Δεῖ γάρ σε τὴν φονῶσαν ἐκλιπεῖν πόλιν,
Καὶ πραέων οἰκεῖν σε δάπεδον, μάκαρ,
1755 Θεὸν φανέντα, θνητὸν ἀμείψαντά σε
Πάχος, βρότειόν τ' ἀποβαλόντα φθορὰν,

Horum enim gratia, pauperem sumens vestem,
Infernum subit, et multa exinde spolia
Tollens, inferni apparebit explorator,
Occisisque custodibus, et portarum excubitoribus,
1755 Inde redibit, omnibusque notus erit
Ultor, a se suoque munere beneficiis largus,
1308-1309 Quem populus sibi affinis ob invidiam mactavit.
Ex iis vero qui, ipsi nulla affinitate conjuncti,
Ei adhæserunt, alii in aggestis tumulis,
1740 Alii in montibus et speluncis, altaque voragine
Auram refrigerantem, sitimque facientem Dei ignem desiderabilem
Exspectabunt, sustinentes non in stragulis,
Non vestibus mollibus operti,
Non in deauratis domibus decumbentes,
1745 Sed in gladiis, spathaque et ferro
Cadentes, certissimæ fidei dabunt specimen
Non cujus venditor, ac qui bene merentem nece sustulerunt,
Quos æquum est pœnas luere.
Te vero redivivus facile liberabit
1750 Is quem in novo tumulo decenter composueris,
Et beatorum in terra tuam collocabit vitam,
Tubæ sono e mortuis exsuscitatum ostendens.
Te enim oportet urbem cædis anhelantem linquere
Et mitium solum te incolere, o beate,
1755 Cum deus evaseris, exuta mortali
Crassitudine, depositaque humana corruptela,

1738 *Οἱ δ' οὐδὲν αὐτῷ*, etc. Hæc ad eos qui Christum in tumulo condiderunt, refert interpres. Verum hi Judæi erant, ut et qui interfecerant. Itaque id potius intelligendum videtur de gentibus quæ Christi fidem amplexæ sunt, seu de Christianis, qui sic ubique latitabant in cavernis et speluncis, etc.; hæc, inquam, de gentibus, quæ in Christum crediderunt, dicta sunt, non de uno et altero, qui Christi funus curarunt. Vide *Rhes.* ubi Hector ita fere Rhesum alloquitur.

1739 *Κατθέντες*. Reg. II. κ, κτανθέντες, *ejus martyres, ejus causa occisi.*

1741 *Ψυχρὸν ἄημα*. Reg. Ψυχρὴν ἄησιν, sicut apud Euripidem vers. 417 et 459, quos imitatus videtur auctor noster.

1745 *Τοὶ δ' ἐν μαχαίραις*, etc. Vide Epistolam ad Hebræos, II, 37.

1747 *Σφαγεῖς*. Sic duo Regg. *interfectores*. Editi σφαγιεῖς.

1751 *Καὶ μακάρων*, etc. Ita fere *Bacch.* vers. 1337, Bacchus Cadmo meliora prædicit.

1756 *Φθορὰν*. Ita legit Combef. Edit. φθορᾶς, etc.

METRICA VERSIO.

Indutus ille pauperis vestem, pedem
Infert in imas tartari sedes, et hinc
Spolia reportans multa, vindex inferi
Lustrator antri visus, isthinc elleret
Sese, subactis portitoribus omnibus
Custodiisque, tum juvans vere pater
Et liberalis judicabitur, suus
Quem populus olim gentis ejusdem invidus
Mactarit. At qui gente non juncti tamen
Urnæ hunc dederunt et sepulturæ, edita
Partim in sepulcri mole, monte pue arduo,
Specuque partim in abdita et voragine
Terræ profunda, frigidum afflatum, et Dei
Ignem calentem concupiscent, non toro

Dulci incubantes, vestibus vel mollibus
Operti, in oro lucidis tectis suum
Somnum trahentes, ense, gladio alii at cadent :
Sic et fidem illi sancient verissimam
Firmissimamque, non eam quam scilicet
Venditor, et idem carnifex bene meriti
De se habet : eum æquum luere pœnas, te quidem
Facile resurgens ille liberaverit,
Novo sepulcro quem decenter clauseris,
Ac excitatum a mortuis tubæ sono
Clangentis, olim te beatorum in gregem
Ascribet. Urbe nam relicta cædibus
Fluente, felix tas piorum ut incolas
Solum, solutus mole qui humana, exuens

Ἦν ἐξ ἀπάτης ἔσχες, ὡς θνητὸς γεγώς.
Τῶνδ' οὐδὲν ἤδειν ἐκ λόγων θεοπρόπων·
Διδασκάλου δ' ἔγνων αὐτοῖς στέρνοις κλιθείς,
Οὕτως ἔσεσθαι τοὺς θεῷ φιλουμένους.
Ἐγὼ συνῆκα δεσπότου στέρνοις πεσών,
Ὡστ' ἐξ ἀβύσσου πόλλ' ἀπαντλήσας σοφά.
Ἰωσ. Σοφοῦ παρ' ἀνδρὸς χρὴ σοφόν τι μανθάνειν.
Πέποιθας αὐτὸν δ' αὖθις ἰδεῖν ἐν χθονί;
Θεολ. Πέποιθα· δείξει τοὐπιὸν σέλας Θεοῦ.
Ἰωσ. Μίαν μόνην μεῖναί με δεῖ τὴν αὔριον
Ἡμῖν μὲν ὡς μέγας τις ἦκων ἐκ Θεοῦ,
Ἁπλῶς τε θανών, ὡς βροτὸς τυμβεύεται,

Quam ex fraude habuisti, qui mortalis genitus fueris.
Nihil novi ex prophetarum oraculis,
Recumbens in Magistri sinu didici
Ita fore Deo prædilectos.
Sic intellexi Domini gremio jacens,
Velut ex abysso plura sapientiæ consona hauriens.
Joseph. A sapiente viro decet aliquam sapientiam ediscere :
Sperasne eum in terra iterum videre?
Theol. Confido ; dies sequens manifestabit gloriam Dei.
Joseph. Unicam diem posteram me oportet manere.
Equidem nos, ut virum optimum a Deo profectum,
Simpliciterque mortuum, ut hominem tumulavimus
In sindone et unguentis, tanquam ex mortali genitrice
Procreatum : namque filium ejus mori necesse erat.
Verum si tanquam Deus morti dominetur,
1310-1311 Erit deinceps, ut Dei Filius et unicus,
Deus ab omnibus, qui noverint, colendus.
Brevi tempore lugeatur, ut qui ex matre mortali
Sit genitus : filium enim ejus mori necesse est.
Sic ejus exsequias cohonestavimus, ut amici.
At, si ut Deus, potentia sua quid agere velit,
Tempus adest : lux enim diei tertiæ
Proxima est, et omnia suum sortientur exitum.

1758 *Ἤδειν*. Sic duo Regii. Mendose editi ἤδεν. Ita fere *Rhes.* vers. 952 choro respondet Hector.

1759 *Διδασκάλου*. Mendose editi διδάσκαλος.

1762 *Ἀπαντλήσας*, etc. Mendose edit. ἀπαντλήσεις.

1765 *Σοφοῦ παρ'*. Ipsismet verbis *Rhes.* vers. 106 chorus Doloni respondet.

1765 *Πέποιθα δείξει*, etc. Sic ibidem Hector ad chorum, vers. 531.

1766 *Μίαν μόνην μεῖναι*, etc. Sæpe recurrit iste versiculus.

1770 *Τὸν ἐκ κείνης γὰρ ἦν*, etc. Sic infra vers. 1775, et apud Euripidem *Rhes.* vers. 975, non aliter Musa loquitur de Achille :

Θανεῖν γὰρ καὶ τὸν ἐκ κείνης χρεών.
Fatale enim est et illius filium mori.

1774 *Πέντθος δὲ βαιόν*, etc. Bene minus Roill.

A Ἐν σινδόνι, μύροις τε, μητρὸς ἐκ θνατᾶς
1770 Φανείς· τὸν ἐκ κείνης γὰρ ἦν θανεῖν χρέως.
Εἰ δ' ὡς θεὸς νῦν κυριεύσει καὶ μόρου,
Ἔσται τὸ λοιπόν, ὡς Θεοῦ παῖς καὶ μόνος,
Ἅπασι σεπτὸς τοῖσιν εἰδόσιν Θεός.
Πένθος δὲ βαιὸν ὄντι μητρὸς ἐκ θνατᾶς
1775 Κείσθω· τὸν ἐκ κείνης γὰρ ἦν θανεῖν χρέως.
Ἡμῖν μὲν οὕτω νῦν τετίμηται φίλος.
Ὃς δ' εἴ τι πράσσειν, ὡς θεὸς, θέλων σθένει,
Καιρὸς πάρεστι· φῶς γὰρ ἡμέρας τρίτης
Οὐ μακρὰν ἐστι, καὶ τὸ πᾶν φανήσεται.
1780 *Θεολ.* Πέποιθα πᾶσιν ἡμέραν ἐλευθέραν

Eumdem consequi luctum addecet parvum jacentem.
Ita fere *Rhes.* vers. 947, etc., Musa ait se luctum brevi futurum Tethidi, ob Achillis mortem, allaturam fore :

Βαιὸν δὲ πένθος τῆς θαλασσίας θεοῦ
Οἴσω. . . . . .
Brevem autem, id est brevi futurum, luctum marinæ [*deæ Tethidi*
Afferam. . . . . . .

1780 *Πέποιθα πᾶσιν*, etc. Sic ibid. vers. 991, etc., Hector confidens aut Trojanos ab obsidione jamjam liberandos fore :

Πέποιθα Τρωσὶ θ' ἡμέραν ἐλευθέραν
Ἀκτῖνα τὴν στείχουσαν ἡλίου φέρειν.
Confido et Trojanis diem liberam
Radios accedentes solis allaturos.

Id est, *cras Trojanos obsidione liberaturum ini spero*

METRICA VERSIO.

Mortale quidquid ipse mortalis dolo
Serpentis olim obnoxium morti attrahis,
Fies deus jam. Horum omnium mihi nihil
Præceptor ex vatum canebat vocibus,
Verum recumbens hujus ad pectus sacrum
Didici futuros sic Deo charissimos.
Ego ista, Domini pectori cum inniterer,
Cognovi, abysso ex maxima multa hauriens
Quæ sunt sacræ et reconditæ sapientiæ.
Joseph. Sapientis e penu nihil nisi sapiens.
At, tune speras id futurum ut redditum
Terris videri detur? *Theol.* Id spero, Dei,
Quæ lux sequetur, lumen indicaverit,
Hanc unam oportet me manere crastinam. [a Deo
Joseph. At nos quidem illum magnum ut aliquem, et

B Ipso profectum, morte sublatum virum
Et matre mortali editum, atque hinc debitum
Morti, involutum linteo atque unctum, damus
Ipsum sepulcro. Si Deus tanquam, imperet
Morti, ille posthac ut Dei censebitur
Filius, et idem his omnibus qui noverint
Deus colendus unus. At matre editum
Mortali, eumdem consequi luctum addecet
Parvum jacentem, ut qui parente illa satus
Sit, ipsa cui lex mortis olim incumberet.
Nos cum ut amicum quo decuit excepimus
Honore functum. At ut Deus, si quid volet
Post agere, promptum est illi, et instat jam dies :
Prope tertia est lux quæ rei dabit exitum.
Theol. Spero futurum ut libera omnibus dies

Ἀκτῖνα τὴν τριταῖαν ἡλίου φέρειν.
Ἰωσ. Ἴδοιμ', ἴδοιμι γλυκερὸν ἦμαρ τόδε.
Εἴθ', εἴθε, φίλος, θαῦμα τοῦτ' ἴδοιμ' ἐγώ!
Νῦν δ' ἀπίωμεν, Νικόδημ' εὐεργέτα,
Στείχωμεν ἡμεῖς, φίλα τ' ἐξαιτώμεθα
Ὑπέρ τε λαοῦ, καί περ ὄντος ἀγρίου,
Ὑπέρ τε πάτρης, τὸν θεὸν μηδὲν νέον
Δρᾶν, κἂν ἕως πάρεσμεν ἄμφω τῷ βίῳ.
Καὶ σὺ δὲ, φίλη Παρθένε, ξὺν παρθένῳ
Πρὸς ταῦτα ξυνάρηξον ἡμῖν τοῖς φίλοις·
Ναὶ, ναὶ σὺ συνάρηγε καὶ θρηνοῦσά περ,
Δέσποινα, μῆτερ τοῦ διφυοῦς, ὡς λόγος
Τοῦ παρθένου πείθει με μύστου σοῦ Τέκνου.
Θεοτό. Ἄπιθι, καὶ δύναμιν ἄγγελε βροτοῖς,
Σὺν Νικοδήμῳ νυκτέρῳ μύστῃ πάρος,
Τὰ νῦν δὲ σὺν σοὶ παμφανεστάτῳ φίλῳ.
Θεολ. Χαίροντες ἴτε, μήτι που πτοούμενοι.
Ὁ βιαγὸς γὰρ τῆς καλῆς ἡσυχίας,
Καὶ τῆς ἀκραιφνοῦς ἀγάπης καὶ φιλίας,
Τό τε φρονεῖν εὖ, σωφρονεῖν τ' ἐν τῷ βίῳ,
Τηρεῖ τὰ πάνθ', ὡς ἀσάλευτα προσμένειν·
Θεὸς γὰρ οἶδε πάντα, καὶ σοφῶς κρίνει.
Ἰωσ. Σύ τοί με πείθεις, σοῖς τε πιστεύω λόγοις,
Τάξιν τε τηρῶν, εἶμ' ἐλεύθερος φόβου.
Θεολ. Χωρεῖτε, μέλειν πάντα οἷ δοκεῖ φίλων·
Αὐτοί τ' ἐπιγνώσεσθε τοὺς ἐμοὺς λόγους.
Ὑμεῖς δ' ἕπεσθε νῦν, κόραι, σὺν μητρί μου
Ἕπεσθε, Χριστῷ καρδίαις ὡπλισμέναι,
Πτοούμεναί τι μηδέν, ἀλλ' ἕπεσθέ μοι.
Δείξω γὰρ οἶκον ἔνθα νυχεῦσαι δέον.

Radios solis tertio orientis allaturos fore.
Joseph. Videamus, videamus hanc gratissimam diem.
Utinam, amice, utinam ego istud miraculum intuear!
Nunc autem, Nicodeme, optime operis adjutor, abeamus,
Secedamus, et amica deprecemur
Pro isto populo, licet animis efferato,
Pro patria, ut nihil novi Deus
Perficiat, saltem donec ambo superstites erimus.
Et tu, dilecta Virgo, cum virgine (discipulo)
Ad hæc auxiliare nobis, qui vos amore prosequimur.
Age, age, auxiliare, licet gemebunda,
Domina, mater Hominis-Dei, quemadmodum sermo
Virginis, discipuli tui Filii, mihi suadet.
Deip. Ito, et hominibus miram annuntia potentiam
Cum Nicodemo antea nocturno discipulo,
Nunc autem, tecum, manifestissimo amico.
Theol. Ite alacres, nihilque reformidetis.
Nostræ enim vitæ moderator, qui optimam tranquillitatem
Largitur, et sinceram charitatem et dilectionem,
Et sapere recte, et continentes esse in vita,
Ita conservat omnia, ut immota permaneant;
Deus enim omnia novit, et sapienter judicat.
Joseph. Tu quidem mihi rem persuades, et tuis credo verbis,
Ordinemque servans, abeo liber a metu.
Theol. Ite, res amicorum quo videntur curandæ;
Ipsi meos sermones veros esse cognoscetis.
Sequimini vos etiam, puellæ, cum matre mea,
Sequimini, Christo, tanquam lorica, animos indutæ,
Et impavidæ meis insistite gressibus:
1312-1313 1810 Ostendam enim vobis domum, qua pernoctare oportet.

1799 *Καὶ τῆς.* Editi καὶ τοῖς.
1803 *Σὺ τοί με πείθεις.* Ita *Rhes.* Paris Hectori respondet vers. 663, etc.
1810 *Δείξω γὰρ οἶκον*, etc. Sic *Rhes.* vers. 519 Hector Rheso locum designat, in quo pernoctaturus sit ipsius exercitus.

METRICA VERSIO.

Tertia, nitentis proferat solis jubar.
Joseph. Videam diem istam, cupio, jucundissimam,
Videam utinam, utinam amicus ego miraculum!
Nunc, Nicodeme, adjutor operis optime,
Abeamus hinc propere, et huic populo, licet
Sævo impioque, patriæque ipsi optime
Precemur, aliquid ne Deus struat novi,
Dumque saltem dum trahit suæ diem
Vitæ moramque. Cum juvene castissimo,
Tu, chara Virgo, nos amicos adjuva,
Confecta luctu sis licet, domina tamen
Et mater ejus cui datum unam atque alteram
Habere naturam, ut tui olim Filii
Discipulus ipse mihi suadet, adjuva.
Deip. Ito, comitatus Nicodemo, qui antea
Discipulus illi nocte visus, omnium
Nunc quotquot exstant, in fide notissimus
Tecum probatur: ito jam, atque enuntia
Miram omnibus mortalibus potentiam.
Theol. Læti ite, nec vos aliquis invadat pavor.
Nam vitæ honestæ nec metu ullo turbidæ,
Et charitatis integræ, et placidissimæ
Concordiæ, et sapientiæ, et modestiæ
Dux, cuncta servat, concuti ut nullo modo
Frangique possint; omnia ut novit Deus,
Sapienter idem semper omnia judicat.
Joseph. Mihi persuades, et tuis dictis fidem
Habeo, metu jam liberor servans modum.
Theol. Ite, ut videtur, res amicorum interim
Curatum; at ipsa re, mea experiemini
Jam verba. Sed vos, o puellæ, cum mea
Matre sequimini et in Christo animo hilari excitæ,
Et pectus armatæ, nihil pavescite.
Quin me sequimini, hic indicavero domum,

Οὐκοῦν ὁ δ' ἐνδέξιος οἶκος ἐνθάδε.
Τὰ νῦν καταυλίσθητε· καὶ γὰρ εὐφρόνης
Οὐ βραχὺ παρῴχηκεν, ὡς ὁρῶ, μέρος,
Ἥδη δ' ἕως πάρεστιν, ἐκρέει κνέφας.
1815 *Θεοτό.* Ἰώ μοι, Ἰώ!
Ψυχῆς μελούσης, καρδίας παχνουμένης,
Ὕπνος βλεφάροις τοῖς ἐμοῖς πῶς ἐμπέσοι:
Οἵ μοι! Τέκνον μου, σῆς σφαγῆς πανταδίκου!
Ὦ μοι ταλαίνης δραμάτων ἀντιστρόφων!
1820 Οὐ γὰρ συνῳδὰ ταῦτα τοῖς ἠλπισμένοις,
Κἂν συνᾴδωσι τοῖς προηγορευμένοις.
Ἔτλην μεγίστας συμφορὰς καὶ πρὶν, Τέκνον,
Ἀρχῆς ἀπ' ἄκρης σῶν ξένων γενεθλίων·

A Ἀλλ' εἶπες' εὐθὺς συμφοραῖς θυμηδία,
1825 Σοῦ συμπαρόντος, καὶ λύοντος ἀνίας.
Νῦν δ' ἀπέρτατον ἄλγος, οἵ μοι! πῶς φέρω;
Τί γοῦν, τί δράσω, φεῦ! παθοῦσ' ἀμήχανα;
Θέλξει δ' ἕδραν ὄμματος ὕπνος πῶς ἄρα;
Ημι. Ἄμμες μὲν, ὦ δέσποινα, χαμαιστρωτίαι
1830 Ἀνεκλίθημεν, σώμασι παρειμέναι,
Νέαι, παλαιαὶ, παρθένοι τ' ἔτ' ἄζυγες,
Ἄλλαι πρὸς ἄλλων νῶτ' ἐρείσασαι κάρας,
Αἱ δ' ἐν παρειαῖς ὑποβαλοῦσαι χέρας,
Καὶ βαιὸν ἡρπάσαμεν ὕπνου βραχύ τι.
1835 Σὺ δ' οὐχ ὕπνωσας, οὐδ' ἀνέπαυσας δέμας,
Παννύχιον στένουσα κ' ὠδυνωμένη·

Ad dexteram sita est in proximo domus illa:
Huc nunc divertite; noctis enim
Pars maxima, ut videtur, præteriit,
Jamque illucescit aurora, diffluuntque tenebræ.
1815 *Deip.* Ehei mihi! ehei!
Dum curis mens agitatur, premiturque animus,
Quomodo somnus palpebris meis illaberetur?
Ehei mihi! o Fili mi, quam iniqua fuit cædes tua!
Heu! quam misera nunc sum, rebus in contrarium versis!
1820 Neque enim hæc iis consentiunt, quæ sperabam,
Etiamsi conveniant cum iis quæ prædicta fuerunt.
Maximas perpessa sum calamitates, et antea, Fili,
Ab ipsismet incunabulis tui ortus inauditi:
Verum lætitia calamitates statim subsequebatur,
1825 Cum adesses, et mœrorem dilueres.
Sed nunc intolerabilis dolor, eheu! quomodo sustineam?
Quid autem agam, eheu! cum intoleranda patiar?
Quomodo sedem oculorum demulcebit somnus?
Semi. Nos equidem, o domina, humi stratæ
1830 Recubuimus, corporibus solutæ,
Juvenes, senes, virginesque adhuc innuptæ.
Aliæ ad aliarum terga fulcientes capita,
Aliæ manus genis submittentes,
Exiguum aliquid somni saltem arripuimus.
1835 Tu vero neque dormiisti, neque ullam corpori requiem præbuisti,
Tota nocte ingemiscens, et mœrore oppressa:

1812 *Τὰ νῦν καταυλίσθητε*, etc. Sic ibid. Hector vers. 518:

Νῦν μὲν καταυλίσθητε· καὶ γὰρ εὐφρόνη.
Nunc quidem capite locum castris; nox enim jam est.

1819 *Ταλαίνη.* Legit Combefisius ταλαίνα.

1820 *Οὐ γὰρ συνῳδά*, etc. Ita supra vers. 449 et 867.

1825 *Ἀρχῆς ἀπ' ἄκρης.* Ita supra vers. 912 et 1556.

1827 *Παθοῦσ' ἀμήχανα. Quæ nec ullo consilio, nec ulla arte levari possunt.*

1828 *Ἕδραν ὄμματος*, etc. *Sedem oculorum*, etc., imo ipsos oculos, vel palpebras quibus insidere somnus dicitur, ut infra vers. 1847.

1831 *Παρθένοι τ' ἔτ' ἄζυγες.* Male distinguit Roill. *Virginesque et innuptæ simul:* ut interpres Eurip. ex quo ista desumpta sunt *Bacch.* vers. 682, 685, et 695, ubi nuntius sic habet:

Εὗδον δὲ πᾶσαι σώμασι παρειμέναι·
Αἱ μὲν πρὸς ἐλάτης νῶτ' ἐρείσασαι φόβην...
Νέαι, παλαιαὶ, παρθένοι τε κ' ἄζυγες.
Dormiebant vero omnes corporibus solutæ;
Aliæ quidem inclinantes tergum ad frondes abietis..
Juvenes, anus, virgines et innuptæ.

METRICA VERSIO.

Qua tota nobis transigatur nox: manum
Ad dexteram illa in proximo hic sita est domus.
Divertite huc jam; nam ut video pars maxima
Præterita noctis, ipsaque aurora emicans,
Tenebris fugatis, aurea luce appetit.
Deip. Eheu mihi! eheu!
Exulcerata anima mea et tot anxia
Curis, dolore turbidum pectus gerens
Captare somnum qui queam? aut quonam modo
Influat in oculos luctibus tantis graves?
Heu! dira, Fili, atroxque tua mactatio!
Quam misera nunc sum, præter optata, omnia
Cui contigere! nam licet consentiant
His quæ prophetis ante dicta sunt, tamen
Fallunt eam spem quam prius conceperam.
Acerba, Nate, passa sum et gravia prius
Jam luce ab illa qua dies mirus tui

B Natalis illuxit. Sed hæc dura omnia
Lætitia subita consequebatur, meas
Dum præsto curas et dolores solveres.
At nunc dolorem tam gravem qui perferam?
Quid igitur hinc jam moliar? vah! quæ incidi
In perferenda quæ levari non queant
Vel consulendo vel juvando! et nunc meas
Somnus aliquis tandem genas demulceat?
Semi. Nos certe, o domina, nos humi stratæ, senes,
Juvenesque, virginesque, et innuptæ simul
Membris relaxatis reclinatæ, caput
Aliæ aliarum fulcientes corpore,
Aliæque nixis dexteram in suam genis,
Somni aliquid ad tempus aliquod percepimus.
Te nulla contra cepit afflictam quies,
Nullusque somnus membra laxavit tua.
Quin nocte tota triste longumque ingemens,

Πάσῃ γὰρ ὅμμ' ἄγρυπνον εὐφρόνῃ στρέφεις,
Ἕως τίνος μείνῃς δὲ προσκαθημένη
Ὕπνος, ὅμμα μηδ' ὅλως μύουσά σου;
1840 Ἠώς, ἰδού, πέφηνε, καὶ λεωφόρον
Περιτρέχουσι δῆμος ἄνω καὶ κάτω·
Γῆς τ' ἀναδραμὼν ἥλιος φαεσφόρος,
Ἀκτῖνας ἐξίησι θερμαίνων χθόνα.
Θεστό. Υἱὸν τεθνέντα νεκρὸν ἰδοῦσ' ἐν τάφῳ,
1845 Οὐ δεῖ με θρηνεῖν, καὶ στένειν, καὶ δακρύειν,
Ἕως ἴδωμι ζῶντα πάλιν ἐκ τάφου;
Ὕπνος δ' ἄρα μου πῶς βλεφάροις ἐμπέσοι;
Ἡμι. Κἀγὼ μελούσῃ καρδίᾳ λήγουσ' ὕπνου
Κεῖμαι, πεδοστιβής γε, χαμαιστρωτία,

A 1850 Κοὔτ' ἔθρισ', οὔτ' ἐκοίμησα, σφοδρῶν γόων
Σῶν, Παρθένε, κλύουσα καὶ στεναγμάτων.
Θεστό. Ἔγρεσθ', ἔγρεσθε, τί, γυναῖκες, μέλλετε,
Ἔξιτ', ἄπιτε βαιὸν ὡς πρὸς τὴν πόλιν,
Ὅσον προβαίνειν ἐντολὴ δίδωσί που·
1855 Ἴσως τι μαθήσεσθε καὶ νεώτερον.
Πολλοὶ γὰρ ὑμᾶς ἀγνοοῦσι, κοὐ δέος.
Χορ. Καὶ μὴν ὀπαδῶν εἰσορᾷν τινα δοκῶ,
Σπουδῇ σκυθρωπὸν ἐνθάδ' ἐφορμημένον,
Δοκεῖ δὲ καινῶν ἄγγελος μηνυμάτων.
1860 Ἄγγ. Πῇ νῦν μολὼν εὕροιμ' Ἰησοῦ μητέρα;
Εἶπατέ μοι, γυναῖκες, εἴπερ ἔστε, μοὶ
Σημήνατ' ἄρα· τῶνδε δωμάτων ἔσω;

Tota enim nocte oculum vigilem circumagis.
At usquequo permanebis assidens,
Insomnis, nullatenus tuos claudens oculos?
1840 Ecce illuxit aurora et viam publicam terens
Sursum ac deorsum concurrit populus;
Et terram ambiens sol lucem afferens
Suos emittit radios, humum calefaciens.
Deip. Filium meum exanimem in sepulcro positum videns,
1845 Nonne debeo lugere, ingemiscere et lacrymari,
1314-1315 Donec eum a monumento redivivum aspiciam?
Quomodo sopor palpebris meis illaberetur?
Semi. Et ego sollicito animo desinens a somno
Jaceo, humi strata, solo adhærens,
1850 Nec dormitavi, nec dormivi, tuos luctus
Acerbos et gemitus audiens, o Virgo.
Deip. Surgite, surgite, quid moramini, mulieres?
Exite, pergite paululum versus urbem,
Quatenus lex procedere permittit:
1855 Fortassis et aliquid novi ediscetis.
Cum enim plerique vos nesciant, nihil metuendum.
Chor. Et certe unum e comitibus cernere mihi videor
Tristem ac festino gressu huc properantem;
Videtur autem novæ rei nuntius.
1860 *Nunt.* Quo nunc vadens Jesu matrem videbo?
Dicite mihi, mulieres, si quidem nostis, mihi
Indicate jamjam; nonne in istis ædibus?

1847 Ὕπνος δ' ἄρα, etc. Ita supra vers. 1828.

1848 *Κἀγὼ μελούσῃ*, etc. Ita fere auriga Rhes. vers 770 Thracii exercitus stragem annuntiat.

1849 *Πεδοστιβής.* Male edit. παιδοστιβής.

1850 *Κοὔτ' ἔθρισ', οὔτ' ἐκοίμησα.* Roill. vertit: *Nullus sopor cibo gravatæ obrepsit.* Non recte, quippe oculi ejus mœrore potius quam cibo gravabantur. Non male tamen redderes: *Nec somni, nec cibi quidquam cepi*, quod in graviori luctu accidit. Ita fere chorus *Rhes.* vers. 821, etc.:

Ἐπεὶ ἄγρυπνον ὅμμ' ἐν εὐφρόνῃ
Οὔτ' ἐκοίμισ', οὔτ' ἔθριξεν.
Quia vigilans oculus in hac nocte
Neque sopitus est, neque connixit.

1857 *Καὶ μὴν ἑπαδῶν*, etc. Ita *Hipp.* vers. 1154, etc., semichorus.

1860 *Πῇ νῦν μολὼν*, etc. Ita fere ibid. vers. 1154 etc., nuntius scisciatur ubi Theseum possit invenire.

METRICA VERSIO.

Dolensque vigiles huc et huc oculos agens,
Sed sti: at usquequo misera tandem assidens
Expersque somni, nilque connivens tuis
Oculis manebis? Ecce jam emicat aurea
Aurora, populus publicam viam terens
Sursum ac deorsum fertur, et terram ambiens
Phœbus, suaque luce lustrans, exserit
Jubar, colorem rebus infundens suum.
Deip. Natum in sepulcro mortuum cernens meum,
Quin in dolores, lacrymas, suspiria
Gravesque luctus debeam prorumpere,
Donec sepulcri mole fracta appareat
Victor resurgens? somnus autem qui mihi
Tot inter anxios metus irreperet?
Semi. Etiam ego pectore anxio, somno carens,
Humique fusa jaceo servili in toro
Graminco et herbido; sopor nullus tamen

B Cibo gravatæ obrepsit, o Virgo, neque
Dormivi, ut aures ad meas luctus tui
Volant frequentes, planctibusque verberant.
Deip. Jam surgite, o vos, surgite, inquam, feminæ,
Unde mora tanta? exite, abite qua via
Tenditur ad urbem, quam licet procedere:
Forte aliquid excipietis insolentius.
Vos vulgus ipsum nesciet, proin nihil
Est quod metus vos habeat hac in re anxias
Chor. At, at videre videor ex sectantium
Quemdam catervæ, tetrico vultu, et gradu
Celeri citoque huc se ferentem: nuntius,
Quantum videtur, is novæ rei advenit.
Nunt. Quo jam ibo? qua insistam via, ut charissimæ
Inveniam Jesu matrem? at, o vos feminæ,
Si modo potestis scire, dicite, et mihi
Jamjam indicate; nonne in istis ædibus?

Ημ. Ἴδ', αὐτὸς ἀθρεῖς, δωμάτων ἐντὸς μένει.
Ἄγγ. Δέσποινα μῆτερ Μυσταγωγοῦ μοι φίλου,
Καὶ νῦν μεριμνῆς ἄξιον φέρω λόγον,
Σοὶ, καὶ μαθηταῖς, καὶ γυναιξὶ σαῖς φίλαις.
Θεοτό. Εἰς καιρὸν ἥκεις, καί περ ἀγγέλλων φόβον.
Τί δ' ἔστι; μῶν τις συμφορὰ νεωτέρα;
Ἄγγ. Πολλὴ φάλαγξ ἔνοπλος εἰς τάφον μολεῖ,
Τίνος δ' ἕκητι, συμβαλεῖν σάφ' οὐκ ἔχω.
Ἥκω δ' ἀκούσας οὐ τορῶς· φήμη δέ τις
Λαοῖσιν ἐμπέπτωκεν, ὡς κατάσκοποι
Ἥκουσι τάφου· χ' ὁ μὲν οὐκ ἰδὼν, λέγει·
Ὁ δ' εἰσιδὼν μολοῦντας, οὐκ ἔχει λέγειν·
Τὸ δ' εἰδέναι λέγων τι, φράζειν οὐ θέλει.

Α Πλὴν εἴς τις εἶπε γραμματεὺς προσιέναι,
Καὶ ταῦτα πεῖσαι κοίρανον τῆσδε χθονὸς,
Πέμψαι φύλακας, καὶ σφραγίσαι τὸν τάφον,
Ὡς μὴ τάχα κλέψωσι μύσται τὸν νέκυν·
Ἥν οὕνεκ' ἦλθον πρὸς σὲ ταῦτ' ἀπαγγελῶν
Θεοτό. Ὦ ῥάπτα κακῶν τῶν ἀφερτάτων ἐμοὶ,
Γραμματέων ὅμιλε καὶ πρεσβυτέρων!
Ὦ τῆς φονώσης ἐργάτα τολμηρίας!
Ὦ δραματουργὲ τοῦ φόνου τοῦ Δεσπότου!
Ὡς συνιεὶς μὲν οἷα τολμᾷς ἀφρόνως,
Δέξῃ βέλος δριμύ τι κατὰ καρδίαν,
Πάνδεινον ἀλγῶν ἄλγος. Ἢν δ' ἄρ' εἰς τέλος
Ἐν τοῖσδε μένῃς, οἷς τὰ νῦν κακῶς μένεις,

Sem. Ipse cernis, ipsa est intus domi.
Nunt. Domina parens Magistri a me plurimum dilecti,
Et nunc affero sermonem, qui te merito anxiam curaque
Sollicitam habeat, et discipulos, tuasque charissimas mulieres.
Deip. Opportune venisti, quamquam terrorem denuntians.
Quid autem? an aliqua nova calamitas ingruit?
Nunt. Numerosa cohors armata ad tumulum pergit,
Qua vero de causa, facile conjicere nequeo.
Venio autem audita re non perspicue: rumor autem
Populum pervasit, quod exploratores
Tumuli veniunt; et qui quidem non vidit, hæc dicit;
Qui vero venientem vidit, id non potest loqui;
Et qui se scire ait aliquid, non vult dicere.
Unus tamen dixit scribas accessisse,
Idque hujusce regionis præsidi persuasisse,
Ut custodes mitteret, et monumento sigillum apponeret,
Ne forte mortuum furarentur discipuli;
1316-1317 Quam ob rem ad te veni nuntiaturus.
Deip. O sarcinator malorum mihi intolerandorum,
Scribarum et seniorum cœtus!
O audaciæ cades perpetrantis opifex!
O machinator necis Domini!
Quale, cum noveris quantum nefas insane patraveris,
Acutum telum in corde excipies,
Vehementi confectus dolore! si vero usque ad finem
In his permaneas, in quibus nunc male insistis,

1865 *Δωμάτων ἐντὸς μένει.* Ita ibid. chorus nuntio respondet vers. 1156:
Ὅδ' αὐτὸς ἔξω δωμάτων πορεύεται.
Ille ipse egreditur ex ædibus.
1865 *Καὶ νῦν μεριμνῆς* etc. Ita supra vers. 641, et *Hippol.* vers. 1157, nuntius Thesco filii sui obitum refert.
1867 *Εἰς καιρόν*, etc. Ita fere *Rhes.* vers. 52 Hector choro respondet.
1871 *Ἥκω δ' ἀκούσας*, etc. Sic ibid. vers. 656, etc., Paris Minervam alloquitur:
Ἥκω δ' ἀκούσας οὐ τορῶς· φήμη δέ τις
Φύλαξιν ἐμπέπτωκεν, ὡς κατάσκοποι
Ἥκουσ' Ἀχαιῶν· χὠ μὲν οὐκ εἰδὼς λέγει,
Ὁ δ' εἰσιδὼν μολόντας, οὐκ ἔχει φράσαι.
Venio autem audita re non perspicue; rumor enim [quid..in
Custodes pervasit quod exploratores hæc
Venerint Græcorum: et qui quidem eos non vidit, [hoc dicit,
Qui vero venientes vidit, non potest dicere.
1880 Ἥν οὕνεκ' ἦλθον, etc. Sic *Rhes.* vers. 660 Paris ait hac de causa ad tentorium Hectoris se contulisse.

METRICA VERSIO.

Sem. Ut ipse cernis, ipsa ea est intus domi.
Nunt. Doctoris o mei parens charissimi,
Et domina, cura nunc tibi et tuo hinc gregi
Apporto dignum, et providendum nuntium.
Deip. Metuenda quamvis nunties, bene advenis.
Quid autem? an aliqua calamitas nova ingruit?
Nunt. Armata prodit ad sepulcrum maxima
Phalanx virorum; cujus autem gratia,
Non conjicere plane queo: advenio tamen
Non ipse certe nuntius rei auribus
Perceptæ, at ejus, fama quam in vulgus serit,
Adesse jamjam qui ad sepulcrum Filii
Custodientes excubent: unus quidem
Id dicit, ut non viderit tamen; alius
Qui vidit illuc recta euntes, ne id quidem
Dicere potest. at rursus ille qui asserit
Se scire, non vult quod scit eloqui: unus est

Β Tantum istud addens, Pontii scribas domum
Petisse, et illum quem penes jus est loci
Istius, eo impulisse, quo obsignans suo
Signo sepulcrum, illius et custodiam
Decerneret, ne discipuli ea forsitan
Cadaver aliquo nocte elaneulum efferant.
Hoc propter hujus nuntius veni tibi.
Deip. O mihi malorum non ferendorum omniam,
Consultor audax, turba scribarum et senum
Letalis auctor perditæque audaciæ,
Cædisque Domini dire confector! gravi
Ictus dolore, quam subibis pectore
Tunc telum acutum, cum scies quantum nefas
Patraris. At si pergis hæc, quo tu pede
Cœpisti, eodem prava quæ nunc sunt sequi,
Ut stulta tibi mens plane et aversa, integra
Tibi sinistre judicabis omnia:

Οὐκ εὐπραγῶς δόξεις γε μὴ κακῶς ἔχειν,
ἐξ ἀφροσύνης καὶ κακῆς ἀβουλίας·
Γνοίης δ' ὅμως ἔπειθ', ὅτ' οὐ κέρδος τί σοι.
Πῶς γὰρ ἔσονται νεκροφῶρες, οἱ μόγις
Μιαιφόνους σφῶν χεῖρας ἐκπεφευγότες;
Προσεγγίσαι πείσει δὲ τίς σφᾶς τῷ τάφῳ,
Οὕτω τρέσαντας καὶ λίαν πεφρικότας;
Ἀπιθ', ἄπιθι, καὶ φύλασσε τὸν τάφον.
Ναὶ, ναὶ, φάλαγξ, ἄπιθι, κἀσφαλῶς βλέπε.
Μάρτυς γὰρ ἴσως τῆς ἐγέρσεως ἔσῃ.
Ημι. Ἄμμες δὲ, φίλαι, τῇδε μίμνωμεν πάλιν.
Ναὶ, ναὶ μένωμεν ἡσύχως ἐν οἰκίᾳ,
Μηδ' ἀπίωμεν ἐς τάφον τοῦ Δεσπότου,
Ἀλλ' ἰέναι μείνωμεν εὐφρόνης κνέφας.
Θεστό. Καὶ μὴν ἰδοὺ, πρόεισιν ὄρφνης τὸ κνέφας.

Non male agere tibi infeliciter videberis,
Propter tuam amentiam et consilii pravitatem :
Cognosces tamen subinde, nihil utilitatis tibi fore.
Quomodo enim mortui furatores erunt ii, qui vix
Cruentas eorum manus effugerint?
Quis iis suadebit ut ad tumulum accedant,
Iis, quos tam vividus pavor, horrorque concutit?
Abi, abi, monumentum custodi.
Age, age cohors, abi, et tuto inspice.
Testis enim forsan eris ejus resurrectionis.
Semi. Nos autem, dilectæ, eo loci iterum consistamus;
Etiam, etiam secure domi remaneamus,
Neque ad Domini sepulcrum abeamus,
Sed exspectemus donec veniat noctis diluculum.
Deip. Et quidem ecce procedit noctis diluculum.
Quod superest, tranquille discamus ex custodibus.
Quomodo autem aliquis noctu hostium exercitum
Pervadens, et absque periculo accedens, Filium meum unguentis perfundet?
Debuisset tamen ad monumentum accedere, tanquam explorator,
Aliquis pervigil ex discipulis Domini :
Certe, certe expedit aliquem ire propere;
Et si nullum esse dolum occultum noverit,
Mane abeamus ad tumulum, qui vitam includit,
Ut, juxta morem, mortui corpus condiamus.
Ibimus, hæc est mea opinio.
Sin autem aliquam hostium machinationem audiamus,
Dici valde lucidæ radios
Quiete exspectabimus; neque nunc opus est ungere
Lucentem : neque enim sub terræ nigra caligine
Verbi corpus ulla invadet corruptio :

Α Λοιπὸν μάθωμεν ἡσύχως ἐκ φυλάκων.
Πῶς γὰρ τις ὄρφνῃ δυσμενῶν ἀνὰ στρατὸν
Ἐλθών, μυρίσει τόνδ' ἀκινδύνως μολών;
Κατάσκοπον δὲ πρὸς τάφον μολεῖν ἔδει
Τίν' ἐξ ὀπαδῶν ἄγρυπνον Διδασκάλου·
Ναὶ, ναὶ προσήκει τόνδ' ἀπιέναι τάχει·
Κἂν μέν τινα κρυφαῖον οὐ γνοίη δόλον,
Βῶμεν πρὸς ὄρθρον τύμβον ἐς ζωηφόρον,
Δέμας νέκυος τοῦ μυρίσαι κατ' ἔθος.
Ἐλευσόμεθα, τήνδ' ἔχω γνώμην ἐγώ.
Ἦν δ' αὖ τιν' ἐχθρῶν μηχανὴν πυθώμεθα,
Τῆς καλλιφεγγοῦς ἡμέρας τὴν ἀκτῖνα
Σιγῇ μενοῦμεν, οὐδὲ χρεία μυρίσαι
Τὸν κείμενον νῦν· οὐ γὰρ ὑπὸ γῆς ζόφον
Φθορὰ κατασκήψει τις εἰς δέμας Λόγου.

1891 *Κέρδος τί σοι*, etc. Edit. nonnulli *κέρδες*.

1905 *Ὄρφνης τὸ κνέφας. Noctis diluculum*, seu ultima pars noctis, crepusculum. Non enim *tenebras noctis altæ*, ut male reddit Roillet, sed *auroram* exspectabant mulieres, ut se ad sepulcrum conferrent.

1907 *Κατάσκοπον*, etc. Sic. edit. Wechel. Parisiensis autem κατὰ σκότον.

METRICA VERSIO.

Sed ipse tandem postea damno tuo
Nil inde fructus esse senties tibi.
Nam quomodo furto cadaver efferant
Hi qui cruentas vix manus effugerint?
Aut quis propius hos ad sepulcrum accedere
Impellet, horror quos trepidus habet et pavor?
Abi jam, abi tu, et quam voles, phalanx, sede
Custos sepulcri : abi jam et illi prospice
Tuto, futurus testis ejus forsitan
Molem sepulcri qui resurgens dissipet.
Semi. At nos moremur interim hic, charissimæ,
Moremur hic, inquam, quiete, nec domo
Pedem efferamus; ad sepulcrum progredi
Tantum in tenebris noctis altæ juverit.
Deip. Caligo certe subita noctis labitur
Quod restat id discamus a custodibus.
Nam quomodo aliquis nocte tam obscura hostium

Β Per arma penetrans progredi tuto queat,
Unguento amica ut corpus imbuat manu?
Quin ad sepulcrum aliquem grege ex sectantium
Quondam Magistrum, diligentem ire expedit,
Qui cuncta recte exploret; et certe expedit
Hunc ire propere, qui subesse si dolum
Non norit aliquem, mane nos summo ocius
Petamus urnam vita qua concluditur,
Ut condiamus more solito aromate
Corpus sepulti. Eamus : hæc sententia
Mea est. At hic nos si dolum deprehendimus
Aliquem hostium, clarissimum lucis jubar
Nos clanculum exspectabimus; nam nec jacens
Etiam opus unguento ullo habet, corruptio
Cum nulla terræ sub nigræ caligine
Verbi in cadaver ingruet : nec qui vorat

Οὔτ' οὖν καθέξει ψυχὴν ᾅδης παμφάγος
Ἐκὼν γὰρ ἔτλη πότμον, οὐκ ὄφλημ' ἔχων
Ἵνα καθειρχθῇ κατ' ὀφειλὴν εἰς ζόφον.
Ἐξ ἀφθίτου γὰρ ἄφθιτον πεφυκότα
Πῶς νῦν φθερεῖ ταμίας ᾅδης νερτέρων.
Ὃν καὶ λάφυρ' ἐκεῖθεν ἑλκύσαι δοκῶ,
Ὅσους βροτῶν καθεῖρξεν, οὓς ξυνήρπασεν,
Κἄδδησεν ἐν δεσμοῖσι παγχόφου στέγης.
Ημ. Ὀρθῶς μολεῖν χρὴ πρῶτον εἰς κατασκοπήν·
Ἥμῳ' ὡς τάχιστα· νῦν γὰρ ἀσφαλῶς λέγεις
Σὺν σοὶ δέ μ' ὄψει καρτεροῦσαν, ὡς θέλεις.
Θεοτ. Τίς δῆτα φίλων, αἳ πάρεισιν ἐνθάδε,

A Θέλει κατόπτις ἔννυχος τύμβῳ μολεῖν;
Τίς ἂν γένοιτο νῦν ἐμὸς δ' εὐεργέτης;
Μύσται γὰρ οὐ πάρεισι τοῦ Διδασκάλου,
Φεύγοντες ὁρμὴν ἄλογον μαινόμων.
Οὐ γὰρ ἴσως πνέουσι θυμοῦ καθ' ὅλων·
Περιφρονοῦσι καὶ γὰρ ἡμῶν τοῦ γένους,
Μύστας δὲ διώκουσιν ἀλόγῳ θράσει.
Magd. Ἐγὼ πρὸς ὑμῶν τόνδε κίνδυνον θέλω
Ῥῦσασα, κατόπτις τοροῦ θείου μολεῖν.
Ἅπαντ' ἐκεῖθεν ἐκμαθοῦσα δ' ὡς ἔχει,
Ἥξω πρὸς ὑμᾶς πρὶν φάος μολεῖν χθόνα·
Ἥξω δὲ θᾶττον, τόνδ' ὑφίσταμαι πόνον,

1318-1319 Neque ipsius animam omnivorus cohibebit infernus :
Libens enim mortem subiit, nullum habens delictum,
Ut mors ipsa ex merito in tenebras recondatur.
Ex immortali enim immortalem natum
Quomodo nunc corrumpet mors inferorum dominatrix,
Quem exinde, veluti spolia, educturum fore puto,
Quotquot hominum inclusit, quos rapuerat,
Et vinculis domus valde tenebrosæ constrinxerat?
Semi. Prudenter primum ad rei explorationem oportet ire :
Mitte quam celerrime : recte enim sentis.
Tecum vero videbis me tolerantem, ut vis.
Deip. Quænam igitur dilectarum, quæ hic astant,
Vult exploratrix noctu ad tumulum ire?
Quis istud mihi beneficium rependet?
Neque enim adsunt Domini discipuli,
Qui insanam carnificum rabiem effugerunt.
Ili vero non eumdem erga omnes spirant furorem ;
Aspernantur quippe nostrum sexum,
Sed insana discipulos audacia persequuntur.
Magd. Ego a vobis hoc periculum removens,
Ire volo tumuli divini speculatrix.
Cum autem omnia, qualia sint, edidicero,
Ad vos redibo, prinsquam lumen redeat supra terram :
Veniam cito, hunc subeo laborem,

1927 *Ὀρθῶς μολεῖν χρή*, etc. Combefisius ita interpungit : ὀρθῶς· μολεῖν χρή, etc., ac vertit : *Recte : eundum prius ad explorandum*, quod est approbatio verbi quod dixerat Maria, non modi præscriptio, ut Roill. reddit. Sic Eurip. *Bacch.* vers. 856 Penthens ait :

Ὀρθῶς μολεῖν χρὴ πρῶτον εἰς κατασκοπήν.
Prudenter primum ad rei explorationem oportet ire.

1928 *Ἥμῳ' ὡς τάχιστα*, etc. Ita fere *Rhes.* vers. 147, etc., Æneas Hectori consulit ipsismet verbis, ut aliquem Græcorum castra exploraturum mittat.

1930 *Τίς δῆτα φίλων*, etc. Sic. ibid. vers. 149, etc., Hector Trojanos hortatur, ut quis exploratoris munus audeat subire :

Τίς δῆτα Τρώων, οἳ πάρεισιν ἐν λόγῳ
Θέλει κατόπτης ναῦς ἐπ' Ἀργείων μολεῖν;

Quisnam igitur Trojanorum, qui adsunt in isto consilio,
Vult explorator ad naves Græcorum ire?

1938 *Ἐγὼ πρὸς*, etc. Ita fere ibid. vers. 151, etc. Dolon sese offert iisdem verbis :

Ἐγὼ πρὸ γαίας τόνδε κίνδυνον θέλω
Ῥῦσας, κατόπτης ναῦς ἐπ' Ἀργείων μολεῖν,
Καὶ πάντ' Ἀχαιῶν ἐκμαθὼν βουλεύματα,
Ἥξω πὶ τούτοις. Τόνδ' ὑφίσταμαι πόνον.
Ego pro patria hoc periculum volo
Subiens, speculator ad naves Græcorum ire,
Et omnibus Græcorum cognitis consiliis
Redibo huc : hunc laborem in me recipio.

1941 *Ἥξω πρὸς ὑμᾶς πρὶν φάος*, etc. Sic ibid. vers. 225, idem Dolon ipsismet verbis suum exprimit reditum postquam Ulyssem et Diomedem necaverit.

METRICA VERSIO.

Cuncta orcus, animam carceris claudet specu.
Mortem ille passus, nullius sceleris reus.
Est sponte, tenebris ut quod inde est debitum
Coerceatur. Nam satum illo qui nequit
Corrumpi, et illum nescius qui sit quoque
Corruptionis, quomodo umbrarum locus
Corrumpet orcus promus et condus, manu
Victrice quem jam spolia tracturum puto,
Quotquot hominum conclusit et rapuit sibi
Tectique strinxit in nigrantis vinculis?

Semi. Cauta sit oportet omnis exploratio :
Jam mitte quam celerrime, quando mones
Probe : videbis me hic tibi sociam ut jubes.
Deip. Et quæ mearum hic quas video sodalium,

B Onus hoc subibit, noctis ut silentio,
Petens sepulcrum, exploret optime omnia?
Quæ me beneficio hoc sibi devinciet,
Discipuli ut absunt hinc Magistri, qui fuga
Vitant furentem perditorum in se impetum?
Nam non furorem illi æquo in omnes spiritu
Perflant; habentes despicatui genus
Nostrum, feruntur in gregem sectantium
Furore cæco, stulto et audente impetu
Magd. Ego istud a vestro capite periculum,
Parata abire speculer ut tumulum sacrum,
Propulso; jamjam cognito rerum statu
Omni, revisam vos prinsquam redditus
Terris sit almæ lucis illustrans nitor.
Atque adeo citius rediero. Subeo lubens

Ἔκητι πολλῶν, ὧν ἀπηλλάγην, κακῶν.
Κἀντεῦθεν ἴσως εὐκλεέστερον δόμα
1945 Αὐτὸς παράσχῃ νεκρός, οὐ νεκρὸς δ' ἐμοί·
Εὔδειν δοκεῖ δὲ, καὶ μένειν μ' ἔτι κνέφας.
Εὕδωμεν οὖν, εὕδωμεν, οὐ μακρὰν ἕως,
Ἵν' εἴθ' ἴδοιμι τάχιόν γε, Παντάναξ.
Ἀτὰρ πρὸς ὄρθρον ἀπίω ταχυδρόμος·
1950 Ἴσως κἀδελφαῖς συντρεχούσαις ἐντύχω,
Αἳ προσμένειν εἶλοντο, καὶ βλέπειν τάφον·
Πᾶσαι γὰρ ἠπείγοντο συμφώνως ἐμοί,
Ἐννυχίσαι νῦν πρὸς τὸ μυρίσαι νέκυν.
Ἡμ. Ἄπιθ', ἄπιθι νῦν ὁραμοῦσ', ὡς τἰ μά-
[θῃς,
1955 Ἀνδρῶαν εἰσφέρουσα τὴν τολμηρίαν·

Ἄμμες δ' ἐφεψόμεσθα σὺν αὐταῖς κόραις,
Ἄλλαι τε πολλαὶ Γαλιλαίας ὀρεμμάτων.
Πᾶσας γὰρ οἶμαι συνδραμεῖν σοι πρὸς τάφον,
Ἰδεῖν ποθούσας τέρμα τῶν ἠλπισμένων.
1960 Μικρὸν δ' ἀφυπνώσωμεν, ἡὼς οὐκ ἄπο.
Magd. Σφοδρῶς πονεῖν με χρῆν, πονοῦσαν δ' ἄξιον
Μισθὸν προαθρεῖν· παντὶ γὰρ προκείμενον
Ἄθλον πρὸς ἔργον τὴν χάριν τίκτει διπλῆν,
Ἣν πολλὰ πρὶν εἴληφα, καὶ πάλιν λάβω.
1965 *Θεοτ.* Ναὶ, ναὶ, δίκαιον τοῦτο, κοὐκ ἄλλως
[σκοπεῖς,
Σύ τ' εὖ παραινεῖς, καὶ σὺ καιρίως λέγεις.
Λέγεις δὲ μισθὸν καὶ χάριν, ὅσην ἔχεις,
Πρὸ τῶν πόνων λαβοῦσα, καὶ πάλιν λάβοις·

Ob multa, quibus liberata sum dæmonia.
Atque hinc fortasse donum insignius
1945 Ipse mihi præbebit mortuus, quamvis eum non putem mortuum;
Sed mihi videtur dormiendum, exspectandumque adhuc crepusculum.
Dormiamus igitur, dormiamus, longe non abest aurora,
Quam, o rex omnium, utinam ocius videam!
Verum ubi diluxerit, properanter ibo:
1950 Forsan in sorores illuc occurrentes incidam,
Quæ remanere, et tumulum inspicere decreverunt;
Omnes enim animo mihi concordi studebant
Totam noctem traducere in ungendo mortuo.
1320-1321 *Semi.* Abi, abi nunc celeri cursu, ut quid ediscas,
1955 O tu quæ viriles gestas animos.
Subsequemur autem nos cum hisce puellis,
Aliæque plures e Galilæa ortæ.
Existimo enim cunctas ad tumulum tecum concursuras esse,
Expetentes spei nostræ exitum cernere.
1960 Obdormiscamus paululum: haud procul aurora.
Magd. Vehementer me laborare oportet, et laborantem decet
Mercedem intueri: cuilibet enim propositum
Operi præmium geminam parit gratiam,
Quam sæpe antea percepi, et iterum percipiam.
1965 *Deip.* Sane et id æquum est, nec aliter videbis,
Tu vero bene admones, et opportune loqueris.
Loqueris de mercede, et gratia, quantam obtinuisti,
Etiam priusquam laborares, et quam iterum accipies·

1945 Ἔκητι πολλῶν, ὧν, etc. *Septem*, nempe, *dæmonia quæ Christus ex ea expulerat*, Marc. xvi, 9. Edit. ᾧ.

1961 Σφοδρῶς πονεῖν, etc. Ita fere *Rhes.* vers. 161, etc., Dolon Hectorem alloquitur:
Οὐκοῦν πονεῖν με χρή, πονοῦντα δ' ἄξιον
Μισθὸν φέρεσθαι· παντὶ γὰρ προσκείμενον
Κέρδος πρὸς ἔργῳ, τὴν χάριν τίκτει διπλῆν.
Ideo me laborare convenit, sed laborantem decet
Mercedem auferre; additum enim omni
Negotio lucrum, voluptatem parit duplicem.

1965 Ναὶ, ναὶ, δίκαιον, etc. Ibid. vers. 164 respondet Hector:
Ναὶ, ναὶ, δίκαια ταῦτα, κοὐκ ἄλλως λέγω.
Sane et hæc æqua sunt, nec aliter contrave dico.

METRICA VERSIO.

Istum laborem, haud immemor eorum omnium
Periculorum, quibus is olim liberam
Me fecit, atque hinc forte et idem mortuus
Me clariore munere exornaverit;
Quin mortuum illum non puto. Verum mihi
Adhuc videtur dormiendum, et paululum
Hic immorandum plena dum nocte omnia.
Jam dormiamus, dormiamus, non abest
Aurora longe, quam, o omnium rex, ocius
Utinam ego videam! Verum ubi diluxerit
Properanter ibo; forsitan etiam incidam
Cursum in sororum, quibus id officium fuit
Prius, ut manerent et sepulcrum cernerent.
Illæ enim in id omnes mente concordi mihi
Tantum studebant, corpus ut sanctum ungerent,
Noctemque totam sic simul traducerent.
Semi. Abi, o virilem quæ mulier audaciam

Æquas, abi jam propere, ut aliquid reseias.
Nos consequemur cum puellarum hoc grege,
Aliæque Galilæa satæ quam plurimæ.
Nam credo, comites quotquot illæ sunt, tui
Cursus futuras ad sepulcrum: ita expetunt
Videre quis sit insitæ spei exitus.
Nunc excitemur paululum, aurora haud procul.
Magd. Labore mihi opus strenuo, quo præmium
Dignum laboris ante cæteros queam
Videre: namque cuilibet quod ponitur
Præmium ad opus, geminam parit sibi gratiam,
Quam sæpe percepi ante, quamque denuo
Percipiam. *Deip.* Et æquum est id quoque, nec un-
[quam secus
Videbis, et probe mones et commode.
Vis autem id, ut quod præmii atque gratiæ
Adepta es ante tuos labores, denuo

Πλὴν οὖν τί μεῖζον τῶνδ' ἀπαιτήσεις γέρας;
Δώσει δ' ὅμως σοι δῶρ', ἃ καλλιστεύεται
Τῶν νῦν ἐν ἀνθρώποισιν, οἶδ' ἐγὼ πολύ,
Μακαρία τ' ἔπειτα κυρήσασ' ἔσῃ.
Magd. Ἰδού, τὸ σόν γε προσκοπουμένη δράμω.
Πρώτη δ' ἴδοιμι τὴν ἀνάστασιν κόρη!
Μισθὸν γὰρ αἰτῶ τῶν πόνων λαβεῖν τόδε.
Ἀθρεῖς γάρ, ἀθρεῖς τὴν ἐμὴν προθυμίαν.
Θεστό. Ὅρα κατ' ὄρφναν μὴ φύλαξιν ἐντύχῃς.
Magd. Φυλάξομαί τι, καὶ πόδ' ἡσύχως βαλῶ.
Ἀλλ' εὐτυχοίην, καὶ τύχοιμι δ' ὧν ἐρᾷς·
Ἐρᾷς δὲ πάντως Υἱὸν ἰδέσθαι τάχει,
Ὅπερ παθοῦσα, βυθοκινδύνως τρέχω.

A *Θεστό.* Βάθ' ὡς τάχιστ', ἐμοὶ δὲ θᾶττον, ὧν ἐρᾷ,
Εὐάγγελος γένοιο, τυχεῖν ὡς ἔχω.
Magd. Εἶκω κελευσθείς', οὔτα γάρ μοι τιμία
Οὐκ ἂν ἁμάρτοις τοῦδέ γ', ἀλλὰ πείθομαι.
Θεστό. Ἐφέρομαι κἀγὼ δὲ σὺν σοί, Μαρία.
Ἀλγῶ γὰρ, ἀλγῶ καὶ μένειν σου κατόπιν.
Οὕτω μέλουσα, πῶς ποτ' οἴσω νῦν τλάμων,
Magd. Καὶ λοιπὸν ἀπίωμεν, ὦ φίλα κόρα·
Σὲ γὰρ ἔχουσα συνοδὸν χαίρω μέγα.
Αἱ δ' ὕπνον οὐ βάλλουσιν ὀμμάτων ἄπο.
Ἔγρεσθ', ἔγρεσθε, γυναῖκες· τί μέλλετε;
Γοργωπὸν ἕδραν τῶν βλεφάρων λύσατε.
Οὐ λεύσσετ' ἐς μήνιδος αἴγλαν παμφαοῦ;

Verum quid hisce melius præmium postulabis?
Dabit tamen tibi dona, quæ maximo in pretio
Sunt apud homines, valde ego novi,
Et beata deinceps eris, eo invento.
Magd. Ecce quod tua interest prospiciens curro.
Prior ex innuptis resurrectionem videam!
Idque, pro mercede laborum, accipere exopto.
Cernis enim, cernis meam alacritatem.
Deip. Cave ne per tenebras custodibus incidas.
Magd. Istud cavebo, et pedes tacite movebo.
Verum id mihi feliciter cedat, et fruar iis quæ desideras.
Omnino enim desideras Filium tuum cito videre,
Quod et exoptans, abjecto periculi metu, curro.
Deip. I quam celerrime, mihique ocius eorum, quæ cupio,
Jucunda sis nuntia, ut voti sim compos.
Magd. Jussis tuis obtemperans abeo, cum enim mihi sis plurimi,
In hac re non tibi deero, sed obsequar.
Deip. Quin et ego tibi subsequar, Maria;
Doleo enim, doleo post te remanere.
Hic autem ita subsistens, quomodo infelix nunc feram?
Magd. Abeamus igitur, o dilecta Virgo;
1322-1323 Te enim sociam habens, plurimum gaudeo.
Istæ vero ex oculis somnum non excutiunt.
Surgite, surgite, mulieres; quid cessatis?
Trucem palpebrarum sedem solvite;
Non aspicietis in lunæ fulgorem, quæ tota lucet?

1969 *Πλὴν οὖν τί μεῖζον*, etc. Sic ibid. vers. 181 Hector a Dolone scisciatur:

Τί δῆτα μεῖζον τῶνδέ μ' αἰτήσεις γέρας;
Quod igitur majus his a me petis munus?

1986 *Ἐφέρομαι κἀγὼ δὲ σύν*, etc. Ita Reg. II. 11, et petit metrum. Edit. ἐφέρομαι δὲ κἀγώ. Idem opinatur auctor noster, quod et pariter Græci plures, alteram videlicet Mariam, quæ Magdalenæ comes astitit sepulcro, fuisse ipsam Deiparam, et sequentibus declarat. Vide infra vers. 2419.

1989 *Φίλα κόρα.* Dorice pro φίλη κόρη, quæ ipsa *Maria*; nec bene Roill. ut metro serviat, *amicæ virgines.*

1993 *Γοργωπὸν ἕδραν*, etc. Sic editi Basil. et Wechel. Par. autem γοργωπόν, quod *horrendum aspectu* vertunt interpretes: legitur γοργωπόν apud Eurip. *Rhes.* vers. 8, ubi chorus Hectorem a somno excitat:

Λῦσον βλεφάρων γοργωπὸν ἕδραν.
Solve trucem sedem palpebrarum.

1994 *Παμφαοῦ. Quæ tota lucet:* quippe luna erat pleno orbe, cum Christus passus est. Nec bene Roill. *Nitorem qui micans est omnibus in lunæ nitore vos videbitis*, quasi ipse Christus sit, παμφανὴς αἴγλα. Edit. παμφανῆ.

METRICA VERSIO.

Tibi reponat. Verum age, et quod grandius
His postulabis munus? At dabit tamen
Hæc dona primas quæ tenent facile, omnia
Hæc inter homini quæ feruntur maxima.
Non falsa dico, novi ego hæc, in posterum
Quod est supremum munus, illud auferes.
Magd. Ecce id procurans, Virgo, quod tua interest,
Curram. Puella sic resurgentem omnium
Videbo prima: præmium hoc solum expeto
Mei laboris. Videris jam, videris
Quam pes citus sit ut capessam quod jubes.
Deip. At tu caveto, nocte ne lusa, incidas
Illorum in arma qui exultant ad mortium.
Magd. Istud cavebo, tum gradum placide premam.
Bene cedat utinam quod subeo, et id assequar
Quod expetis. Id autem scio primum, expetis
Natum videre quam citissimæ: et idem ego

B Dum cupio, curro vel metu periculi
Spreto imminentis. *Deip.* I cito, et mihi nuntia
Fac expetitæ sis rei læta ocius,
Ut quidquid erit id assequar. *Magd.* Jussis tuis
Obtemperavero lubens, nam cum mihi
Sis plurimi, hac re non deero, quare obsequor.
Deip. Quin ego tibi me, Maria, dabo sociam viæ.
Nam cor dolore dum gravi tota ulceror,
Usque adeo sollicita manere qui feram
Nunc misera tandem Virgo, ubi discesseris?
Magd. Quod restat, abeamus, o amicæ virgines;
Te comite sola gaudeo supra modum.
At hæ soporem non ab oculis eximunt,
Surgite, quid istud est moræ, inquam, o feminæ?
Surgite, oculorum palpebras resolvite.
Non hunc nitorem qui micans est omnibus
Lunæ in nitore vos videbitis? prope

1995 Ἀὼς πέλας, ἀὼς ὅδ' ἀστὴρ ἔγγιος,
Θέλγει δ' ἔδραν ὄμματος ἁδιστός γ' ὕπνος.
Ἅδιστος, ἁδιστος γὰρ ἐν τοῖς βλεφάροις,
Ἡδὺς ἕδα παχνουμέναις ἐν καρδίαις.
Χορ. Ἐγὼ μέλουσα καρδίᾳ παχνουμένῃ,
2000 Ἄγρυπνον ὄμμα πᾶσαν ἂν ὄρφναν στρέφω·
Ἅμιες τάχει στείχωμεν, ὦ φίλα κόρα.
Μαγδ. Σφοδρᾷ μελήσει καρδίας δεδηγμένης,
Στείχωμεν οὖν τάχιστα τοῦ τύμβου πέλας.
Αἱ δ' ἀποβαλοῦσαι τὸν ὕπνον ὀμμάτων,
2005 Ἥξουσιν ὡς τάχιον ἡσύχῳ βάσει.
Θεοτό. Ναὶ, ναὶ, τάχει στείχωμεν· εὖ δ' εἴη τυχεῖν.
Πέποιθα πᾶσιν ἡμέραν ἐλευθέραν
Ἀκτῖνα τὴν στείχουσαν ἡλίου φέρειν.
Ἄπιμεν οὖν, ἄπιμεν· αἱ δὲ κατόπιν
2010 Νῦν ὠσὶν ἠχὴν ἠρέμα δεδεγμέναι,
Οἶμαι, πελείας ὠκύτητ' οὐχ ἥσσονες,
Ποδῶν δράμωσι συντόνοις δρομήμασιν.
Λῦθις γὰρ ἀφίημι ῥαδινὴν ὄπα,
Σαφῆ κελευσμὸν, συντρέχειν πρὸς τὸν τάφον·
2015 Ὀρθαὶ δ' ἰδοὺ γε· θαῦμ' ἰδεῖν εὐκοσμίας
Αἳ, αἳ!
Τέκνον, ποθεινὸν ἦμαρ ἰδοὺ τὸ τρίτον,
Τριταῖον ἤδη φέγγος, ἐλπὶς σοῖς φίλοις.
Μὴ δὴ παρέλθοι, καὶ θανεῖν με ξυμφέρει.
2020 Ὦ Τέκνον, ὦ φίλτατον, ὦ θεῖον κάρα,

1995 Aurora prope est, proximus est lucifer,
Et sedem oculorum suavissimus demulcet somnus.
Suavissimus, suavissimus enim in palpebris
Suavis cordibus dolore constrictis subrepsit.
Chor. Ego sollicita animo, quem mœror constringit,
2000 Per totam noctem oculum pervigilem circumfero,
Acceleremus cito gressum, o dilecta Virgo.
Magd. Gravissimis curis exeso animo,
facedamus igitur quam celerrime versus tumulum.
Istæ vero ex oculis somnum excutientes,
2005 Brevi gressu quieto devenient.
Deip. Sane, celerrime progrediamur : bene autem contingat.
Confido omnibus diem liberam
Radios solis accedentes allaturos.
Abeamus igitur, abeamus : istæ vero retro
2010 Nunc auribus vocem sensim accipientes,
Columbis, ut arbitror, non inferiores celeritate,
Pedum concitatis cursibus current.
Rursus enim emitto tenuem vocem,
Claram cohortationem, ut ad tumulum simul properent :
2015 Verum ecce sunt erectæ; eorum decor visu mirabilis.
Ah, ah!
Fili, ecce dies tertia, valde exoptanda,
Jam tertia lux, quam tui exspectant amici.
Hæc spes non effluat, vel mori mihi expedit.
2020 O Fili, o dilectissime, o divinum caput,

1996 *Θέλγει δ'*, etc. Ita semichorus *Rhesi* vers. 554, etc. :

Θέλγει δ' ὄμματος ἕδραν
Ὕπνος· ἅδιστος γὰρ ἕδα
Βλεφάροισι πρὸς ἀοῦς.
Demulcet vero oculorum sedem
Somnus; dulcissimus enim is venit
Palpebris circa auroram.

2004 *Αἱ δ' ἀποβαλοῦσαι*, etc. Ita fere *Bacch.* vers. 691 :

Αἱ δ' ἀποβαλοῦσαι θαλερὸν ὀμμάτων
Ὕπνον. . . . . .

Hæ vero abstergentes humidum ab oculis
Somnum. . . . . . .

2007 *Πέποιθα πᾶσιν*, etc. Ita supra vers. 1780 et 1781, et *Rhes.* 991, etc.

2010 *Νῦν ὠσὶν ἠχὴν*, etc. Ita fere *Baech.* vers. 1084, etc. :

Αἱ δ' ὠσὶν ἠχὴν οὐ σαφῶς δεδεγμέναι...
Ἦξαν πελείας ὠκύτητ' οὐχ ἥσσονες,
Ποδῶν ἔχουσαι συντόνοις δρομήμασιν.
Hæ vero non manifeste vocem auribus accipientes...
Festinaverunt columbis non inferiores celeritate
Pedum ruentes concitatis cursibus.

METRICA VERSIO.

Aurora lucis nuntia est, prope lucifer :
Demulcet interim tamen oculum sopor
Dulcis : suavis ille, gratus palpebris
Insedit, et subrepsit altius gravi, et
Dolore magno lancinatis cordibus
Chor. Sollicita corde turbido noctem integram
Vigilem oculum hue et huc circumfero :
Celeremus ocius gradum, o charissima.
Magd. Nos pectore exeso anxioque gravissimis
Curis, eamus ad sepulcrum ocissime.
Aliæ ubi somnum palpebris excusserint,
Nos mox quietis consequentur passibus.
Deip. Properemus omnes ocius, cursu assequi
Percommodum erit : ego omnibus credo diem
Hunc emicare, qui jubar clarum exerens
B Solis nitentis libera faciat omnia.
Eamus ergo, eamus : illæ quæ viam
Premunt sequentes pone, simul aliquantulum
Exceperint vocem, celeritate, ut puto,
Pares columbæ concito cursu pedum
Current : et iterum voce summissa excito,
Clare cohortans ut sepulcrum nos simul
Omnes petamus. Sed video eas excitas,
Stantesque. Papæ! quam juvat pulchrum ordinem
Hunc, et decorum conspicere miraculum!
He, he, he, he!
Desiderate o Nate, tertius en dies,
Lux spes amicis tertia est, non effluat,
Vel tu me eidem commori simul jube.
O Nate, mihi charum et sacrum imprimis caput,

Πόθ' ἁρ' ἐγώ σ', ἢ ποῦ σ' ἡ παντλήμων ἴδω ;
Ὦ Τέκνον, εἴθε τάχος ἔλθοις μοι φάους !
Ἔλθοις νεκρῶν κευθμῶνα καὶ σκότου πύλας
Λιπών, ἵν' ἄδης χωρὶς ὤκισται φάους,
Νῦν δ' εἶδε φῶς μέγιστον ἐν σῇ καθόδῳ.
Ἔλθ', ἐλθέ, φάνηθι, προλαβὼν ἠοῦς σέλας.
Θεόν, Θεόν σ' ὁλύμπιον τὰ πάντ' ἔχει.
Magd. Ἆ, ἆ !
Εὐνὰς ἐρήμους τάς γε φυλάκων ὁρῶ.
Deot. Τί δῆτ' ἄν εἴη ; μῶν λόχος βέβηκέ ποι,
Ἴσως ἐφ' ἡμῖν μηχανὴν τεύχων τινά ;
Θρασὺς γὰρ ὄχλος, νῦν δ' ἐπεὶ κρατεῖ θρασύς.
Magd. Τί δῆτ', ἀδελφή, ὁρῶμεν ; οὐ γὰρ εὕρομεν
Ὡς ἠλπίσαμεν, ἐλπίδων δ' ἡμάρτομεν.

A *Deot.* Πείθου, πάλιν στείχωμεν· εὖ δ' εἴη τυχεῖν
Τὸν νεκρὸν αὐτὸν καρδίαις ὡπλισμέναις !
Σώζει γὰρ αὐτὸν, ὅστις εὐφρόνως Θεῷ
Ἀνατίθησι· καί γε νῦν βραδιστέον.
Ἅμμιν δὲ λίθον τίς ἄρ' ἀποκυλίσει ;
Magd. Ὀττοτοῖ !
Ἄναξ ἄφθιτε, τίς δ' ἐστὶν ὃδ' ὁ κλόνος ;
Πῶς δ' ἐκκυλισθεὶς ἀθρόον γ' ὤπται λίθος ;
Κενὸς δ' ὁρᾶται καὶ τάφος τοῦ Δεσπότου.
Οὐκοῦν ἄπειμι, καί φίλοις μύσταις ἐρῶ
Ἄρσιν νέκυος, αὖ δ' ὑποστρέφω τάχει·
Εὕροιμι δ' ὧδε σὺν γυναιξί σ' αὖ, κόρη.
Deot. Εὖγ', εὖγ', ἐπανῆκες τάχιστα νῦν, φίλη·
Ἐγὼ δὲ λίθον ἠρμένον βλέπουσ', ἔτι

Quando, et ubi te videro, misera?
O Fili, utinam æque cito, ac lux advenias !
Veni, defunctorum latebra et caliginis portis
Relictis, ubi colitur infernus lucis expers,
Nunc autem in tuo descensu maximam vidit lucem.
1324-1325 Veni, veni, appare, auroræ splendorem prævenieus.
Deum, Deum cœli te prædicant omnia.
Magd. Ah, ah!
Tumulum absque custodibus intueor.
Deip. Quid istud sit? num alicubi insedit cohors,
Fortasse aliquem dolum adversum nos struens?
Audax enim est populus, præsertim cum dominatur.
Magd. Quid agemus, soror? neque enim inveniinus
Quemadmodum speravimus; spes nobis excidit.
Deip. Confide, iterum procedamus : faxit ut nos
Ipsum mortuum animis præparatis inveniamus !
Semet enim ipsum servat, quisquis Deo sapienter
Se committit : et nunc incedendum nobis est.
Sed quis lapidem nobis revolvet?
Magd. Hei, hei!
Rex immortalis, quisnam est iste strepitus?
Quomodo derepente visus est lapis revolutus?
Vacuus autem Domini tumulus inspicitur.
Abeo igitur, dilectisque discipulis dicam
Mortui raptum, et statim redibo;
Teque, o virgo, cum mulieribus hic inveniam.
Deip. Age, age, quam celerrime nunc redi, o amica;
Ego autem lapidem revolutum cernens, adhuc

2023 Λεκρῶν κευθμῶνα, etc. Ita fere *Hecub.* vers. 1 et 2 Polydorus Hecubæ filius prologum inchoat :

Ἥκω νεκρῶν κευθμῶνα καὶ σκότου πύλας
Λιπών, ἵν' Ἅδης χωρὶς ὤκισται θεῶν.

Venio defunctorum latebra et caliginis portis Relictis, ubi Pluto in sedibus collocatus est seorsum [a diis.

2024 Ἴν'. Hic adverbium est. Ibid. *Hec.* vers. 2.
2025 Ἐν σῇ. Ita Reg. H. II. Edit. ἐν σῷ.
2031 Τεύχων. Edit. στείχων.
2032 Θρασὺς γάρ, etc. *Audax, ferus, procax.* Non bene autem Roill. posuit *fidens*, quæ vox in meliorem partem solet accipi.
2035 Εὖ δ' εἴη τυχεῖν. Ita supra vers. 2006.
2036 Καρδίαις ὡπλισμέναις. Ita supra vers. 1808.

METRICA VERSIO.

Eequando misera ego te, aut ubi videbo parens?
O utinam, o Fili, tu mihi in lucem cito
Venias, relictis mortuorum januis,
Specuque, quam nunc lucis expertem colens
Pluto micare luce vidit maxima,
Primum ut subisti. Ades, ades, appare, et præi,
Jubar aureum auroræ, Deum quando te habent
Omnia, Deum, inquam, cœlitus missum.
Magd. Ah, ah, ah!
Deserta cerno cubilia vigilum omnia.
Deip. Hoc quid sit? anne aliquo abiit custodia?
Excessit autem forte, nobis ut dolum
Aliquem struat? Populus enim fidens, ubi
Rebus potitur, redditur fidens magis,
Magd. Quid facto opus, o soror? neque enim ita jam [accidit
Res, ut voluimus; cuique spes sua excidit.

B *Deip.* Confide, rursum longius firmo pede
Pergamus. Utinam reperire mortuum
Bene præparato pectore liceat! Deo
Quicumque se committit, is sese optimo
Custode servat : quin eundum protinus.
Sed unde nobis qui sepulcri maximum
Lapidem revolvat? *Magd.* Ah, ah! o rex et Deus
Æterne, quænam hæc subita motio? aut lapis
Qui tam repente de sepulcro volvitur?
Quin et sepulcrum cernitur vacuum meo
Domino. Abeo jam, et nuntio charissimo
Apostolorum cœtui, sublatio
Quæ facta Domini; mox revertar, et grege
Cum fœminarum hic, virgo, te jam invenero.
Deip. Bene, bene, sane quam celerrime redi,
Amica : ego autem devolutum sic videns
Lapidem, etiamnum stupeo inhorrescens, et id

Θαμβουμένη πέφρικα. Πῶς ὧδ' ἀθρόον
Ὤφθη κυλισθεὶς τῆς θύρας πρὶν τοῦ τάφου;
Ἄ, ἄ! σίγα, σίγα.
Ὁ λαμπροπυρσόμορφος οὗτος τίς δ' ἄρα,
Ὃς καθύπερθεν ἕζεται νῦν τοῦ λίθου,
Πανευπρεπὴς, ἐσθῆτι λευκῇ χαρίεις;
Στίλβει γὰρ, ὥσπερ ἀπαλὴ χιὼν νέα.
Ἰδοὺ δὲ καὶ φύλακες, ὡς νεκροὶ, κάτω.
Ἄγγ. Ὑμεῖς δὲ, μὴ θροεῖσθε, μηδ' ἔστω φόβος·
Ζητούμενος γὰρ οὐκέτ' ἐστὶν ἐν τάφῳ,
Ἀναξ Ἰησοῦς τῆτες ἐσταυρωμένος.
Ὃδ' οὐκέτ' ἐστὶν ἐν τάφῳ νεκρὸς μένων,
Ἀλλ' ἐξεγερθεὶς εἰς Γαλιλαίαν τρέχει,
Ὡς εἶπε, μύσταις ὀπτάνεσθαί πως θέλων.
Κενὸν δ' ἰοῦσαι τὸν τόπον κατίδετε.

Α Ἄπιτε γοῦν, ἄπιτε, καὶ ταῦτα σφίσιν
Εἴπατε τρανῶς· πάντα γὰρ ἔγωγ' ἔφην,
Καὶ παντάπασιν εἴπατε ξὺν τῷ Πέτρῳ.
Ὡς φροῦδος ἅδης, Χριστὸς ἀνέστη τάφου,
Τάφου δὲ λίθος εὐσθενῶς ἀπηλάθη·
Φρουροί τ' ἄϊδος θύρετρ' ἀνεῖσαν φόβῳ
Λελυμένοι, νεκροὶ δὲ πρὸς φάους χθόνα
Σκιρτῶσι, σῶκον ἐκκαλούμενοι Θεόν·
Τῷ δ' αὐτόματα δεσμὰ πάντ' ἐπερράγη.
Θεοτό. Ὦ καλλιφεγγὲς ἡλίου σέλας τόδε
Πέφθακεν, ὡς ἤλπιστο, τέρμα φροντίδων.
Ἔπτωκεν ἐχθρὸς, Χριστὸς δ' ἀνέστη τάφου.
Ἦοῦς παρούσης τίς ποτ' ἄρ' ἡδυτέρα;
Τί δ' ἂν ἐμοὶ γένοιτο χαριέστερον;
Ἢ γοῦν τὸν ᾄδην καββαλὼν βαίνεις, Τέκνον;

Stupore horresco. Quomodo autem confestim
Visus est revolutus ab ostio prius quod erat sepulcri?
Ah, ah! sile, sile.
Verum quis est ille cujus facies rutilo splendore coruscat,
Qui nunc supra lapidem sedet,
Totus decorus, alba veste gratiosus?
Fulget enim, ut nix recens et tenera.
Ecce autem custodes tanquam mortui jacent.
Angelus. Vos, ne pavete, procul animis sit timor;
Quem enim quæritis, jam non est in sepulcro,
Rex Jesus modo crucifixus.
Ille jam non est in monumento exanimis,
Sed exsuscitatus in Galilæam se confert,
Ut dixit, discipulis suis se volens manifestare.
Euntes autem tumulum vacuum inspicite.
Ite igitur, ite et hæc ipsis
1326-1327 Aperte dicite; omnia enim vobis dixi,
Et discipulis omnibus dicite cum Petro,
Quomodo evanuit infernus, Christus e sepulcro surrexit,
Lapisque monumenti valde remotus fuit;
Custodesque inferorum januas reliquerunt metu
Soluti, et mortui lucis ad terram
Saliunt, Deum salvatorem invocantes:
Ipsi autem vincula sua sponte confracta sunt.
Deip. O pulchram lucem spargens solis jubar istud
Jam devenit, ut fuit spes nostra, eurarum finis.
Concidit hostis, Christus autem e monumento surrexit.
Hac aurora quæ fuit unquam jucundior?
Quid mihi unquam foret gratius?
Quo igitur vadis, o Fili, conculcato inferno?

2066 *Ξὺν τῷ Πέτρῳ.* Non bene Roill. *primo loco, Petro.* In prima illa angeli apparitione, de qua Matth. xxviii, vers. 7, nulla occurrit Petri mentio: lapsus proinde memoria videtur auctor noster.

2073 *Ὦ καλλιφεγγές*, etc. Ipsismet verbis at sensu diverso Menelaus *Troad.* vers. 860 salutat diem, qua Helenam suam uxorem se capturum sperat.

METRICA VERSIO.

Miror, repente qui sepulcri ab ostio
Sic sit revulsus. At sile, mea tu, sile.
Quem credis hunc cui forma fulget splendida
Ut ignis, et qui nunc super lapidem sedet
Totus decorus veste pulcher candida?
Nivem recentem et candidam suo refert
Candore: et ecce qui excubant omnes humi
Fusi huc et illuc, mortui tanquam, jacent.
Ang. Vos ne pavete, sit procul animis timor.
Nam quem petitis, hoc in sepulcro nullus est.
Jesus ille rex, cruci modo qui datus,
Non in hac urna clauditur jam mortuus,
Verum resurgens ille Galilæam petit,
Ut præmonuit olim, suis eo in loco
Videndus idem luce clara apostolis
Accedite, et vacuum sepulcrum cernite.
Abite igitur, abite, et ipsis dicite

B Cuncta hæc aperte, quæ ipse vobis nuntio:
Vos dicite, inquam, hæc omnibus, primo loco
Petro, subactum tartarum, Christum excitum
Suo ex sepulcro, tum revulsum ab ostio
Magno impetu saxum, inferorum principes
Metu solutos, jam relictis ostiis
Cessisse, at umbras lucis ad terram alacres
Salire, quæ nunc et potentem et maximum
Deum canentes prædicant, cujus cruce
Manuque fracta sponte vincula omnia.
Deip. O lucidum hoc solis jubar, nunc jam, ut fuit
Spes nostra, curis omnibus finis datus.
Mactatus hostis cecidit, e tumulo caput
Christus triumphans et resurgens extulit.
Et quæ die ista lætior fuit dies?
Quid evenire gratius possit mihi?
Quonam ergo, Fili, sic subactis inferis

Πῆ, πῆ δ' ἐγώ σε, καὶ πότ' ἄν ἴδω, Τέκνον;
2080 Ἔλθ', ἐλθέ, καὶ φάνηθι σῇ μητρὶ τάχει.
Magd. Ὄψει γε θᾶττον, ὡς ἐγ' ὦμαι, πλειόνων.
Ἀλλ' ἀπίωμεν, ὡς ὁ λευχείρων ἔφη,
Μύσταις φίλοις ἅπασι χάρμα μηνύσαι.
Πρῶτον δ' ἄπειμι πρὸς Πέτρον καὶ παρθένον,
2085 Εὐάγγελον φέρουσα βάξιν τοῖς φίλοις.
Ὁ γὰρ φανεὶς εἴρηκεν εἰπεῖν καὶ Πέτρῳ.
Ἄπειμι γοῦν κένωσιν εἰπεῖν τοῦ τάφου,
Καὶ τὴν ὅρασιν τοῦ φανέντος καὶ λόγους·
Οὗτοι δ' ὅμως ἔδραμον ἰδεῖν τὸν τάφον,
2090 Οἶμαι δὲ πάντα σφᾶς θεωρῆσαι καλῶς.
Ἀλλ' ὦ! τίν' ἀθρῶ, Δεσπότην καινῇ θέᾳ;
Θεοτό. Οὐκ οἶδ' ἀκριβῶς· εἰκάσαι γε μὴν πάρα,
Μορφὴ γὰρ οὔτι φαῦλον εἰσφανεῖν τινα.

A *Χριστ.* Χαίρετε.
2095 *Θεοτό.* Χαῖρ', ἐσθλὸς ἐσθλοῦ παῖ, βασιλεῦ παντ- [άναξ,
Ἔσχατον ἐχθρὸν συγκατασκάψας πότμῳ.
Ἄναξ, ἄναξ ἄφθιτε, σὺ, Θεὸς μέγας,
Ποδῶν δὲ σῶν ἅψιν δὸς ἅψασθαι φόβῳ.
Τοὺς γὰρ ἐπ' οὖδας νῦν κυνοῦσαι πίτνομεν,
2100 Καταπλαγεῖσαι τῇ χαρᾷ καὶ τῷ φόβῳ.
Χριστ. Μὴ δὴ φοβεῖσθε, μηδ' ὑμῖν ἔστω φόβος.
Ἄπιτε δ', ἀγγείλατ' ἀδελφοῖς μου τάχει
Ἐς Γαλιλαίαν ἀφικέσθαι, καί μέ πως
Ἐκεῖσε κατίδωσιν, ὡς ἔφην σφίσιν.
2105 *Θεοτό.* Ὦ φαιδρότης ἄῤῥητος ἡλίου βολῆς,
Ὡς ἀνέτειλε χαρίεσσα νῦν ἕως!

Ubi, et quando te ego, Fili, intuebor?
2080 Veni, veni, et cito tuæ matri te ostende.
Magd. Citius quam cæteræ, ut puto, videbis.
Verum abeamus, ut dixit vestibus albis indutus,
Et dilectis omnibus discipulis gaudium denuntiemus.
Primo ad Petrum et Joannem pergo,
2085 Amicis lætum ferens nuntium.
Qui enim apparuit id Petro indicari monuit.
Abeo igitur, vacuumque sepulcrum dicam,
Et illius qui apparuit visionem et sermones:
Ipsi tamen et cucurrerunt ad videndum monumentum,
2090 Et existimo ipsos accurate omnia inspexisse.
Verum quem intueor, Dominum sub nova forma?
Deip. Haud plane scio: licet tamen conjicere:
Forma enim indicat non vilem et nullius pretii aliquem esse.
Christ. Salvete.
2095 *Deip.* Salve, tu optime optimi Fili, rex omnium rex,
Qui ultimum hostem tua morte una evertisti.
Rex, rex immortalis, tu, Deus supreme,
Tuos pedes cum tremore amplecti nobis tribue.
Ecce enim nos humi prosternimus, ipsos osculaturæ,
2100 Gaudio simul et terrore perculsæ.
1328-1329 *Christ.* Nolite timere, nullusque vobis sit metus.
Ite, et cito fratribus meis annuntiate,
Ut in Galilæam proficiscantur, et me quodam modo
Ibi videant, sicut dixi illis.
2105 *Deip.* O splendor ineffabilis solis radii,
Quam jucunda nunc illuxit aurora!

2079 *Πῆ, πῆ δ' ἐγώ*, etc. Ita supra vers. 2021.

2084 *Παρθένον. Virginem*, id est, *Joannem*, qui virgo erat et Christo virgini peculiariter charus inter discipulos.

2093 *Εἰσφανεῖν*. Sic legendum. Editi εἰσβαλεῖν, alii εἰσφαλεῖν.

2095 *Χαῖρ', ἐσθλός*. Rhesus vers. 389, sic Hectorem alloquitur:

Χαῖρ', ἐσθλὸς ἐσθλοῦ παῖ, τύραννε τῆσδε γῆς.
Salve, boni patris fili, domine hujus terræ.

2096 *Ἔσχατον ἐχθρόν*, etc. Quasi diceret, *qui mortem morte peremisti.* Mors enim est ἔσχατος ἐχθρός, juxta illud Apost. ἔσχατος ἐχθρὸς καταργεῖται, *novissima autem inimica destruetur.* Male distinguit Roill. *Cum perdito hoste mortem et una perdere.*

2101 *Μὴ δὴ φοβεῖσθε*, etc. Ita fere supra vers. 2057.

METRICA VERSIO.

Contendis? ubi te, Nate, ubi, et quo tempore
Videbo? ades, ades, et mora posita tuæ
Offer parentis te videndum aspectui.
Magd. Citius videbis, ut puto, quam cæteræ.
Sed veste amictus candida ut monuit, viam
Carpamus, hoc ut gaudium ingens omnibus
Denuntiemus apostolis charissimis.
Abeo itaque hinc primo loco ad Petrum, atque eum
Juvenem, pudore qui seo notissimus,
Lætum ferens illis amicis nuntium.
Nam et ipse nobis qui modo hic apparuit,
Id indicari jussit et Petro. Ocius
Abeo igitur, ut et corpore vacuum locum
Dicam sepulcri, et candida visum angelum
In veste, et ejus verba. Jamque illi tamen
Sese ad sepulcrum conspicandum concito
Cursu tulerunt: credo ego illos omnia
Lustrasse pulchre. Sed, rogo, quem conspicor
B Dominumne forma mihi nova? *Deip.* Haud plane [scio;
Conjicere tamen istud licet. Namque haudquaquam
Accedere aliquem nullius pretii virum
Vilemque, vel forma ipsa vultusque indicat.
Chr. Salvete. *Deip.* Salve tu, optime o Fili optim..
Rex omnium rector supreme, cui datum
Cum perdito hoste mortem et una perdere
Sincere rex, rex integer, Deus potens,
Permitte saltem ut cum metu pedes tuos
Tractemus: ecce enim simul procumbimus,
Et gaudio attonitæ, et metu, ad pedum oscula.
Chr. Ponite timorem, nihil et expavescite.
Quin potius ite, nuntiate fratribus
Meis, ut in Galilæam iter flectant, ibi,
Ut ante dixi, postea me viderint.
Deip. O splendor alme solis, et fulgens decor,
Quam grata nunc aurora diluxit mihi!

Ὦ λαμπρότης ἄφατος αὐγῆς ἀκτίνων,
Ὦ χάρμα παγκόσμιον, ὦ θυμηδία,
Ὦ τέρψις εὐφρόσυνος, ὦ γῆθος μέγα,
Πῶς ἄν τις εἴπῃ, πῶς ἀπαγγείλῃ λόγῳ
Ἐμῆς ἀγαλλιάματα νῦν καρδίας;
Ἀλλ' ἀπίωμεν, ὡς ὁ Δεσπότης ἔφη.
Magd. Ἐγγὺς ἰδού, Δέσποινα, φίλαι σοι κόραι,
Ἄλλαι τε πᾶσαι Γαλιλαίας θρεμμάτων·
Πρὸς τὸν τάφον τρέχουσι μυρίσαι νέκυν,
Τὴν ἐξέγερσιν ἀγνοοῦσαι τοῦδ' ἔτι·
Οὐκοῦν σὺν αὐταῖς βῶμεν αὖθις ἐς τάφον.
Οὐ γὰρ κόρος τίς ἐστι θαυμαστὰ βλέπειν.
Ἡ γὰρ ποθοῦσα καρδία πάντ' εἰδέναι,
Ἐν τοῖς ἀγητοῖς λίχνος γ' οὖσ' ἁλίσκεται,
Ἀθρεῖν τε ταῦτα συχνάκις λιχνεύεται.

Α Ἀλλ' ὦ! τίς ἐστιν εὐπρεπὴς νεανίας,
Ὃς λευκοχίτων δεξιοῖς ἕζει τάφου;
Θάμβος μ' ἔχει βλέπουσαν ἀστραπὴν θέας.
Acol. Μὴ δὴ θροεῖσθε, μηδ' ὑμῖν ἔστω φόβος.
Τὸν Ναζαρηνὸν, οἶδ', Ἰησοῦν, ὦ κόραι,
Ζητεῖθ', ὃδ' οὐκέτ' ἐστὶν ἐν τάφῳ μένων,
Ἀλλ' ἐξανέστη, καὶ κενὸς τόπος μένει
Ἄπιτε γοῦν, εἶπατε μύσταις καὶ Πέτρῳ,
Ἐς Γαλιλαίαν σφίσιν ὀφθῆναι τάχει.
Magd. Ἐγὼ τρέμουσα, καὶ φόβῳ κρατουμένη,
Πρὸς τὸν Πέτρον νῦν εἶμι καὶ λοιποὺς φίλους,
Εὐάγγελον φέρουσα βάξιν καὶ πάλιν.
Ὁ γὰρ φανεὶς εἴρηκεν εἰπεῖν καὶ Πέτρῳ.
Sem. Ἡμ. Ἀμμὲς δὲ θάμβει καταπλαγεῖσαι, φίλαι
Ἔκστασιν ἐκστᾶσαί τε τῇ καινῇ θέᾳ,

O inenarrabilis splendor radiorum fulgoris,
O gaudium universi mundi, o lætitia,
O suavissima voluptas, o exsultatio maxima,
Quomodo quis dicat, quomodo verbis nunc annuntiet
Animi mei jubilationes?
Verum abeamus, ut dixit Dominus.
Magd. Ecce proximæ, Domina, dilectæ tibi puellæ,
Omnesque aliæ e Galilæa ortæ;
Ad monumentum currunt, ut mortuum condiant,
Ipsum esse redivivum adhuc nescientes,
Et cum ipsis igitur ad tumolum redeamus.
Nulla quippe satietas prodigia intueri.
Animus enim avens omnia scire,
In rebus mirabilibus etiam avidus deprehenditur,
Eademque sæpius inspicere gestit.
Verum quisnam est decorus juvenis,
Qui alba veste indutus sedet ad dexteram sepulcri?
Exterreor enim videns aspectus fulgorem.
Adol. Ne quid expavescite, procul sit omnis timor.
Jesum Nazarenum, scio, puellæ,
Quæritis; hic autem jam non est in monumento,
At surrexit, et vacuus remanet locus.
Ite igitur, dicite discipulis et Petro,
Cito in Galilæa obvium ipsis se daturum.
Magd. Ego tremens et metu subacta,
Ad Petrum nunc eo et reliquos discipulos,
Iterum felicem ferens nuntium:
Qui enim apparuit, jussit dicere et Petro.
Semi. Nos stupore perculsæ, dilectæ,
Et de mentis statu dejectæ ob novum spectaculum,

2114 *Ἀλλά τε πᾶσαι.* Ita supra vers. 1957.
2125 *Μὴ δὴ θροεῖσθε.* Ita pariter legitur supra vers. 2057 et 2101.
2132 *Καὶ λοιποὺς φίλους*, etc. Non bene Roill. *cæteros huic*, scilicet Petro, *amicos*.
2135 *Εὐάγγελον φέρουσα*, etc. Ita pariter legitur supra vers. 2085.

METRICA VERSIO.

O, o stupendum splendidæ lucis diem,
O orbis ingens gaudium, o suavissimam
Lætamque cunctis hanc voluptatem, modo
Quis possit ullo dicere, aut verba assequi,
Perfusa quo mens gaudio mea exsilit?
Sed nos, ut ipse Dominus edixit, pedem
Hinc efferamus. *Magd.* En tibi charissimæ
Adsunt, o Domina, virgines quam plurimæ,
Aliæque Galilææ puellæ, quæ cito
Gradu ad sepulcrum se ferunt, ut mortuum,
Quem morte victa non adhuc intelligunt
Esse excitatum, corpus ungant: nos simul
Comites eamus ad sepulcrum denuo.
Nam nulla nobis satietas possit dari
Illis videndis, adeo quæ mira et nova
Nunc contigere, et animus omnia expetens
Novisse, totus his datus quæ prodiga
Natura profert mira cum luxu, frequens

Β Spectare gaudet. At, at, o quisnam hic, candida
Qui veste amictus, ore formoso, puer
Dextrum sepulcri considens cornu occupat?
Stupore tota exhorreo vultum videns
Fulgore nitidum. *Adol.* Ne quid expavescite,
Procul omnis absit terror. Hoc enim scio:
Vos, o puellæ, Nazarenum quæritis
Illum, illum Jesum; sed sepulcri se exserens
E mole surrexit: locum ecce cernite
Vacuum. Ergo abite, et nuntiate apostolis
Petroque, Galilææ illum in oris se obvium
Ipsis daturum. *Magd.* Contremiscens, ac metu
Correpta, Petrum nunc adeo, et hinc cæteros
Huic amicos, jam secundo deferens
Lætum quod ipsa nunc habeo mihi nuntium.
Nam qui ante paulo apparuit, jussit quoque
Petro indicari. *Semi.* Nos stupore territæ,
Animisque consternatæ, amicæ, ob insolens

Φεύγωμεν ὡς τάχιστα μνημείου δρόμῳ.
Σιγῇ φέρουσαι πάν ὅραμ', ἄκουσμά τε,
Καὶ μηδὲν ἐκφέρωμεν ὡς πρὸς μηδένα,
Μνείαν ἔχουσαι τῶν λογοπράτου δόλων
Φοβούμεναί τε τῶν βρόχων τὴν ἀγχόνην,
Νεκροπρεπὲς ὡς μνῆμα τῶν αὐτοῦ τρόπων,
Τὸ μυστικὸν παίξαντος ἐχθρῶν ἐς μέσον.
Φύγωμεν, ἐξέλθωμεν ἐκ μνειῶν κάτω,
Καὶ δυσμενέσσι μηδὲν ἐξεγνωσμένων
Εἴποιμεν ἄμμες, πλὴν φίλοις μύσταις μόνον·
Κακὸν γὰρ οὐδὲν οὐδενί· ξυνὸν δέ τι
Πρὸς πανάληθες ἀγαθῶν ἀγγελμάτων·
Καὶ ψεῦδος οὐδέν· ψεῦδος δ' ἄμμιν οὐ φίλον,

Celeri cursu a monumento fugiamus.
Quidquid vidimus aut audivimus, silentio tegentes,
Nec cuiquam vel minimum referamus,
Memores venditoris dolos,
Et laqueorum suffocationem reformidantes,
Ejus animi, ex demortui ratione, monumentum,
Qui, quod arcanum erat ac mysticum, ad ludibrium exposuit in medio hostium.
Fugiamus, egrediamur ex inferiori sepulcro,
Neque eorum, quæ expiscatæ sumus, quid hostibus
Dicamus, nisi tantummodo dilectis discipulis:
Nullum enim cuiquam malum; sed aliquid commune
Ad veritatem nuntii lætissimi:
Et nullum mendacium; mendacium vero nobis displicet
Eos fugientibus, qui apparitionibus mortuorum sunt nimium creduli,
Optimamque mentis perturbationem a metu excipientibus,
Quo quilibet malum impulsu divino devitat.
Nihil ejusmodi cuipiam loqui fas est
Nobis egressis, ut dixi, e monumento,
Neque adhuc monumentum deferentibus
De mortui aut viventis conditione,
Compressis metu, et plurimo illius tremore
Qui respicit ad eum qui ipsius tremit sermones.
Sic effugiamus a monumento, puellæ,
Ut nihil cuipiam mirabiliter dicamus.
Mali enim nulla est quodam modo subsistentia:
Unde malum nihil esse edisco,

Λ
Νεκροφρόνων φρόντημα φυγούσαις καλῶς,
Καὶ παγκάλην ἔκστασιν ἐκστάσαις φόβῳ,
Ὦ πᾶς κακίας ἐκκλίνει θεοφρόνως.
Τοιοῦτον οὐδὲν οὐδενὶ φράζειν θέμις
Ταῖς ἐξιούσαις, ὡς ἔφην, τῶν μνημάτων,
Μηδ' ἐμφερούσαις μνημόσυνον εἰσέτι
Νεκροπρεποῦς τρόπου γε τοῦ ζῶντος πέρι,
Ἰσχημέναις φόβῳ τε καὶ πολλῷ τρόμῳ
Ἐπιβλέποντος πρὸς τρέμοντ' αὐτοῦ λόγους.
Οὕτως φύγοιμεν ἀπὸ μνημείου, κόραι,
Ὡς μηδὲν εἰπεῖν μηδενὶ ξενοτρόπως.
Κακοῦ γὰρ ὑπόστασις οὐκ ἔνεστί πως·
Ὅθεν τὸ κακὸν οὐδὲν εἶναι μανθάνω,

Exutæ eorum vana qui et mortalia
Sapiunt. Stupore concitæ, pulchro et metu,
Quo cum Deo ipso pectus armatum gerens
Prudentia, omne defugit vitium et scelus·
Efferre tale cuipiam nos nunc nefas,
Ut ipsa dixi, dum sepulcrum linquimus;
Nefas et his efferre quoque, qui mortuos
Modo quo oportet pectore excipiunt suo,
Grati bene et memores: sed ejus gratia,
Qui vivit et cuncta aspicit, multo metu
Tremoreque affectas pavere ad omnia
Quæ dixit ipse. Proinde nos, o virgines,
Hoc a sepulcro submoventes nos fuga,
Nil insolenter dixerimus cuipiam,
Nullo modo hic ut insit aliqua vis mali;
Unde et malum esse disco nullum, non ta-
[men

2142 *Τῶν αὐτοῦ τρόπων*, etc. *Ejus animi*, etc. Ita intelligit Combefisius. Sanctæ etenim mulieres veritæ scelus perfidi Judæ, qui, *quod arcanum erat*, nefande prodidit, Christi resurrectionem non nisi discipulis ejus nuntiandam, periculum esse, si aliis nuntiaretur, existimabant.

2144 *Ἐξέλθωμεν ἐκ μνειῶν κάτω*. Ita legit Combefisius. Editi ἐννοιῶν, quod nullum exhibet sensum: sic infra vers. 2154. ταῖς ἐξιούσαις, ὡς ἔφην, τῶν μνημάτων. Totus hic locus valde intricatus est, nec planiora sunt quæ sequuntur.

2148 *Πρὸς παράληθες*, etc. Nisi hæc de solis discipulis intelligantur, sequentia non conveniunt. Nec enim hostibus efferunt boni vel mali quidquam. Tanto verborum circuitu et ambagibus nihil aliud mihi videtur significari, nisi bonum istud nuntium solis Christi amantibus, hostium nulli revelandum; hostibus enim non nisi mala, aut potius nulla esse nuntianda.

2150 *Νεκροφρόνων*, etc. Vel *mortuum adhuc Christum jacere credentes*.

2158 *Πρὸς τρέμοντ'*, etc. Editi προστρέμοντ'.

METRICA VERSIO.

Spectaculum, cursu cito nos ocius
Hoc a sepulcro distrahamus, quidquid est
Et visum, et auditum tegentes, nec viro
Effutientes cuipiam, alto pectore
Dolos prementes illius qui vendidit
Verbum, et timentes gutture eliso exitum,
Dignum sepulcrum perditæ vitæ, cadens
Quæ mortuum ornat, qui sacras res hostium
Exposuit ad ludibrium in medio; fugam
Carpamus hinc jam, et ista pellamus procul;
Properemus, hosti nil penitus horum omnium
Quæ nota nobis detegentes, sed gregi
Apostolorum; nullum enim cuiquam malum
Privatum, at aliquod forte commune est tamen
Ad veritatem nuntii lætissimi
Veri atque amici. Nullum hic est mendacium,
Quando illud omnes odimus, animum bene

Καὶ τῷδε μηδὲν μυστικὸν θέμις λέγειν.
Πρὸς δυσμενῆ γὰρ μυστικὸν τίς ἐκφέρει;
Δοκεῖ δὲ καλῷ δυσμενὲς τοὐναντίον,
Ὡς ἡμέρᾳ νὺξ, καὶ σκότος πάλιν φάει.
Ὡς ἀντίκειται ψεῦδος ἀληθεῖ λόγῳ.
Ἀλλ' ἀπίωμεν θᾶττον ἐς μυστηπόλους,
Εὐαγγέλιον χάρμα δηλοῦσαι φίλοις.
Ἀλλ' ὦ! τίν' ἀθρῶ νυκτὸς ἥκοντ' ἐνθάδε;
Ἄγγ. Δέσποινα, μῆτερ Παιδὸς, οἷον οὐδέπω
Ἄλλην γυναῖκ' ἔκλυον ἐκτεκεῖν ποτε.
Θεοτό. Τῶν συμφρόνων τίς αὐτὸς εἶ; κατ' εὐφρόνην
Ἀμβλῶπες αὐγαὶ, κοῦ σε γινώσκω τορῶς.
Ἄγγ. Εὔνους ἀεί σοι, καὶ σφαγέντι σοι Τέκνῳ,
Ὧν θαυμασίων κἀγαθῆς φρενὸς χάριν.

Α *Θεοτό.* Νέον τί δ' ἀγγελεῖς; τί; τάχιστα φράσον.
Ἄγγ. Δέσποινα, χαῖρε· τοῦτό σοι πρῶτον λέγω,
Πάγχαρτε χαῖρε· τοῦδε γὰρ προοίμιον·
Κάλλιον οὐδεὶς οἶδε προσφωνεῖν βροτῶν,
Ἀλλ' οὐδὲν ἧσσόν σοι φέρω, κεδνοὺς λόγους·
Οἷαν γὰρ ἀγγελίαν ἥκω σοι φέρων.
Θεοτό. Γιὸν φανέντ' ἄϊδος ἀγγελεῖς νέον;
Ἄγγ. Ἔγνως, λόγῳ με δὶς τόσον μ' ἐκούφισας·
Ἦλυθε, καὶ πάρεστιν, ὡς αἰρεῖ φάτις
Κἂν γῇ τὸν ᾅδην ἐκφυγὼν πορεύεται.
Τοιαῦτ' ἐγὼ γὰρ ἀγγελεῖν ἐλήλυθα.
Θεοτό. Ἅμμες μὲν ἴδμεν τοῦτο· σὺ δ' οἶδας πόθεν;
Ἄγ', εἰπὲ, πῶς φῄς; πῶς λέγεις; οἶδας δὲ πῶς;
Τί τ' ἄρ' ἐναργὲς τοῦδ' ἐρεῖς τεκμήριον;

Et huic nihil arcani fas est loqui.
Ecquis enim hosti deteget arcanum?
Bono autem inimicus videtur pugnare,
Ut nox diei, et iterum tenebræ luci.
Sic apponitur mendacium vero sermoni.
Verum celeriter ad apostolos eamus,
Ut amicis boni nuntii gaudium deferamus.
Sed quem huc noctu properantem video?
Nunt. Domina, mater Filii, qualem nunquam
Audivi ullam mulierem peperisse.
Deip. Quis amicorum es tu? per noctem
Caligant oculorum radii, neque te plane agnosco.
Nunt. Sum amicus semper tibi, et occiso tuo Filio,
Ob miracula quæ edidit, et optimum ipsius animum.
1332-1333 *Deip.* Novine aliquid annuntias? quid? cito loquere.
Nunt. Salve, Domina; hoc tibi primum dico,
Gaude gestiens; sermonis hoc prœmium est:
Nullus homo novit dignius compellare,
Sed nihil minus tibi affero, venerandos sermones.
Consonum enim huic prœmio tibi nuntium porto.
Deip. Nuntiabisne mihi Filium ex inferis modo reducem?
Nunt. Nosti, hoc sermone me duplo leviorem reddidisti:
Surrexit, et adest, ut rumor serpit,
Et inferos fugiens super terram graditur.
Talia enim tibi nuntiare venio.
Deip. Nos equidem id scimus; sed unde tu nosti?
Age, die, quomodo ais? quomodo dicis? quomodo nosti?
Quale evidens hujusce rei affers indicium?

2174 Ἀμβλῶπες, etc. Sic Reg. Med. Edit. αὐλῶπες. Ita fere *Rhes.* vers. 756, etc., chorus aurigam Rhesi interrogat iisdem verbis.

2180 *Κάλλιον.* Ita Reg. quam unam veram lectionem censet Combefisius, qua admissa, vox illa σέ delenda erit; alioquin syllaba una longior esset versus.

2182 *Οἷαν*, pro *ἑμοίαν*. Videtur alludere ad illud Isaiæ LXVI, vers. 2: *Ad quem respiciam, nisi ad pauperculum, et contritum spiritu et trementem sermones meos?* Verum intricata nimium et obscura est littera; neque satis expressit Roill.

2184 *Τέσσαν*. Reg. Med. τόσου.

2185 *Αἱρεῖ*. Reg. Med. ἔρει.

METRICA VERSIO.

Arcana fas est sacra temere prodere.
Nam quis suo hosti proferet quod abditum est?
Honesta pugnant turpibus semper, dies
Ut nocti, et ipsa lux tenebris, vanitas
Et veritati. Verum eamus ocius
Ad apostolos, ipsis amicis nuntio
Ut ingeramus gaudium lætissimo.
At, at, quis hic est nocte quem cerno gradum
Recta huc ferentem? *Nunt.* O Domina, mater Filii,
Qualem ulla nunquam mulier enixa est parens.
Deip. Tune aliquis ex nostro grege es nocte ambulans?
Nam visus infirmus mihi, nec te optime
Agnosco. *Nunt.* Amicus et tibi, et tuo modo
Qui cæsus est Nato, integram atque innoxiam
Ob vitam, et illa quæ edidit miracula.

Β *Deip.* Ecquid novi affers? quid? loquere celerrime.
Nunt. Hoc dico primum nunc tibi; læta exsili.
O Domina, gaude gestiens, prœmium
Sermonis hoc est: nemo te mortalium
Compellat alio dignius, nam nuntius
Adsum, stupenda miraque omnia afferens.
Deip. Nempe reducem Natum nigra ex Ditis domo
Mihi nuntiabis? *Nunt.* Nosti, et hoc levaveris
Sermone nuntium. Tuus venit, tuus
Ut fama constans, Filius præsto; inferi
Specu relicta, figit in terris pedem:
Hæc ipsa propter venio tantum nuntius.
Deip. Nos scimus hoc quidem: sed unde tu id tenes?
Agedum loquere, quid dicis? aut quonam modo
Id scis? quid hujus ad fidem certam dabis?

Ἄγγ. Στρατὸς φυλάκων πᾶσαν ἂν ὄρφναν μένων, A
Καὶ τάφον ἀθρῶν ἀσφαλεῖ προμηθείᾳ,
Νῦν ἐννύχιος ἐν θορύβῳ συῤῥέων,
Πρὸς ἱερεῖς ἔδραμεν ἐν πολλῷ τρόμῳ,
2195 Νέαν ἔδοξε βάξιν ἐμφαίνειν φίλοις.
Νυκτηγοροῦντές τ' ἦσαν ὡς πεφρικότες.
Οὐκ εἰς κενὸν δ' ἄρ' ἡ φάλαγξ ὑπέτρεμε·
Τρόμου δ' ἔμαθον αἰτίαν παρ' ἐλπίδα,
Νύκτωρ κατ' ἄστυ τειχέων εἴσω μολών·
2200 Καὶ τήνδε μαθὼν, ἦκον ἡσύχῳ βάσει,
Στρατοῦ κατόπιν ἀκροώμενος λόγων.
Ὁ δ' εἶπεν οὕτως ἐμφόβῳ τολμηρίᾳ,
Μακρηγορῶν ἅπαντα θάμβη τοῦ τάφου.

Εἶρηκεν οὖν, εἶρηκε πρὸς πρεσβυτέρους
2205 Ἀρχιερεῖς τε, δραματουργοὺς τοῦ φόνου;
Συνηγμένους τε καὶ σκοποῦντας τοῦ πέρι·
« Ὦ τὸν φρικώδη πότμον ἐξειργασμένοι,
Γραμματέων ὅμιλε καὶ πρεσβυτέρων.
Ἥκω φράσαι σοι καὶ πόλει πολλὰ ξένα,
2210 Ὡς καινὰ πάντα θαυμάτων τ' ἐπάξια,
Ἅπερ νέκυς δέδειχεν, οὐ νύκτωρ φύλαξ
Ἐγὼ τέταγμαι, καὶ νῦν εἰσέτι τρέμω·
Ὥστ' εἰ παρῆσθα, τοῦτον ὃν τάχ' ὡς νέκυν
Ἡμᾶς φυλάττειν ἐξέπεμψας τῷ τάφῳ,
2215 Εὐχαῖσιν ἂν μετῆλθες, εἰσορῶν ξένα.
Θέλω δ' ἀκοῦσαι πρῶτον, σοὶ παῤῥησίᾳ

Nunt. Turma custodum, quæ per totam noctem remanserat,
Et diligenti sollicitudine super tumulum invigilaverat,
Nunc cum tumultu nocte diffluens,
Ad sacerdotes cum maximo tremore cucurrit,
2195 Visaque est novum rumorem amicis manifestare.
Nuntii autem nocturni valde horrescebant.
Neque frustra reformidavit cohors;
Timoris autem causam præter spem didici,
Noctu in urbem intra muros ingressus:
2200 Eaque cognita, accessi placido gressu,
Et a tergo cohortis sermones audivi.
Illa autem sic loquta est cum audacia trepida
Ambage multa, stupenda quæ ad sepulcrum contigerant.
Dixit igitur, dixit ad presbyteros,
2205 Et principes sacerdotum, cædis auctores,
Congregatos et ea de re consulentes:
« O vos qui horrendam cædem perpetrastis,
Scribarum et seniorum cœtus,
Venio vobis et urbi nuntiare plura stupenda,
2210 Quatenus omnino nova et prodigiis accensenda,
Quæ mortuus ostendit, cujus noctu custos
Ego delectus sum, et nunc adhuc exhorreo:
Quod si adfuisses, hunc ipsum quem ut mortuum
Ad custodiendum in tumulo nos misisti,
1334-1335 2215 Tuis precibus obsecrasses, hæc inaudita videns.
Sed cupio primum audire, utrum tibi libere

2205 *Μακρηγορῶν*. Reg. H, 11, λαβραγορῶν. Ibid. *θάμβη τοῦ τάφου*. Alii legunt θάμβει τοῦ τάφου.

2209 *Ἥκω φράσαι*, etc. Ita fere *Baech.* vers. 665, etc., nuntius Pentheum alloquitur:

Ἥκω φράσαι σοι καὶ πόλει χρῄζων, ἄναξ,
Ὡς δεινὰ δρῶσι, θαυμάτων τε κρείσσονα.

Venio cupiens nuntiare tibi et urbi, o rex,
Quam dira faciant, et miraculum superantia.

2216 *Θέλω δ' ἀκοῦσαι πρῶτον*, etc. Forte πότερον, ut apud Eurip. *Baech.* vers. 667, etc., unde hæc desumpsit auctor noster:

Θέλω δ' ἀκοῦσαι πότερά σοι παῤῥησίᾳ
Φράσω τἀκεῖθεν, ἢ λόγον στείλωμεθα.
Τὸ γὰρ τάχος σου τῶν φρενῶν δέδοικ', ἄναξ,
Καὶ τοὐξύθυμον, καὶ τὸ βασιλικὸν λίαν.

Sed cupio audire utrum tibi libere
Dicam res illic gestas, an sermonem contrahere [*debeamus.*
Metuo enim celeritatem animi tui, o rex,
Et iracundiam, et mores nimium tyrannicos.

METRICA VERSIO.

Nunt. Qui nocte tota perstitit custos vigil,
Et diligenter providens tumulo astitit,
Modo per tumultum nocte densa confluens,
Sese ad sacerdotes citissimo intulit
Cursu, novum tunc nescio quid creditus
Aperire amicis: quin et ipse maximo
Horrore tactus excubitor, et quæ cohors
Assedit, omnis non quidem abs re expallnit:
Palloris autem causa quæ foret, meam
Spem præter ipse ingressus urbis mœnia,
Cognovi, eaque cognita placido gradu
Veni, cohortis omnia a tergo audiens
Quæ verba firma non satis fiducia,
Ambage multa, præ stupore illa implicans,

B Proferret. Ergo hæc ad sacerdotum gregem
Senumque turbam, cædis auctorem, locum
Coactam in unum ut quidpiam decerneret,
Effatus: « O vos turba scribarum et senum,
Qui cæde dira perpetrata, sanguine
Vos polluistis, adsum, ut et vobis, et huic
Urbi recludam multa inaudita, et nova,
Et mira, morte quæ modo exstinctus dedit,
Is cujus ego sum nocte delectus vigil
Custosque, quem nunc propter etiam exhorreo:
Quod si adfuisses, tu quidem cui et mortuo
Nos compulisti assistere ad tumulum, et eum
Servare, cernens quod novum est atque insolens,
Adortus esses hunc precibus. At id volo

Φράσω τἀκεῖθεν, ἢ λόγον στειλώμεθα.
Ταρβῶ γὰρ εἰπεῖν σοὺς λόγους ἐναντίον
Πρὸς τὸν τύραννον, τὸ φρενῶν πτήσσων τάχος,
Τό τ' ὀξύθυμον, καὶ τὸ λίαν ἠρμένον. »
Ταῦθ' ἡ φάλαγξ ἔφησε πρὸς πρεσβυτέρους.
Οἱ δὲ στραφέντες καθ' ἑαυτοὺς, τοιάδε
Ἔλεξαν ἄμφω, καὶ προσεῖπον ἀθλίως·
« Ἤδη τόδ' ἐγγὺς ὥσπερ πῦρ ἐφάπτεται
Ὑβρισμ' Ἰησοῦ, νῦν φόβος θ' ἡμῖν μέγας.
Ἀλλ' οὐ μένειν δεῖ, δεξιοῦσθαι δὲ στρατόν. »
Ἂ δὲ στραφέντες πρὸς φάλαγγ' εἶπον τάδε·
« Ἄκουε, φάλαγξ, ὡς ἔχω γνώμης ἐγὼ,
Χ' ὅσ' οὐ κατὰ γνώμην ἐρεῖν ἡμῶν ἔχεις,
Κρύφθ'· ὡς ἀθῶος δι' ἐμοῦ πάντων ἔσῃ,

A Ἐροῦσ' ὀπαδοὺς τὸν νέκυν κλέψαι λάθρα.
Δώσω δέ σοι καὶ δῶρ', ἃ καλλιστεύεται.
Οὐ γὰρ χρεὼν ἄνακτι ταῦτά σε φράσαι,
Ἃ πρὸς κλέος ῥέπουσι τοῦ τεθαμμένου,
Ἄμμιν δὲ κατήφειαν εἰσφέρουσί που,
Ὄχλου τε θυμὸν ὑπανάπτουσι σφίσι,
Πάντων τ' ἀγανάκτησιν εἰς ἡμᾶς ἔχει. »
Ἦδ' ἀντέφησεν ἡ φάλαγξ τῶν φυλάκων·
« Ἐγὼ μὲν οὐκ ἐρῶ τι τῶν ἐγνασμένων,
Ἐπεὶ δοκεῖ σοι, καί με ῥύεσθαι λέγεις
Πρὸς τὸν τύραννον· σοὶ δ' ὅμως εἰρήσεται.
Ταφεὶς ὅδ' ἦσσων οὐδενὸς Θεοῦ δοκεῖ,
Ἐξ ὧν τε πρὶν πέπραχε καὶ νῦν θαυμάτων
Ὃς ἐξαναστὰς κειμένου λίθου τάφῳ,

Dicam ea quæ illic gesta sunt, an sermonem contrahere debeamus.
Metuo enim his sermonibus alloqui infensum
Tyrannum, animi ipsius celeritatem reformidans,
Et iracundiam, et mores nimium superbos. »
Hæc ad seniores dixit phalanx.
Illi autem ad semetipsos conversi, ista
Dixerunt mutuo, secum invicem misere colloquentes :
« Jamjam prope ut ignis succenditur
Injuria Jesu facta, nobisque ingens nunc incutitur metus.
Verum nulla sit mora ; milites bene excipiamus. »
Rursus conversi ad phalangem hæc dixerunt :
« Audite, milites, quæ nostra sit sententia :
Quæcunque ex mente nostra loqui non potestis,
Tegite ; quia, quantum in me erit, prorsus eritis innoxii,
Cum dixeritis discipulos clam mortuum furatos fuisse.
Dabimus autem vobis munera præstantissima.
Neque enim oportet præsidi ista te nuntiare,
Quæ ad sepulti gloriam vergant,
Nobis autem pudorem inurant,
Et plebis furorem valde accendant,
Omniumque indignationem contra nos excitent. »
Custodum vero turma respondit :
« Nihil eorum, quæ mihi sunt cognita, dicam,
Siquidem ita vobis videtur, et me immunem fore dicitis
Apud præsidem ; sed tamen vobis dicentur.
Qui sepultus fuit, minime Deo inferior videtur,
Ex iis quæ antea patravit, et ex miraculis recens editis,
Qui de sepulcro, cui lapis erat impositus, sese exserens,

2229 *Χ' ὅσ' οὐ κατὰ γνώμην ἐρεῖν ἡμῶν ἔχεις.* Ita habent duo Regii. Editi vero sic eumdem versum exhibent : Εἰ τὰ κατὰ γνώμην ἐρεῖν ἡμᾶς ἔχεις. Ita fere infra vers. 2270.

2230 *Ὡς ἀθῶος δι' ἐμοῦ*, etc. Ita fere loquitur Pentheus *Bacch.* vers. 671, ut nuntio loquendi fiduciam ingerat :

Λέγ', ὡς ἀθῶος ἐξ ἐμοῦ πάντως ἔσῃ.
Dicito, quia quod ad me attinet, prorsus eris sine [*pœna.*

2232 *Δώσω δέ σοι*, etc. Ita pariter legitur supra vers. 764 et 1970, etc.

2241 *Ἤδος τὸν τύραννον*, etc. Ita fere *Bacch.* vers. 774 :

Ταρβῶ μὲν εἰπεῖν τοὺς λόγους ἐλευθέρους
Ἐς τὸν τύραννον, ἀλλ' ὅμως εἰρήσεται·
Διόνυσος ἥσσων οὐδενὸς θεῶν ἔφυ.
Metuo quidem libera verba dicere
Ad tyrannum, sed tamen hæc dicentur :
Bacchus inferior nullo deorum est.

METRICA VERSIO.

Audire primum, libere an detur mihi
Narrare quæ illic facta sunt, an quidquid est
Silentio premere : metuo enim dicere
Coram tyranno, pertimescens impetum
Subitum, et ferocem pectoris superbiam,
Iramque nimiam. » Hæc ad senum turbam phalanx.
At hi susurro colloquentes mutuo,
Hæc inserebant expaventes, leniter :
« Injusta Jesu insontis hæc mactatio,
Ingens ut ignis nunc quasi succenditur,
Non parvus unde nos maneat omnes timor.
Ergo mora omni nunc adempta, exercitus
Prensandus omnis. » Rursus ad vigilum manum
Ora referentes ista dixere : « O phalanx,
Audito quod ego te velim : si dicere
Quæ grata nobis sunt potes, ne detege
Rem : quidquid inde poterit esse incommodi

B Damnique, nos præstabimus, si diveris
Apostolorum clanculum ablatum manu
Cadaver : addam dona quæ tu censeas
Æquanda nullis. Proinde non est, principi
Quod efferas aliquid quod ad laudem queat
Verti sepulti, et omnibus nobis paret
Quod ad dolorem vergat, et populi animum
In nos furentem et turbulentum concitet. »
Custodum ad illa sic cohors : « Quando id placet,
Et apud tyrannum quidquid hinc culpæ est mihi
Præstas, eorum nota quæ mihi, nihil
Narrabo ; nam mox illa dicentur tibi.
Hic qui sepultus non Deo ipso creditur
Minor, vel illis rebus omnibus prius
Quas fecit olim, vel recens miraculis
Nunc editis, qui de sepulcro se exserens
Quod grande saxum obstruxerat, manentibus

Καὶ τῶν σφραγίδων ἐμμενουσῶν εἰσέτι,
Ἡμῶν τ' ἀΰπνων ἐγκαθημένων κύκλῳ,
Τὰ πάντα κατηύγασεν, ἡμᾶς δὲ τρόμῳ,
Ὡσεὶ νεκροὺς τέθεικεν, ἐκπεπληγμένους.
Γῆς γεῖσσ' ἐσαλεύθη γὰρ ἀσχέτῳ τρόμῳ,
Λίφνης δ' ὁ λίθος ἐκκεκύλισται τάφου·
Καὶ τοῦτο δ', ὡς ἔοικεν, ὡς δ' ὁρᾷν ἔχω,
Συνιέναι τε πάνθ', ἑώρων τὸν τάφον·
Ἐκ δ' αἰθέρος φωνή τις, ὡς μὲν εἰκάσαι,
Θεὸς Πατὴρ ἦχησεν ἐν φωνῇ ξένῃ.
Ταύτῃ θ' ἅμ' ἐβρόντησε, καὶ πρὸς τὸν πόλον
Καὶ γαῖαν ἐστήριξε φῶς σεμνοῦ πυρός·
Σίγησε δ' αἰθήρ, σιγᾷ δ' ὕλιμος νάπη
Φύλλ' εἶχε, καί που τ' οὐκ ἂν ἤκουσας ψόφον.
Τὸν ἄνδρα γοῦν τόνδ', ὅστις ἐστὶν, ὦ φίλοι,
Δέχεσθε κἂν νῦν· πάντα γὰρ δοκεῖ μέγας.
Κἀκεῖνό φασιν, αὐτὸν, ὡς ἐγὼ κλύω,
Τὴν παυσίκακον δωτίνην δοῦναι βροτοῖς,
Καὶ τοῦδ' ἄνευ μηδὲν καλόν τ' εἶναί ποτε,
Μήτ' αὖ γενέσθαι· κἂν ἀληθεύῃ λόγος.
Θύοιμ' ἂν αὐτῷ μᾶλλον, ἢ θυμούμενος
Πρὸς κέντρα λακτίζοιμι, θνητὸς ὢν Θεῷ. »
Sacr. ἀρχ. « Σὺ πόλλ' ὕπνωσας, καὶ λαλεῖς ὀνείρατα.
Ἔκλεψαν, ὡς ὕπνωσας, μύσται τὸν νέκυν,
Καὶ τοῦτο πρὸς τύραννον εἶπὲ κεἰ μόνον.
Ὁ δ' οὐ καταθύμιον ἡμῖν, σὺ σίγα,

2245 Sigillis adhuc integris remanentibus,
Nobisque circa vigilibus,
Omnia illustravit, nos autem tremore
Perculsos, ut mortuos posuit.
Terræ enim fundamenta inaudito motu concussa sunt,
2250 Statim lapis a monumento revolutus fuit :
1336-1337 Atque ut istud videtur, et quantum assequi possum,
Et omnia intelligere, cernebam tumulum :
Ex æthere autem exsiliit vox aliqua, et, ut suspicor,
Deus Pater inusitata voce intonuit.
2255 Hac autem simul intonuit, et ad cœlum
Et terram firmum emisit fulgorem sacri ignis :
Siluit autem æther, taciteque nemus frondosum
Folia continuit, nec ullum audivisses sonum.
Hunc igitur hominem, quisquis sit, amici,
2260 Excipite nunc ; prorsus enim videtur magnus.
Quin et hoc dicunt ipsum, ut audio,
Propulsatricem malorum gratiam hominibus largiri,
Et absque illo nihil unquam boni esse,
Neque unquam fuisse : et si verus esset sermo,
2265 Potius illi sacrificarem, quam furens
Calcitrarem adversus stimulum, Deo pugnans mortalis. »
Cong. Pont. « Tu multum obdormisti, et somnia loqueris.
Discipuli, dum somno indulgebas, mortuum furati sunt
Et id unum præsidi loquere.
2270 Quæ autem minime nobis sunt jucunda, sile,

2252 *Συνιέναι*, etc. Ita Regg. duo. Editi συνέναι.
2255 *Ταύτῃ θ' ἅμ' ἐβρόντησε*, etc. Sic *Bacch.* vers. 1080, etc., nuntius de Baccho hæc ait :
Καὶ ταῦθ' ἅμ' ἠγόρευε, καὶ πρὸς οὐρανὸν
Καὶ γαῖαν ἐστήριξε φῶς σεμνοῦ πυρός·
Σίγησε δ' αἰθὴρ, σιγᾷ δ' εὔλειμος νάπη
Φύλλ' εἶχε, θηρῶν δ' οὐκ ἂν ἤκουσας βοήν.
Hæc autem simul dixit, et ad cœlum
Et terram firmum emisit fulgorem sacri ignis ;
Tacuit autem æther, nemusque frondiferum tacite
Folia continuit, nec audivisses ferarum vocem.
2259 *Τὸν ἄνδρα*, etc. Ita fere *Bacch.* vers. 768, etc., nuntius Pentheo vult suadere, ut Bacchum tanquam deum recipiat :
Τὸν δαίμον' οὖν τόνδ', ὅστις ἔστ', ὦ δέσποτα,
Δέχου πόλει τῇδ', ὡς τά τ' ἄλλ' ἐστὶν μέγας.
Deum igitur hunc, quisquis est, o domine,
Recipe in istam civitatem, quia et in reliquis magnus est.
2261 *Κἀκεῖνό φασιν*, etc. Ita fere ibid. vers. 770 de Baccho :
Κἀκεῖνό φασιν αὐτὸν, ὡς ἐγὼ κλύω
Τὴν παυσίλυπον ἄμπελον δοῦναι βροτοῖς.
Et illud aiunt ipsum, ut ego audio,
Curarum sedatricem vitem dedisse mortalibus.
2265 *Θύοιμ' ἂν αὐτῷ*, etc. Ita Reg. H, m. Editi θύοιμ' ἂν αὐτόν. Sic ibid. nuntius hortatur Pentheum ipsismet verbis, ut Baccho præstet obsequium.

METRICA VERSIO.

A Etiam sigillis, obsidentibus locum
Vigili oculorum lumine in gyrum, omnia
Fulgore complevit, novo tum nos metu
Exanimavit omnes. Terra ab imo funditus
Convulsa fundo contremuit, ingens lapis
Statim a sepulcro devolutus corruit :
Quodque adeo veri simile, quantumque assequi
Possum et videre, urnam videbam ; ex æthere
Mox sparsa quædam vox, et ut ego suspicor,
Deus ipse sonuit voce non solita Pater.
Cœleste tonitru vocis auditæ comes,
Et flamma fulsit ignis in terram sacri :
Continuit æther spiritum, densum nemus
Repressit omnem frondium auram, ut nuspiam
Obortus esset strepitus. Hunc ergo virum
B Recipite, quisquis est, amici, numine,
Quantum videtur, qui potest quam plurimum.
Quin hoc et aiunt, ipse ut audio, hominibus
Hunc vim dare illam quæ mala premat omnia,
Quo sine secundum nil sit, olim nec fuit.
Si certa fama teste vero spargitur,
Ego sacra facerem potius illi, quam Deo
Pugnans, furore percitus, contra datum
Stimulum agerem calces. » *Cong. pont.* « Profundus te sopor
Tunc occupavit : ista sunt mera omnia
Somnia. Sepulto te sopore, mortui
Clam corpus ipsi sustulere apostoli :
Sic est, et istud te tyranno dicere
Tantum unum oportet. Ergo tu tace interim,

Σιγῶν δὲ τοῦτο, δεξιώσεις σὺ λάθῃς.
Ἢ γοῦν ἑκόντες ἐπράσατε τὸν νέκυν,
Κἂν μὴ σιγήσῃς, τοῦτο τύραννος μάθῃ. »
Phil. « Πείθῃ μὲν οὐδὲν τῶν ἐμῶν κλύειν λόγων ·
Ἐγὼ δὲ, καίπερ πρὸς σέθεν κακῶς κλύων,
Οὔ φημι χρῆναι κατεπαίρεσθαί σ' ἔτι,
Ἀλλ' ἡσυχάζειν · οὐ γὰρ ἂν ἀνέξεται.
Ὡς δ' οὐδὲν ἐπράσαμεν, ἡ σφραγὶς μόνη
Ἔδειξε σαφῶς, καὶ πρόφασιν οὐκ ἔχεις·
Τηρουμένης γὰρ, κειμένου τε τοῦ λίθου,
Ὦ θαῦμα καινὸν, ἐξανέστη τοῦ τάφου. »
Syn. arch. « Ἓα τὰ πολλὰ, καὶ δέχου τὰς δωτίνας. »
Phil. « Ἐπείπερ οὐ πείθῃ σὺ τοῖς ἐμοῖς λόγοις,
Ἔγωγε τοῖς σοῖς, ὡς λέγεις, πεισθήσομαι.

A 2285 Σὺ δὲ σκόπει τὸ, πῶς με τυράννου ῥύσῃ. »
Syn. arch. « Μή σοι μέλησις τοῦδέ τις ἔστω πέρι.
Πείσω γὰρ αὐτὸν νῦν φρονεῖν ἀδελφά σοι,
Ὡς ἐγγενῆ σοι, καὶ χθονὸς τῶν Αὐσόνων.
Ἀλλ' ἀπίω μὲν τάχιον · μή σοι δέος.
2290 Ἐρεῖς δέ · Μύσται τοῦδε, νυκτέρῳ ποδὶ,
Λαθόντες ὄμμα τοὐμὸν, ἦραν τὸν νέκυν. »
Phil. « Ἰώ μοι, ἰώ, αἲ, αἲ ! »
Pilat. « Τίς ἐστιν, ὃς θρηνῶν γοῶν τ' ἔξω στένει; »
Syn. arch. « Φάλαγξ φυλάκων τοῦ κατακρίτου νεκροῦ,
2295 Ἄναξ, πάρεστι, καὶ φόβῳ πολλῷ στένει. »
Pilat. « Εἰς καιρὸν ἥκεις, καίπερ ἐμφαίνουσά τι.
Τί γὰρ, τί θρηνοῦσ' ἀλαλάζει καὶ στένει;
Τίνος θ' ἕκητι τὸν φόβον φέρει; λέγε. »

Et in gratiam hujus silentii munera accipies.
Profecto mortuum sponte vendidisti;
Et nisi tacueritis, illud ediscet præses. »
Cust. « Eo non adduceris ut meos auscultes sermones:
2275 Ego vero, quamvis apud te male audiam,
Dico te non debere adhuc efferre,
Sed quiescere; non enim tolerabit.
Nos autem minime vendidisse, sigillum solum
Manifeste ostendit, nullamque habes criminandi ansam.
2280 Sigillo enim illæso, superimposito lapide,
O novum prodigium, e sepulcro surrexit. »
Cong. Pont. « Omitte plura: excipe munera. »
Cust. « Cum meis sermonibus nolis obtemperare,
Tuis ipsemet, ut dicis, persuadebor.
2285 Vide autem, quomodo me a præside liberaveris. »
1338-1339 *Cong. Pont.* « Minime sis sollicitus qualiter circa istud sit affectus.
Suadebo enim ipsum, ut tibi amica sentiat,
Cum sit tibi affinis, et ex Ausonia tellure ortus.
Verum celeriter abeo; nihil metuas.
2290 Dices autem: Illius discipuli, nocturno pede,
Latentes oculum meum, mortuum sustulerunt. »
Cust. « Hei mihi misero! ah, ah, ah! »
Pilat. « Quis ille qui ad fores ingemit et luget? »
Cong. Pont. « Milites qui morte afflicti corpus custodiebant,
2295 Adsunt, præses, et præ maximo metu suspirant. »
Pilat. « Opportune venis, licet indicans nescio quid.
Cur isti flentes ejulant et ingemiscunt?
Quæ causa tanti metus? dic. »

2271 *Σὺ λάθῃς.* Reg. II, n, νῦν λάθῃς.
2274 *Πείθῃ μὲν οὐδέν*, etc. Ibid. vers. 786 :
Πείθῃ μὲν οὐδὲν τῶν ἐμῶν λόγων κλύων,
Πενθεῦ. Κακῶς δὲ πρὸς σέθεν πάσχων, ὅμως
Οὔ φημι χρῆναί σ' ὅπλ' ἐπαίρεσθαι θεῷ,
Ἀλλ' ἡσυχάζειν. Βρομίος οὐκ ἀνέξεται.
Nihil quidem obtemperas audiens meos sermones,
Penthen. Male vero a te quamvis tracter, tamen
Dico te non debere arma inferre deo,
Sed quiescere. Bromius enim non patietur, etc.
2291 *Λαθόντες ὄμμα*, etc. Ita fere *Rhes.* vers. 54, Hector de Græcis loquitur :
Λαθόντες ὄμμα τοὐμὸν, αἴρεσθαι φυγὴν
Μέλλουσι.....
Latentes conspectum meum, arripere fugam
Statuerunt.

METRICA VERSIO.

Accepta nobis quæ minus sentis; tacens
Munus etiam grande auferes, licet tamen
Tu sponte corpus vendideris: at si palam
Feceris, id a te jam tyrannus audiet. »
Cust. « Ut multa dicam, non tibi persuadeo:
Ego tamen, a te nunc licet male audiam,
Hoc dico, jam non esse quod in posterum
Sic efferas te, paululum sed comprimas.
Nam quis ferat te? corpus autem venditum
Non esse nobis vel palam istud indicat,
Ut nil rependas, integrum quod cernitur
Sigillum. Eo ipso nam integro, et lapide super
Posito, stupendum o omnibus miraculum,
Surrexit e sepulcro. » *Cong. Pont.* « Omitte plurima
Hæc verba: dona, quæ tibi dantur, cape. »
Cust. « Quando meis tu non sinis dictis locum,

B Tuis, ut ipse dicis, obsequar: vide
Sed gnaviter, qui me a tyranno liberes. »
Cong. Pont. « Hæc cura nil te reddat hac in re anxium.
Efficiam ut in te fratris affectum induat,
Gentilis ut qui sit tibi terra Ausonum
Pronatus. Ergo abeamus ocius; interim
Ne quid timeto; verum id unum dicito:
In nocte multa clanculum, et tacito pede,
Me nescio, corpus tulere apostoli. »
Cust. « Hei mihi misero, ah, ah, ah! »
Pilat. « Quis ille, qui flens ad fores sic ingemit? »
Cong. Pont. « Illa ipsa certe est mortui custodia.
Adest, o princeps, et metu præ maximo
Suspirat. » *Pilat.* « Opportune ades, licet indicans
Nescio quid ore. Quidnam ea ejulans dolet
Gemitque? fare: causa quæ tanti metus? »

Συν. ἀρχ. « Αὐτοὶ παρόντες τοὺς λόγους ποιησάτων. »
2300 *Φυλ.* « Μύσται γὰρ, ἄναξ, τοῦδε, νυκτέρῳ ποδὶ,
Λαθόντες ὄμμα τοὐμὸν, ἥραν τὸν νέκυν. »
Πιλάτ. « Πῶς, ὦ μέγιστα πήματ' ἐξειργασμένοι,
Μύσται μολόντες εἰς τάφον εἰσίεσαν,
Ὑμᾶς λαθόντες, καὶ νέκυν ἁφήρπασαν,
2305 Κοὔτ' εἰσιόντας πρὸς τάφον συνήκατε,
Οὔτ' ἐξιόντας; τῶνδε τίς τίσει δίκην
Πλὴν σοῦ; σὲ γὰρ φύλακά φημ' εἶναι τάφου·
Ὀφλεῖν τέθεικας τοῖς βροτοῖς γέλωτά με,
Πρὸς αἰσχύνῃ δὲ καὶ δίκην τίσω φόνου.
2310 Κλέπται σ' ἔλαθον, ἐγγελῶντες πολλά μοι;
Τίς γὰρ πρόφασις τοῦ νεκρὸν κλέψαι δέμας;
Πῶς δ' ἂν ἐτόλμων φυλάκων μέσον τόσων,

A Οὓς φασι καὶ φῶς λαμπάδων πυρὸς φέρειν
(Καὶ τῶνδ' ἄνευ δὲ πανσέληνος νὺξ τρέχει),
2315 Ἐλθεῖν τρέμοντας, καὶ κυλίσαι τὸν λίθον,
Ὃν ἀπονητὶ στρατὸς οὐκ ἔθηγ' ὅσος,
Τέθεικέ τε σφραγῖδας ἐκτὸς τοῦ λίθου,
Ἱλαδὸν ὑμῖν, καὶ χορὸς πρεσβυτέρων;
Οὐκ οἶδα μύστας, οὓς νέκυν κλέψαι λέγεις.
2320 Σὺ τοῦτ' ἔδρασας· οὐδὲν ἂν δεξαίμεθα·
Γνώμην δ' ἀφαιρῇ τὴν ἐμὴν, πλάττων λόγους.
Ἀλλ' οὖν μακροῦ σοι καὶ σφοδροῦ δέῃ λόγου,
Ὅτῳ με πείσεις μὴ λέγειν ψευδηγόρως.
Οὐ γὰρ μένουσι τῆς ἀληθείας λόγοι·
2325 Ἀλλὰ τρέπουσι τοὺς λόγους βουλεύματα,
Οὐδ' ἐμμένουσιν οἱ λόγοι βουλεύμασιν. »

Cong. Pont. « Ipsi adsunt : verba faciant. »
2300 *Cust.* « Princeps, illius discipuli, pede nocturno,
Conspectum meum latentes, mortuum sustulerunt. »
Pilat. « Quomodo, o vos qui fecistis maxima mala,
Discipuli accedentes ad tumulum introierunt,
Vobis insciis, et mortuum rapuerunt?
2305 Neque eos tumulum introeuntes animadvertistis,
Neque egredientes! horum quis luet pœnam
Præter te? Te enim tumuli custodem esse dico;
Tu fecisti, ut omnibus hominibus sim ludibrio,
Et præter ignominiam pœnam cædis solvam.
2310 Te fefellerunt fures, mihi multum irridentes?
Quæ autem ratio corpus exanime furandi?
Quomodo ausi sunt, tot in mediis custodibus,
Quos et accensas faces ferre dicunt
(Et aliunde nox decurrit pleno lunæ orbe),
2315 Quomodo ausi sunt pavidi accedere, et lapidem revolvere,
Quem non absque labore tota cohors posuit,
Et cui a foris sigillum posuit,
Confertim vobiscum ipse cœtus seniorum?
Haud discipulos novi, quos mortuum furatos esse ais.
2320 Tu hæc fecisti; neminem recipiemus :
Animum meum decipere conaris, fingens sermones.
Verum tibi opus esset longa et vehementi oratione,
1340·1341 Qua mihi persuaderes te non falsa enarrare.
Non enim tibi constat sermo veritatis;
2325 At sermonibus mutationem afferunt consilia,
Neque consiliis inhærent sermones. »

2300 *Τοῦδε, νυκτέρῳ ποδὶ*, etc. Ita supra vers. 2290, etc.

2302 *Πῶς, ὦ μέγιστα*, etc. Sic apud Eurip. *Rhes.*, Hector gravissimas exercitus custodibus minas intentat, ob cædem Rhesi et istius militum, ipsis insciis, ab Ulysse et Diomede Græcorum exploratoribus. Vide *Rhes.* vers. 808, etc.

2306 *Δίκην. Pœnam*, videlicet, *capitis*. Nec debuit Roill. *ad verberum pœnam* ita restringere : *Cujus in viri tergum*, etc.

2317 *Τέθεικέ τε σφραγῖδας*, etc. Roill. *Mecum obsignavit*; minus recte : non enim Pilatus, sed, ipso permittente, Judæi sepulcrum obsignarunt, Matth. xxvii, 65 : *Ait illis Pilatus : Habetis custodiam, ite, custodite, sicut scitis. Illi autem abeuntes munierunt sepulcrum, signantes lapidem cum custodibus.*

2320 *Σὺ τοῦτ' ἔδρασας*, etc. Sic auriga Rhesi Hectorem incusat, quasi domini sui necis auctorem. Vide vers. 854, etc.

2325 *Ἀλλὰ τρέπουσι τούς*, etc. Male Roill., ut metro serviat : *Sermo mutat consilia.*

METRICA VERSIO.

Cong. Pont. « Quin illi, ut adsunt, quidquid est [edisserant. »
Cust. « In nocte multa apostoli, o rex, clanculum,
Me nesciente, sustulerunt mortuum. »
Pilat. « Et quomodo istud, perditi, tantum mali
Vos intulistis? qui sepulcrum apostoli
Ingressi, ut inde clanculum vi mortuum
Efferre possent? qui neque sepulcrum ingredi
Vidistis, aut exire? cujus in viri
Tergum istud omne, nisi in tuum tandem ex- [petet?
Nam te sepulcri dico custodem; facis
Adeo me eo ipso fabula dignum omnibus;
Quia præter ipsam quæ fuerit infamiam,
Accedet illud, mortis ut pœnas luam.
Et sic habentes despicatui mea
Imperia fures te fefellerunt? Age,

B Quæ causa tandem efferendi mortui,
Custode posito tam frequente? qui, rogo,
Quos ferre dicunt splendidis flammis faces,
Quos ipsa præter luna nocte splendida
Detegeret, ausi istud fuissent, ut locum
In hunc venirent, et manu devolverent
Saxum, quod ipsa tota vix turma addidit,
Et cœtus ipse plurimus mecum senum
Suo sigillo obduxit? Haud apostolos
Novi, quibus tu clam cadaver asseris
Raptum. Tua hæc fraus, nil eorum admisero.
Tu vana fingens, me mea sententia
Dejicere tentas? At tibi longa atque acri
Oratione opus fuerit, ut mihi
Non falsa te narrare persuadeas :
Nam veritatis sermo non constans tibi;
Sed sermo mutat consilia, neque permanet

Phil. « Ὀρθῶς, ἄναξ, εἴρηκας, ὡς τὸ δρᾶμ' ἔχει· A
Ἐγὼ γὰρ ὅμμ' ἄγρυπνον εἶχον εὐφρόνῃ,
Κοὔτ' ἔδριν, οὔτ' ἐκοίμησ', οὐ νὴ σὴν κάραν,
Εἶδόν τε πάντα, καὶ δραμὼν ἦλθον λέγων.
Κἀγὼ μὲν ἦν πρόθυμος ἔννυχος δραμεῖν,
Καί σοι τὸ πᾶν εἰπεῖν τε καὶ φυγεῖν δίκην·
Ἀλλ' οἱ σοφοί γε, καὶ τὸ θεῖον εἰδότες,
Μεῖναί μ' ἔπεισαν ἡμέρας λαμπρὸν φάος·
Οὐ γὰρ φαεννοί μοι συνέσχον ἡλίου
Λαμπτῆρες, ἀλλ' ἔδραμον ἐς σφᾶς αὐτίκα,
Καὶ σφίσιν εἶπον πᾶν ὅραμ', ἄκουσμά τε·
Οἱ δ' οὐ μένουσι τοῖς ἐμοῖς ὀρθοῖς λόγοις. »

Pilat. « Δέδοικα, φάλαγξ, μὴ μάτην ψευδηγορῇς.
Μύσται γὰρ ἦν ἔκλεψαν, οὐκ ἴσμεν τορῶς·
Καὶ γὰρ ὕποπτόν ἐστι κάρτ' ἐμῇ φρενί.
Τί γὰρ ἐναργὲς τοῦδ' ἐρεῖς τεκμήριον; »
Phil. « Ἄναξ, ταχύνεις, πρὶν μαθεῖν τὸ δρώμενον.
Ὁ κλὼψ ἐν ὄρφνῃ πάντα πάμμεγα σθένει.
Ἀλλ' ὡς τάχιστα χρὴ παραγγέλλειν στρατῷ,
Ὡς ἄν τις αὐτῶν καὶ ταχύπους τυγχάνων,
Φάλαγγ' ὑπερβὰς νυκτὸς ἐν καταστάσει,
Ὡς ἐν βρόχοισι δέσμιος λελημμένος,
Πληγαῖς χαραχθείς, ἐκμάθῃ τὸ πρακτέον.
Αἰσχρὸν γὰρ ἡμῖν, καὶ πρὸς αἰσχύνῃ κακόν,

Cust. « Optime locutus es, princeps, quemadmodum res se habent :
Ego enim nocte oculum pervigilem habui,
Neque dormitavi, neque obdormivi, testor tuum caput,
Et cuncta vidi, et nuntius veni illuc currens.
Ego quidem eram promptus noctu accurrere,
Et tibi omnia narrare, et pœnam effugere :
Verum sapientes et divina scientes
Mihi suaserunt exspectare fulgidum diei lumen.
Neque enim me cohibuerunt lucidæ solis
Faces, sed ad illos statim accurri,
Et ipsis dixi quæcunque vidi et audivi :
Ipsi autem meis sermonibus, etsi veris, fidem non adhibent. »
Pilat. « Vereor, cohors, ne hic vanam seras fabulam.
An enim furati fuerint discipuli, non liquide novimus,
Et meo tamen animo res hæc est suspecta.
Ecquod enim manifestum rei affers indicium? »
Cust. « Princeps, properas, priusquam scias quid sit gestum.
Fur nocte plurimum valet.
Verum quam primum oportet indicere exercitui,
Ut quis eorum maxima pedum celeritate fretus,
Cohortem præteriens in silentio noctis,
Veluti in laqueis vinctus deprehensus,
Plagis cæsus, ediscat quid sibi agendum sit.
Turpe enim nobis, et præter turpitudinem damnosum,

2328 *Ἐγὼ γὰρ ὅμμ' ἄγρυπνον*, etc. Ita *Rhes.* vers. 824, chorus se excusat apud Hectorem.

2331 *Κἀγὼ μὲν ἦν*, etc. Sic ibid. vers. 65, etc., Hector fere iisdem vocibus suam alacritatem et dimicandi pruriginem prodit.

2335 *Ἀλλ' οἱ σοφοί γε*, etc. *Sapientes qui Deum noverunt*, scribæ et seniores atque pontifices, qui Christum Pilato crucifigendum tradiderant. Bene minus Roill. : *Qui plus sacra prudentia possunt apud te*, quasi Pilatus Judæorum religioni fuisset addictus. Vide Rhes. vers. 65, etc., ubi eamdem rationem exhibet Hector, cur etiam noctu Græcos non sit adortus.

2338 *Οὐ γὰρ φαεννοί*, etc. Ibid. vers. 59, etc.

2340 *Μύσται γὰρ ἦν ἔκλεψαν*, etc. Ibid. vers. 77, etc., ita chorus Hectori respondet :
Ἄνδρες γὰρ εἰ φεύγουσιν οὐκ ἴσμεν τορῶς,
Οὐκ οἶδ'· ὕποπτον δ' ἐστί κάρτ' ἐμοὶ φρενί.
An enim viri Græci fugiant, non liquide scimus :
Nescio : meo tamen animo res hæc est valde suspecta.

2342 *Τί γὰρ ἐναργὲς τοῦδ'*. Ita supra vers. 2190, et *Rhes.* vers. 94, Æneas Hectorem interpellat :
Τί τοῦδ' ἂν εἴποις ἀσφαλὲς τεκμήριον;
Quod hujus rei dicere potes certum signum?

2343 *Ἄναξ, ταχύνεις*, etc. Ibid. vers. 76, chorus Hectorem nimium properantem moratur :
Ἕκτορ, ταχύνεις, πρὶν μαθεῖν τὸ δρώμενον.
Hector, properas, priusquam scias quid agatur.

2344 *Ὁ κλὼψ ἐν ὄρφνῃ*, etc. Ibid. vers. 69 Hector :
. . . Ἐν ὄρφνῃ δραπέτης μέγα σθένει.
. . . *Noctu fugitivus multum valet.*

2345 *Ἀλλ' ὡς τάχιστα χρή*, etc. Ibid. vers. 70.

2348 *Ὡς ἐν βρόχοισι*, etc. Ibid. vers. 74, etc. Vide etiam vers. 72 et 73, quos eo loci proprios quodam modo sibi fecit auctor noster.

2350 *Αἰσχρὸν γὰρ ἡμῖν*, etc. Sic ibid. vers. 102, etc. Hector :
Αἰσχρὸν γὰρ ἡμῖν, καὶ πρὸς αἰσχύνῃ κακόν,

METRICA VERSIO.

Consilio in uno quod semel cœptum est loqui. »
Cust. « Nam noctem ego insomnem integram vigil, B
Nihilque stertens, testor hoc tuum caput,
Et cuncta vidi, et nuntius veni illico,
Necnon paratus nocte multa veneram,
Ut rem tibi omnem detegens, pœnam quoque
Vitarem : at hi qui plus sacra prudentia
Possunt apud te, me impulere ut splendidam
Lucem operirer solis. At non me tamen
Oppressit altus lucidi Phœbi nitor,
Quin cursu anhelo protinus me contuli
Illos ad ipsos, indicans quidquid mihi
Et visum et auditum fuisset : nil mihi
Tamen acquiescunt, vera cum narrem omnia. »

Pilat. « Vereor, o custos, ne mihi vanam hic seras
Inutilemque fabulam : nam non adhuc
Id constat etiam, situe corpus apostolis
Sublatum, et ipsa res tamen valde mihi
Suspecta : sed quid ad fidem hujus afferes? »
Cust. « Præceps nimis es, o rex, priusquam rem audias
Ut gesta ; nocte quahbet nil non potest
Fur grande. Verum id, ut reor, primum expedit,
Ut si quis ex his celeritate maxima
Pedum suorum fretus in silentio
Noctis, phalangem præterierit, vinculis
Astrictus et cæsus frequenti verbere,
Ediscat inde quid sibi facto est opus.
Nam turpe nobis illud, atque infamiam.

Θεοῦ διδόντος, ἀνιῶν τις ἀπόνως,
Λαβεῖν ἔᾶσαι δρᾶμα δράσαντας τόσον. »
Hulár. « Οὐκ οἶδα τοὺς σούς, οὓς νεκροῦ φῶρας λέγεις.
Οὐκ οἶδ', ὕποπτόν ἐστιν, ὕποπτον δ' ἐμοί.
2355 Πῶς γὰρ ἂν οἱ φεύγοντες ἔκλεψαν νέκυν,
Ὃν ζῶντα κατέλιπον ἐν πολλῷ φόβῳ;
Οὐδ' ἐς τοσοῦτον ἀφύπνωσεν ἡ φάλαγξ,
Καὶ τῆς φυλακῆς τοῦ τάφου κατεφρόνει,
Οὔθ' οἵδε γ' ἐξήμαρτον εὐτόλμῳ θράσει,
2360 Οὓς κατασεῖσαι καὶ θεραπαίνης ὅπα
Ἔκλυον, ὡς μιν ἀπανήνασθαι φόβῳ. »
Sen. ἀρχ. « Ὁ πάνθ' ἑδραῖος, νῦν κλονῇ τῇ καρδίᾳ,
Καὶ ταῦτα κλύων, πάνθ' ὑποπτεύεις μάτην.

Α Εἶθ' ἦσθ' ἀνὴρ πρόβουλος, ὡς δράσαι χερί!
2365 Ἀλλ' οὐ γὰρ αὐτὸς πάντα δύνασθαι βροτῶν
Πέφυκεν· ἄλλῳ δ' ἄλλο δίδοται γέρας·
Σοὶ μὲν μάχεσθαι, τοῖσδε δ' αὖ κρύπτ' εἰδέναι.
Ὅς νῦν πυρὸς λαμπτῆρας ἐξήρθης κλύων,
Κλέψαι τ' ἀπιστεῖς τοὺς ὁπαδοὺς τὸν πλάνον·
2370 Ἁπλοῦς ἐπ' ἐχθροῖς μῦθος ὁπλίζειν χέρας. »
Hulár. « Στρατὸν σὺ κλέψας, κἀμὲ πειρᾷ συστρέφειν.
Σὺ πάντ' ἑδρασας· καὶ τὰ λοιπὰ σὺ σκόπει »
Sen. ἀρχ. « Σὺ γοῦν νόμιζε ταῦτ', ἐπείπερ σοὶ δοκεῖ,
Πράττειν ἔχοντι καὶ λέγειν μέγα σθένος. »
2375 Ἄγγ. Τοιαῦτα μαθὼν ἀνόμων τολμήματα,
Τὴν νεκρέγερσιν κατορυσσόντων δόλῳ,

Deo concedente, ut facile vindictam sumamus,
Multos dimittere tanti facinoris reos. »
Pilat. « Nescio tuos mortui raptores, quos dicis;
Non novi; res est suspecta, mihi suspecta.
2355 Quomodo enim fugitivi mortuum furati essent,
Quem viventem præ nimio tremore deseruerunt?
1342 1343 Neque enim adeo gravis sopor habuit custodes,
Neque tumuli custodiam spreverunt,
Neque isti audacia animorum plena deliquere,
2360 Quos et ancillæ vocem eo impulisse
Audivi, ut ipsum præ metu abnegarent. »
Cong. Pont. « Qui in omnibus es ineoncussus, nunc animo fluctuas,
Et hæc audiens, omnia incassum suspicaris.
Utinam esses tam sapiens, quam manu promptus!
2365 Verum nulli homini omnia posse dedit
Natura: alii enim aliud datur munus;
Tibi quidem fortiter pugnare, et aliis abdita nosse.
Qui nunc ignis faces accensas audiens, suspensus es,
Neque putas seductorem a discipulis captum fuisse:
2370 Simplex est oratio: adversus hostes armare manus oportet. »
Pilat. « Tu cohortem lusisti, et me ipsum abducere tentas.
Tu omnia peregisti; quæ supersunt, tu videris. »
Cong. Pont. « Hæc igitur omnia crede, sicut et tibi videtur,
Qui agendi et dicendi vi maxima polles. »
2375 *Nunt.* Cum talem edidicerim audaciam iniquorum,
Qui dolo Christi resurrectionem prorsus obruant,

Θεοῦ διδόντος, πολεμίους ἄνευ μάχης
Φεύγειν ἔᾶσαι. πολλὰ δράσαντας κακά.
Turpe enim nobis, et præter turpitudinem damnosum [*erit,*
Deo concedente, hostes absque pugna
Dimittere fugientes, qui nos affecerunt multis malis.
2359 *Εὐτόλμῳ.* Metrum et sensus postulant ut ita legamus. Editi ἀτόλμῳ.
2364 *Εἶθ' ἦσθ' ἀνὴρ πρόβουλος*, etc. Ita fere Æneas *Rhes.* vers. 105, etc. Hectorem alloquitur: Εἶθ' ἦσθ' ἀνὴρ εὔβουλος, ὡς δράσαι χερί!

Ἀλλ' οὐ γὰρ ὠυτὸς πάντ' ἐπίστασθαι βροτῶν
Πέφυκεν, ἄλλῳ δ' ἄλλο πρόσκειται γέρας·
Σὲ μὲν μάχεσθαι, τούσδε βουλεύειν καλῶς.
Utinam esses tam sapiens, quam es manu promptus!
Verum non unus et idem mortalium omnia scire
Natura potest: alii enim divinitus aliud attributum [*est munus;*
Te quidem pugnare fortiter, alios vero recte consulere [*Deus voluit.*
2370 *Ἁπλοῦς ἐπ' ἐχθροῖς*, etc. Ibid. vers. 84, choro respondet Hector.

METRICA VERSIO.

Ut omnem omittam, maximum malum, Deo
Id jam sinente, ut supplicia facili manu
Merita exigamus, qui grave adeo admiserint
Facinus, inultos leniter dimittere. »
Pilat. « Fures ego illos quos mihi cadaveris
Tu dicis esse, nescio; plane, inquam, ego
Nescio; animo suspecta res valde meo:
Suspecta certe. Nam fugam qui carperent,
Et quomodo illi sustulerunt mortuum,
Quem vivum et ipsi maximo trepidi metu
Liquere? Quid quod non adeo gravis sopor
Custodiam habuit, ut sepulcri sperneret
Coram: nec illi quos vel una ancillula
Audita tantum eo impulisset ut metu
Ipsum abnegarent, id sua ex audacia
Sumpsere tantum. » *Cong. Pont.* « Mirum quod nunc [*fluctues,*
In rebus aliis firmus, atque hæc audiens,
Suspecta nullam ob rem tamen habes omnia.

Β Utinam vir esses providus animo, ac manu
Agende promptus! Sed viro non cuilibet
Natura ab ipsa id est datum ut queat omnia,
Ast aliud alii munus est datum; tibi
Pugnare, at aliis nosse quæ rerum abdita.
Iratus ecquid audiens vultu eies
Ignem furentem, nec putas aliquem ex grege
Sectantium, illum sustulisse clanculum
Et valrom et astutum: manu ut tu vindice
Utaris istud hostibus tantum expetit. »
Pilat. « Tu cum cohortem luseris, id etiam studes
Me abducere? horum causa tu sola omnium:
Quæ reliqua nunc sunt, ipse jam cognoveris. »
Cong. Pont. « Quantum voles tu crede, quando istud [*placet,*
Atque ut loquendi, sic tibi hic primum data
Æqua atque agendi, quod voles, potentia. »
Nunt. Hæc cuncta ndis cum recepissem auribus,
Et perditurum audaciam, qui supprimunt

Ἔδραμον, ὦ Δέσποινα, νῦν σοι μηνύσαι.
Μὴ γοῦν ἀπίστει· πάντ' ἀληθῶς γὰρ κλύεις,
Καὶ πᾶσαν οἶμαι τὴν πόλιν φάμαν φέρειν.
2380 Κουστωδίας γάρ τινες ἐκφέρουσί που,
Καὶ θαῦμα κηρύσσουσιν ἐν μυστηρίοις·
Ἥξουσί σοι πολῖται, καὶ τὸ πᾶν μάθοις.
Θᾶττον γὰρ αὐτὸς ἄγγελος μηνυμάτων
Ἔδραμον, ἐλθεῖν γηθοσύνῳ καρδίᾳ,
2385 Καί σοι κομίσαι χάρμα καὶ θυμηδίαν.
Θεοτό. Εἰς καιρὸν ἥκεις, καὶ χάρις σοι κείσεται·
Εἰς καιρὸν ἥκεις, καίπερ ἀγγέλλων ἄτην
Αὐτῶν γε μᾶλλον ἀνόμων πρεσβυτέρων,
Ψευδῆ τε καὶ μάταια πόλλ' εἰργασμένων

A 2390 Πῶς γὰρ ἂν εἵρξαι τάφος, ἢ σφραγὶς λίθου,
Ἢ φυλάκων φάλαγξ τις, ἀλήπτου Λόγου
Εἰς συγγένειαν Πατρὸς ἀλειφθὲν δέμας;
Ὃ καὶ πρὶν ὤπτο, βαίνων ὑγρὰν, ὡς πέδον,
Τὸν αὐτόῤῥιζον, αὐτοπλάστην Δεσπότην,
2395 Φέροντα τὸν φέροντα πᾶν κράτει·
Ὃς κλεῖθρα παρθένια μηδαμῶς λύσας,
Ἐξῆλθεν, ἀνέτειλεν ἐνθέῳ σθένει·
Οὐ γὰρ κορείης ἄμμα διέλυσέ πως.
Ἔτικτον αὐτὸν, οἶδα δ' ὡς ἐγεινάμην.
2400 Ἡ φυλάκων φάλαγξ δὲ πῶς ἂν ᾔσθετο
Τὴν ἐξέγερσιν τοῦ λαθόντος ἀγγέλους;
Πῶς ἐκ βροτείων αἱμάτων πλάττει δέμας;

Cucurri, Domina, ut istud tibi indicarem.
Ne fidem deneges; quæ enim audis, sunt omnino vera,
Et arbitror hunc rumorem per totam urbem spargi.
2380 Quidam enim custodes etiam hunc efferunt,
Et miraculum in secretis conventibus enuntiant;
Ad te venient cives, et omnia scies.
Celeriter enim ipse nuntius indiciorum
Accurri, animo veniens hilari,
2385 Ut te ipsam suavissima perfundam lætitia.
Deip. Opportune venis, et tibi gratia rependetur,
Opportune venis, quanquam scelus denunties
Ipsorum seniorum valde iniquorum,
Qui plura falsa et vana peregerunt.
2390 Quomodo enim cohibuisset sepulcrum, et lapidis sigillum,
Aut custodum phalanx aliqua, Verbi, quod capi non potest,
1344-1345 Ad cognationem sui Patris unctum corpus?
Dominum qui antea visus est gradiens super aquas, quasi terram,
Qui a se ipso est, sui ipsius auctor,
2395 Ferentem eum, qui omnia virtute sua portat;
Qui virginale claustrum minime rumpens
Egressus est, divina virtute emicuit;
Neque enim virgineum nexum ullo modo solvit.
Eum genui : novi autem quomodo genuerim.
2400 Sed quomodo custodum phalanx eum sensisset
Redivivum, qui ipsos latet angelos?
Quomodo mortali ex sanguine corpus fingit?

2381 *Ἐν μυστηρίοις*, etc. *Obmurmurando clanculum*, ne quid inde sibi noxæ a principibus adsciscant.

2386 *Εἰς καιρὸν ἥκεις*, etc. Ita supra vers. 1867, et *Rhes.* vers. 52, Hector ita choro respondit : Εἰς καιρὸν ἦλθες, καίπερ ἀγγέλλων φόβον. *Opportune venisti, quanquam terrorem denuntians.*

2391 *Ἀλήπτου Λόγου. Verbi quod capi non potest ac comprehendi, qua Patrem cognatione attingit, divina generatione, et ut est Verbum Patris.*

2394 *Τὸν αὐτόῤῥιζον, αὐτοπλάστην Δεσπότην.* Quasi, *qui sui ipse fictor*. vox minus idonea, ut Patris ἄναρχον manifestetur.

2395 *Φέροντα*, etc. Hic versus uno pede deficit.

2399 *Ἔτικτον αὐτόν*, etc. Sæpe recurrit iste versus.

2402 *Πῶς ἐκ βροτείων αἱμάτων. Fingit sibi*, nimirum *assumit*, non quod reddit Roill. : *Qui corpus ipse fingat*, ad excubitorem male referens.

METRICA VERSIO.

Astu doloque ex mortuis Christum excitum,
Vitaque certæ redditum, accurri illico
Ut indicarem, o Domina, quidquid est tibi.
Ergo quod a me suscipis tu nuntio
Id tibi suade, quo nihil sit verius,
Quod credo et ipsam vel per urbem spargere
Famam frequentem, quando custodum ex grege
Non desit et qui vulgus in multum efferat,
Totumque factum prædicans, miraculum
Efficiat illud publicum quod contigit.
Quin civis ore, qui frequens huc venerit,
Rem omnem audies jam : nam primus veni rei
Nuntius, ut essem re nova acceptissimus,
Et gaudio te maximo perfunderem.
Deip. Bene tu quidem advenis, et ejus nomine
Habebo gratiam tibi quam maximam.
Ades optime, inquam, maximi quamvis mali

B Nuntius, at ejus improbas quod in senes
Magis redundet, falsa qui quam plurima
Et vana frustra cogitarunt perdite.
Nam qui sepulcrum turma vigilum, aut additum
Saxo sigillum premeret, et Verbi, capi
Quod mente nulla possit, ad Patris sui
Cognationem corpus unctum, quod mari
Visum ire in ipso, non aliter ac in solo
Firmo, ferenti ex se satum patrem omnium,
Suoque alentem quidquid usquam est numine?
Qui natus ex me, virginis claustro integro,
Emicuit illo qui Deum spirat modo?
Nam nec mihi ille virginis nexum abstulit :
Peperi ego eum ; at quonam modo peperi scio.
Excubitor autem morte qui tandem excitum
Sensisset illum, qui vel ipsos angelos
Latet? satusque sanguine ex mortalium

Πῶς σὰρξ πέφυκεν, ὢν ἄσαρκος, πρὶν Λόγος ;
Πῶς καὶ μένων δὲ σὺν Πατρὶ πρὸς τὸν πόλον.
2405 Ὅλος τε παντὶ, πρός τ' ἐμὴν ἦν γαστέρα ;
Ταῦτ' ἐφρύαξαν ἱερεῖς μάτην φθόνῳ.
Ἡμεῖς δὲ, φίλαι, νῦν δράμωμεν πρὸς τάφον
Στείχωμεν ὡς τάχιστα τοῦ τύμβου πέλας,
Πάντ' ἐξακριβώσωμεν ἀσφαλῶς ἔτι,
2410 Καὶ πάντα δηλώσωμεν, ὡς ἔχει, φίλοις·
Αὐτοί τε συνδραμοῦντες, οἴχονται πλέον.

Χορ. Καὶ μὴν ὁ Πέτρος σὺν Ἰωάννῃ φίλῳ,
Θᾶττον δραμόντες πρὸς τάφον ζωηφόρον,
Καὶ πάντ' ἀκριβώσαντες, εἶπον τοῖς φίλοις,
2415 Ὡς Μάγδαλ' εἶπε Μαρία πιστουμένη,
Πρώτη δραμοῦσα, πάντ' ἀκριβωσαμένη,
Καὶ τὴν κένωσιν μηνύσασα τοῦ τάφου.

A *Θεοτ.* Ναὶ, ναὶ, πρὸ πασῶν ἦδ' ἔδραμεν εἰς τάφον.
Ἐγώ τε ταύτῃ ξυνέδραμον αὐτίκα,
2420 Καὶ τὴν κένωσιν εἶδομεν πρὶν τοῦ τάφου,
Ἄρσιν τ' ἔδειξε τήνδε νεκροῦ φιλτάτου,
Καὶ πρὸς τόπον σώματος ἄλλων που θέσιν.
Ἀλλ' εὐθέως ἔγνωμεν, ὡς τὸ πρᾶγμ' ἔχει,
Καὶ τοῦτο μύσταις Μαρία δραμοῦσ' ἔφη.
2425 Πέτρος δ' ἀναστὰς, ἔδραμε πρὸς τὸν τάφον,
Ξυνέδραμ' αὐτίκα τε μύστης παρθένος,
Εἶδόν θ', ἅπερ εἴρηκε Μαρία σφίσιν.
Αὖ δ' ἄμμες ἐλθεῖν κατόπιν γ' ἐδράμομεν·
Ἐγγὺς δ' ὅμως πάρεστιν ἦδ' ἡ Μαγδάλα,
2430 Φήσειέ τ' αὐτὴ πᾶν ὅραμα δρᾶμά τε.

Μαγδ. Τί φῄς, κόρη Δέσποινα, χάρμα τοῦ γένους ;
Θεοτ. Ἄττα προϊδεῖν, καὶ προειπεῖν τοῖς φίλοις

Quomodo qui carnis expers, ac Verbum prius erat, caro factus est?
Quomodo permanens in cœlo cum Patre suo,
2405 Qui rerum hanc universitatem totus implebat, meo fuit inclusus utero?
Hæc incassum invidia sacerdotes frenduerunt.
Nos vero, amicæ, nunc ad tumulum curramus,
Eamus quam celerrime prope sepulcrum,
Et tuto iterum omnia perscrutemur,
2410 Et ea quatenus se habent, nostris manifestabimus amicis :
Et ipsi simul accurrentes nos antevertunt.
Chor. Et Petrus quidem cum dilecto Joanne,
Festinanter currentes ad tumulum qui vitam in se continet,
Et omnibus diligenter perpensis, dixerunt discipulis,
2415 Quemadmodum et dixit Maria Magdalene, cui fides fuit adhibita,
Quæ prior occurrerat, et omnia sedulo consideraverat,
Et vacuum esse tumulum indicaverat.
Deip. Sane ante alias ista cucurrit ad monumentum,
Et ego illi socia protinus astiti,
2420 Et locum, qui prius erat sepulcrum, vacuum esse vidimus.
Tum sublatum oculis dilectissimi mortui corpus ostendit (angelus),
Et ubi fuerat corpus, alios positos.
Verum statim cognovimus, prout res se habet,
Et istud discipulis Maria properans nuntiavit.
2425 Surgens autem Petrus ad sepulcrum cucurrit,
Et una cucurrit discipulus virgo,
Et viderunt ea quæ ipsis dixerat Maria ;
Et nos iterum eorum vestigia præeuntes accessimus.
Sed prope astat ipsa Magdalene,
1346-1347 2430 Ipsa loquatur, quidquid auditum aut actum fuit.
Magd. Quid ais, Virgo domina, gaudium generis humani?
Deip. Quæcunque te vidisse, et discipulis pertulisse

2405 *Ὅλος τε παντὶ. Qui totus erat in orbe universo*, etc.
2415 *Ζωηφόρον.* Ita supra vers. 1911.
2419 *Ἐγώ τε ταύτῃ*, etc. Quod eo loci ait sancta Virgo, plane confirmat id quod dictum fuit supra not. in vers. 1986.
2422 *Ἄλλων που θέσιν. Alios positos*, nempe duos angelos, ut refert Joan. xx, 12. Editi ἄλλον. Legi etiam posset ἄλλου. *Alia* scilicet *linteamina.*

METRICA VERSIO.

Qui corpus ipse fingat? aut quonam modo
Verbum caro ille visus, expers qui fuit
Carnis? suo qui cum Patre in cœlo manet,
Qui ventre totum bajulans tuli meo?
Hoc propter ipsi exæstuantes perdito
Livore scribæ frenduerunt. Nos tamen,
O charæ amicæ, nos ad urnam denuo
Properemus : accedamus ad tumulum prope ;
Timore posito cuncta noscamus, sinum
Quæ in amicorum congeramus postea,
Ut sese habent. At nos suo cursu quoque
Ipsi antevertunt. *Chor.* Quin et ipse apostolo
Cum juvene casto Petrus ad tumulum ocius
Vitalem ut accessere, et omnia gnaviter
Videre, amicis indicarunt omnibus,
Ut Maria nobis retulit, cui fides
Est habita, prima quæ concurrit omnia
Scrutata, deinde nuntiavit corpore

B Vacuum sepulcrum. *Deip.* Et illa certe prævio
Prævertit omnes cursu ; ego illi protinus
Socia astiti, vacuumque vidi una locum
Sepuleri, et ille qui ad sepulti corporis
Caput sedebat, mortui charissimi
Jamque redivivi signa certa protulit.
Nos ergo primum ut novimus quo se modo
Res ipsa haberet, Maria festino gradu
Properans, idem hoc apostolis dixit, simul
Et Petrus ipse cum juvene casto excitus
Contendit ad sepulcrum, ubi haud alio omnia
Videre, quam quo Maria dixerat modo.
At nos euntes pone, rursus assequi
Dabamus operam. Sed Maria nunc optime
Illa ipsa prope adest, quæ quod auditum simul
Visumque dicet. *Magd.* Quid ais, o castissima
Virgoque generis lætitia nostri, et salus?
Deip. Quæcunque dixi te ante vidisse, et prius

Εἴρηκα. αὐτὴ ταῦτ' ἀπαγγέλλου κόραις.
Μαγδ. Οὕτως ἔχει, Δέσποινα, καθάπερ λέγεις.
Οἶδας γάρ, οἶδας τῷ τάφῳ με πρωΐσαι,
Ὅσα τ' ἔφην, ἔκλυες. Οὐ χρῆμ' αὖ λέγειν,
Ἅπερ ὁραμοῦσα πρὸς πανόλβιον τάφον
Μόνη τὸ πρῶτον, εἶτα σὺν μύσταις δυοῖν,
Κἀκεῖ δακουχέουσα, παρισταμένη
Ἀνιστόρησα, κἀκριβωσάμην τρανῶς.
Λευχειμονοῦντάς τ' εἶδον ἀγγέλους δύο
Ἄνω κάτω τε τοῦ τάφου καθημένους,
Τὸν μὲν κεφαλῇ, τόνδε δ' αὖ πρὸς τοὺς πόδας·
Καὶ τούσδ' ἀπαστράπτοντας ἰδοῦσ' ἐνθέως,
Ἔστην καταπλαγεῖσα χαρᾷ καὶ φόβῳ.
Εἶτ' αὖ δι' ὤτων γῆρυν, οὐκ ἦν εἰκάσαι,
Ἐδεξάμην γε, καὶ μετεστράφην ὁρόμῳ·

Αὐτίκα δ' ἀθρῶ Χριστὸν ἐν καινῇ θέᾳ.
Μορφῇ γὰρ οὐ φαῦλόν τιν' εἰσβαλεῖν ἔφην,
Πιτνῶ τε πρὸς γῆν, καὶ ποδῶν ἐφηπτόμην·
Ὁ δ' ἀπέπεμπε, καὶ φίλοις ἔπεμπέ με·
Καὶ τῶνδ' ἀκούσασ', ὧν ἐμαιόμην μαθεῖν,
Ὡς πρὸς πόλον γ' ἄνειτι καὶ τὸν Πατέρα
(Οὔπω δ' ἀναβέβηκεν, ὡς ἔφη, τέως,
Ἐν γῇ μένων δὲ πρὸς Γαλιλαίαν φίλους,
Ὡς σφίσιν εἶπε, προφθάνει καὶ προσμένει)·
Μύσταις ἅπαντα ταῦτα τοῖς φίλοις ἔφην.
Οἱ δ' οὐδὲν ἡγήσαντο τοὺς ἐμοὺς λόγους,
Ἀλλ' ἦλθον αὐτοὶ πρὸς τάφον ταχυδρόμοι,
Εἶδόν θ', ἅπερ ἔκλυες. Οὐ χρὴ δ' αὖ λέγειν,
Ἅτε ξυνούσης καὶ σέθεν πρὸ βραχέως
Ἔκλυον· ἱστορήσασ', οἶδας παγκάλως.

Ego dixi, hæc ipsa puellis renuntia.
Magd. Res ita se habet, Domina, quemadmodum dicis.
Nosti enim, nosti me ad tumulum prævisse,
Et quidquid dixi, audivisti. Opus non est iterum ea dicere,
Quæ currens ad hunc tumulum omnium bonorum fontem
Sola prior, deinde cum duobus discipulis,
Et ibi uberem lacrymarum copiam fundens, et assidens,
Interrogavi, et diligenter scrutata sum.
Vidi duos angelos vestibus albis indutos,
Supra et infra sepulcrum sedentes,
Hunc ad caput, istum ad pedes :
Et utrumque divinitus radiantes videns,
Steti gaudio simul et tremore perculsa.
Deinde auribus vocem, cui nihil est quod comparare queam,
Excepi, et cursu sum conversa :
Confestim vero sub nova specie Christum conspicio.
Aliquem vero præstantissimum forma exhiberi dixi,
Ad terramque concido, et pedes amplecti gestiebam :
Abnuebat autem ille, et ad discipulos me mittebat ;
Et iis auditis, quæ scire avebam,
Nempe quod ad cœlum et ad Patrem suum redit
(Nondum vero ascendit, ut dixit,
Sed in Galilæam discipulos, in terris degens
Ut ipsis dixit, prævertit, et exspectat) ;
Hæc omnia dilectis discipulis suis nuntiavi.
Illi autem meos sermones nihili pependerunt,
Sed ipsi pernici cursu ad tumulum venerunt,
Et viderunt ea quæ audisti. Sed non opus est ea iterum loqui,
Quæ a temetipsa teste oculata summatim
Audierunt ; cum scisciteta lueris, optime nosti.

2453 *Εἴρηκα. Dixi.* Ita videtur legendum. Edit. autem εἴρηκας.

2441 *Λευχειμονοῦντας.* Ita legendum postulat metrum. Edit. Λευχειμοῦντας.

2449 *Μορφῇ γὰρ οὐ φαῦλον*, etc. Ita fere legitur supra vers. 2095.

2456 *Προσμένει.* Ita legendum videtur. Edit. autem habent προτμένειν.

METRICA VERSIO.

Dixisse amicis, virginum effer in chorum.
Magd. Ut dicis, ita se, Domina, prorsus res habet.
Et testis ipsa, testis es mihi optima,
Venisse mane me ad sepulcrum, et tu tenes
Quæcunque dixi, quæ repetere nil juvat.
Certe beatam sola eum primo urnulam
Cursu attigissem virgine una atque altera
Comitata, fundens lacrymarum copiam
Ingentem, et illic assidens, atque altius
Scrutata cuncta, candidis stolis duos
A parte summa tumuli et infima angelos
Vidi sedentes, hunc quidem ad caput, alterum
Pedes ad ipsos ; quos sine Dei numine
Cum non putarem luce tanta splendidos,
Perculsa simul et gaudio et metu astiti :
Ibi aure vocem non sonantem quidpiam
Mortale penitus hausi, et ad vocem illico
Conversa, Christum conspicor vultu novo :

Ego forma ab ipsa quidpiam non judicans
Vile æstimandum, procido in terram, pedes
Prehendo : at ipse me statim ablegans, suos
Mittit ad amicos, non tamen ab ipso rudem
Eorum, ab ejus ore quæ contenderim
Audire, nempe quod sit in cœlum ad Patrem,
Ut ipse dixit, jam efferendus : nondum enim
Ascendit ille, sed ut amicos antea
Monuit, futurum cursu ut anteverteret
Galilæa in ora, unaque degeret, pede
Hæc ima figens. Omnia hæc apostolis
Detexi : at illi verba nihili pendere
Mea, venientes ad sepulcrum præpete
Celerique cursu, et hæc videntes omnia
Quæ resciisti : nam quid illa juverit
Repetere, quæ tu noris antea optime
Audita? et ipsa tu tenes quæ videris.
Nam prima quando cum tibi charissimis

Τὰ πρὶν γὰρ ἀκρύσασα σὺν φίλαις κόραις,
Θάμβει καταπλαγεῖσ', ἐμοὶ ξυνιέναι
Ξὺν δυσὶν ἄλλαις Μαρίαις φιλουμέναις,
Ἔδραμες ἰδεῖν, ἅπερ ἔκλυες πάρος,
Εἰδές τε πάντα, καὶ σὸν Υἱὸν, ὡς ἔδει.
Ἐγὼ δὲ κλύω καὶ φίλων ἄλλους δύο
Νῦν, ἀπιόντας ὡς πρὸς ἀγρὸν, τόνδ' ἰδεῖν,
Καὶ πάντα μαθεῖν, ὧν μαθεῖν εἶχον πόθον,
Οἳ καὶ τρέχουσι τοῖς φίλοις εἰρηκέναι·
Κἀκεῖ συνελθεῖν θᾶττον ἡμᾶς νῦν δέον.
Ἴσως ἴδωμεν αὖτε καὶ τὸν Δεσπότην.
Ἰδοὺ γὰρ ἤδη καὶ κνέφας τῆς ἑσπέρας.
Δράμωμεν οὖν, δράμωμεν ἦχι τοὺς φίλους
Τὴ νυκτερινὸν συνάγειν οἶμαι κνέφας.
Ἰδοὺ κατειλήφαμεν οἶκον Μαρίας,

A Ὅπη παρεῖναι καὶ φίλους μύστας κλύω,
Ἐντὸς πυλῶν μένοντας ἐγκεκλεισμένους,
Πάντας τρέμοντας τοὺς μιαιφόνους ἔτι.
Καὶ κλεῖθρα πυλῶν ἠσφαλισμένα μένει·
Πῶς δ' εἰσίωμεν, τῶν θυρῶν κεκλεισμένων;
Ἤδη δ' ἔκλυεν, ὑπανοίγει τ' ἠρέμα
Μαρία φίλη, συγκαλεῖ τ' εἰσιέναι.
Ἀλλ' εἰσίωμεν ἡσύχῳ ποδὸς βάσει,
Ὡς μὴ θορυβήσωμεν ἐμφόβους φίλους.
Ἰδοὺ συνηθροίσθημεν ἕνδεκα φίλοις,
Ἄλλοις τε πᾶσι τοῖς συνιοῦσι φίλοις.
Αὖθις δὲ πύλας ἀσφαλίζει Μαρία.
Οὐκοῦν σίγα κλύωμεν αὐτοῦ Κλέοπα·
Πάρεστι καὶ γὰρ, ὡς ὁρῶ, καὶ πόλλ' ἄθει
Τὸν Δεσπότην φῆναί τε καὶ δρᾶσαι σφίσιν,

Cum enim ea prius audieris cum dilectis puellis,
Metu perculsa, te mihi sociam dedisti,
Adhibitis dualus aliis dilectis Mariis,
Cucurristi ad videndum ea quæ prius audieras,
Vidistique omnia, etiam tuum Filium, ut decebat.
Quin et audio duos alios e discipulis
1348-1349 Nunc, cum rus quasi profecti essent, ipsum vidisse,
Et omnia didicisse quæ nosse valde exoptabant,
Qui et currunt, ut cæteris discipulis id eloquantur :
Et illuc nos nunc cito convenire oportet.
Forsitan et rursus Dominum videbimus.
Ecce enim jam et crepusculum vespertinum.
Curramus igitur, curramus, ubi discipulos
Ob nocturnas tenebras congregandos fore arbitror.
En pervenimus ad domum Mariæ,
Ubi dilectos discipulos adesse audio,
Foribus occlusis manentes,
Adhuc omnino a carnificibus metuentes.
Et fores sunt diligenter obseratæ :
Quomodo autem, januis clausis, ingrediemur ?
Jam vero audiit, et sine strepitu aperuit
Dilecta Maria, utque subeamus invitat.
Ingrediamur proinde leni pedum gressu ;
Ne amicis paventibus novum tremorem incutiamus,
Ecce congregatæ sumus undecim discipulis,
Et aliis omnibus qui se ipsis immiscuerunt.
Fores iterum diligenter obserat Maria.
Itaque silenter ipsum audiamus Cleopham ;
Adest enim, ut video, et plura narrat,
Quæ Jesus ipsis dixit et egit,

2469 *Ὡς πρὸς ἀγρόν*, etc. Non bene interpres, *in agrum se contulisse*, ut quidquid est, intelligant, quasi rus petiissent, ut de Jesu audirent et intelligerent, quod neque textus sacer, neque ullus interpretum innuunt.

2487 *Συνηθροίσθημεν*. Mendose ed. συνθροίσθημεν

METRICA VERSIO.

Illa audiisses, attonita mirabili
Hac re novaque, me tibi comite, adhibitis
Mariis duabus, tu cucurristi illico,
Visura certo quæ ante tantum audiveras.
Illinc visa cuncta, visus et tibi tuus,
Ut addecebat, Filius : quin et duos
In agrum amicorum ex grege alios audio
Se contulisse, ut quidquid est, intelligant,
Cernant, et animi de sui sententia
Discant ; et ecce jam futuri nuntii
Ipsis amicis, concito cursu evolant.
Omnes eo nos convenire commodum.
Nam forte nobis Dominus iterum se offeret
Etiam videndum. Et ecce jam micat hesperus,
Instantque tenebræ. Ergo ocius quin tendimus
Quo nunc amicos noctis in caligine
Puto coactos ? En domum pervenimus

B Mariæ, ubi charos audio occlusa fore
Adesse apostolos, timentes scilicet
Adhuc latronum barbaram et diram manum.
Quin et seræ omnes januæ obductæ, et fores ;
Et quomodo autem, foribus occlusis, domus
Patebit aditus ? Audiit certe, et sine
Strepitu reclusit Maria chara clanculum,
Utque subeamus provocat. Quare domum
Suspensa paulatim pedum vestigia
Sensim ferentes, ne metu jam perditos
Turbemus, ingrediamur. En nos undecim
Nobis amicis, et aliis, qui se gregi
Immiscuerunt, congregatæ venimus.
Tu denuo ipsas, Maria, communi fores.
Itaque silentium imperans volo, Cleopham
Nunc audiamus ; namque adest, et plurima,
Ut video, narrat quæ Dominus ipsis palam

Ὅπως τέ μιν συνῆκαν ἄρτου τῇ κλάσει.
Ἄ, ἄ! σίγα, σίγα.
Ἔστηκεν ἰδοὺ Δεσπότης θυρῶν ἔσω,
Ὄντως μεγίστου θαύματος τόδ' ἄξιον.
Πῶς, πῶς πάρεστι, τῶν θυρῶν κεκλεισμένων ;
Τάχ' ὡς ἀνέστη καὶ τάφου κεκλεισμένου,
Καὶ πρὶν προῆλθεν ἐκ πυλῶν τῆς παρθένου,
Ἄλυτα τηρῶν κλεῖθρα μητρὸς πανάγνου.
Χριστ. Εἰρήνη ὑμῖν.
Τί δὴ θροεῖσθε; χεῖρας ἰδοὺ καὶ πόδας,
Αὐτήν τε πλευρὰν τὴν ἐμὴν νενυγμένην
Τρανῶς ἰδόντες, γνῶτέ μ' ὡς ἐγὼ πέλων
Εἶμ' αὐτός· οὐ γὰρ πνεῦμα σάρκα πως ἔχει,
Οὐδ' ὁστέα ξύνεστι τῷ πνεύματί που,
Καθάπερ αὐτὸν νῦν ὁρᾶτ' ἔχοντά με,
Καὶ ψηλαφήσαντές μ' ἴδεσθ', ὡς πάντ' ἔχω.
Καθὼς δ' ὁ Πατὴρ ἐνθάδ' ἀπέσταλκέ με,
Κἀγὼ πέμπω κἀγώ,
Καὶ Πνεῦμ' ἅγιον ἐμπνέω φίλοις ὑμῖν,
Ὅπερ λαβόντες παντὶ κηρύξατέ με
Σὺν Πατρὶ καὶ Πνεύματι τῷ παναγίῳ.
Ἄπιτε γοῦν, ἄπιτε, κήρυκες φίλοι,
Ἄσατ' ἐπινίκι' ἀνὰ πᾶσαν χθόνα,
Καὶ βασιλείους ἀμφιδραμόντες δόμους,
Ἐρεῖτε Δαυΐδου πόλιν, πᾶσ' ὡς ἴδῃ
Σωτήριον τάχιστ' ἀνιόντ' ἐκ τάφου.
Ἔσεσθέ μοι μάρτυρες ἐν πάσῃ χθονί.
Σώσει δ' ἑαυτὸν, ὅς λόγον δεδεγμένος
Ἀσπάσεται βάπτισμα, ῥύσιον λύθρου·
Ὅς δ' ἀποδιώξειε τοὺς ὑμῶν λόγους,
Οὐδ' ὡς ἄπιστος ἐμπέσει κατακρίσει.
Ἐφ' ᾧ δίδωμι Πνεύματος θείου χάριν.
Οὗ δ' ἂν λύσητε δεσμὸν ἁμπλακημάτων,
Καὶ δεσμόλυτος εὑρεθήσεται τότε·

Et quomodo eum in fractione panis cognoverint.
Ah, ah! sile, sile.
Stat ecce Dominus intra fores,
Res vere maxima admiratione digna.
Quomodo, quomodo, foribus occlusis, adest?
Forte, quemadmodum et e sepulcro obsignato surrexit,
Et antea ex virginis alvo prodiit,
Intacta castissimæ matris vincula servans.
Christ. Pax vobis.
Quid obstupescitis? ecce manus et pedes
Ipsumque meum latus perforatum
Clare videntes, agnoscite me, quia ipse
Sum ego; neque enim spiritus ullatenus carnem habet,
Neque ossa spiritui inhærent,
Quemadmodum me ipsum nunc videtis habere,
Et manum admoventes cernitis me omnia habere.
1350-1351 Sicut autem Pater hue me misit,
Ita et vos ego in mundum mitto,
Et vobis, dilecti, Spiritum sanctum insufflo,
Quem accipientes ubique prædicate me,
Cum Patre meo et sancto Spiritu.
Ite igitur, ite, charissimi præcones,
Decantate carmen triumphale per totum orbem terrarum,
Et regias circa domos accurrentes,
Davidis urbi nuntiate, ut tota videat
Sui salvatorem ex tumulo modo redivivum.
Testes mihi eritis in universa terra.
Salvus erit, qui sermonem excipiens
Amplexabitur baptismum, mei sanguinis pretium;
Qui autem vestros sermones repulerit,
Ut infidelis damnationem incurret.
Quapropter vobis largior divini Spiritus gratiam.
Cujus delictorum vincula solveritis,
Et ipse a vinculis solutus tunc invenietur :

METRICA VERSIO.

Et dixit, et fecit, ut eum ipsum noverint,
In fractione panis. A, a! tace, tace.
Stat ecce Dominus has fores intra : novum hoc
Dignumque vere maximo miraculo.
Et quomodo autem foribus occlusis adest?
Quin forte et idem sic sepulcro condito
Clausoque surgens exiit, velut antea
Virginis ab alvo prodiit, matris suæ
Infracta servans claustra quam castissimæ.
Christ. Pax omnibus vobis. Quid obstupescitis?
Jam vos manus has, jam pedes hos cernite :
Videte propius quod mihi est fossum latus,
Certumque habete, quod ego sum ipse. Spiritus
Sine carne et osse, quæ tamen mihi omnia
Manum admoventes vos adesse cernitis.
Ut hue Pater me misit, ego sic vos quoque
Amando in orbem, et Spiritu imbuo.
Illo recepto, vos in omnes spargite
Et me, et Patrem ipsum, et Spiritum sanctum. Ite jam
Vos, ite, chari buccinatores, sinus
Per orbis omnes, regiasque per domos
Canite epinicia, et triumphi lauream;
Davidis urbem rumor hic totam impleat :
Ut norit illum, cujus in manu est salus,
Victo sepulcro et morte, vitæ redditum.
Vos eritis hujus cuncta per terræ loca
Testes mihi. Qui verba vestra audiverit,
Qui sacra aqua se laverit baptismatis,
Quæ purgat omni sorde, se tandem locum
Is vindicabit in beatorum gregem :
At qui recusans verba vestra spreverit,
Hic infidelis, in locum amandabitur
Atrum et calentem continentibus ignibus.
Hoc propter in vos spiro sancti Spiritus
Cœleste numen. Cujus, hoc, cumque loco
Vincla scelerum solvetis, hic liber quoque

Οὗ δ' ἂν κρατῆτε δεσμὸν ἀμπλακημάτων,
Δεσμοῖς ἀλύτοις κεκρατημένος μενεῖ.
Τοιῶνδε δεσμῶν ἀλύτων με, παντάναξ,
Ὁ δεσμολύτης αὐτὸς ἂν, Σῶτερ, λύσον.
Οἴμ, φεῦ! μὲ κατέδησεν ἀπροσεξία.
Ἐχθρὸς δ' ὁ πλάνος κατεβάρυνε φθόνῳ,
Ὁρῶν με τῶν πρὶν ἀλύτων λελυμένον
Τῇ πρὸς σὲ πίστει, δωρεᾷ φιλαγάθῳ.
Χαῖρ', ἐσθλὸς ἐσθλοῦ Παῖ, Βασιλεῦ παντάναξ,
Τὸν ἀρχέκακον καταπατήσας ὄφιν,
Ἔσχατον ἐχθρῶν καθαλών τε τὸν πότμον·
Οἷς μή μ' ἐάσῃς κυριευθῆναι πάλιν,
Ἄναξ, Ἄναξ ἄφθιτε, σὺ Θεὸς μόνος,
Κριτής τε πανένδικος ἔρχῃ με κρίνων.
Πῶς γοῦν ἐγώ σε τῷ τότ' ἀθρήσω, λόγε;

Α Ὅμμασί θ' οἷσι ἀτενίσω σὸν θρόνον,
Ἐμαυτὸν ἀνάξιον ἐνδείξας πάλαι
Πόλου τε καὶ γῆς, σῆς τε δημιουργίας;
Ὁ δυσμενὴς ἥρπασε, κατήγαγέ με
Εἰς βόθρον, εἰς τάρταρον, εἰς χάος μέγα.
Σφοδρῶς διώξας κατέλαβέ μ' ὁ πλάνος,
Ὅλον με κατέπτωσεν εἰς ᾅδου ζόφον.
Ἔλεε, Θεὲ, νέμε χέρι, φέρε με,
Καὶ μή μ' ἐάσῃς χάρμα τῷ βροτοκτόνῳ.
Σόν εἰμι πλάσμα, σύ με παίδευσον μόνος,
Καὶ πλῆξον αὐτὸς φιλαγάθως ἐνθάδε,
Καὶ μὴ γεέννῃ παραπεμφθῆναι λίπῃς.
Ῥύσιε, λισσόμεσθά σ', ἠδικήσαμεν,
Καὶ σῶμα, καὶ ψυχή τε καὶ νοῦς ἀθλίως.
Ἡμάρτομέν σοι, πολλά σ' ἠνομήσαμεν.

Cujus autem peccatorum nexus retinueritis,
Insolubilibus nexibus remanebit astrictus.
His autem vinculis insolubilibus, omnium Rex,
Qui nexus ipse solveris, o Salvator, me libera,
Quibus, eheu! me constrinxit segnities.
Hostis seductor invidia oppressit,
Cernens me vinculis antea insolubilibus liberum
Per fidem in te, et tua munificentissima benignitate.
Salve, o optime optimi Fili, Rex supreme,
Qui mali principem conculcasti serpentem,
Et novissimum hostem mortem evertisti:
Quibus ne iterum me opprimi sinas,
Rex, Rex immortalis, tu Deus uniee,
Qui et judex omnino æquus, venies me judicaturus.
Quomodo igitur te nunc intuebor, o Verbum?
Quos oculos in tuum thronum deligam,
Qui memetipsum indignum exhibui miser
Cœlo, terra, tuaque providentia?
Infensus hostis me rapuit, detrusitque
In foveam, in tartarum, in chaos immensum.
Aeriter persequens seductor me corripuit,
1352-1353 Et me totum in tenebras inferni demersit.
Miserere, Deus, præbe manus, et sustenta me.
Neque me hominum interfectori ludibrium sinas:
Sum tuum figmentum, tu me solus corripias;
Et hic me tu ipse benigne percutias,
Neque me ad gehennam mitti permittas.
O Redemptor, te deprecamur, inique egimus,
Et corpore, et mente, et animo infeliciter.
Peccavimus tibi, et in pluribus te offendimus.

2529 *Τοιῶνδε δεσμῶν*, etc. Votum poetæ, et conclusio operis.

2535 *Χαῖρ'*, *ἐσθλός*, etc. Ita supra vers. 2095, etc., et *Rhes.* vers. 389.

2554 *Ῥύσιε*, *λισσόμεσθα*, etc. Ita fere *Bacch.* vers. 1542 Cadmus Dionysium deprecatur:

Διόνυσε, λισσόμεσθά σ', ἠδικήκαμεν.
Bacche, *supplices tibi sumus*, *peccavimus*.

METRICA VERSIO.

Tune est futurus: cujus autem vincula
Premetis arcta criminum, idem vinculis
Astrictus erit his, quæ resolvi non queant.
Vinclis ab illis quæ manu nulla queant
Solvi, supreme Rex, salus certa omnium,
Qui vincula ipse solveris, me libera,
Quibus mea negligentia miserum, o dolor!
Innexuit me: callidus vero invidens
Seductor impulit altius me, munere
Tuo benigno, per fidem in te maximam,
Iis cum videret ante firmis liberum.
Salve, bone o Rex, sate bono, Rex omnia
Regens, mali omnis capite calcato invido
Serpente, mortem qui hostium summam opprimis:
Ne me jugo horum rursus indigno premi
Permitte. Tu, Rex integer, Rex et Deus
Tu solus æquus huc mei judex venis.
Et quomodo, o Verbum, te ego illo tempore

B Intuear? oculos quos tuum in thronum eri-
[gam,
Qui me polo, terraque non dignum, et tua
Miser fabrica prodidi? Ille perditus
Infensus hostis me profundum in tartarum
Foveamque misit, et chaos vastum: improbus
Impostor ubi me nactus est, sic jugiter
Est persecutus, ut me in orci pallidam
Sedem tenebris, improvidum merserit.
Miserere mei, o Deus, manus cape, et rege:
Ludibrium me non sine hominum pestibus.
Figmentum ego tuum sum, o Deus, tu me quoque
Punito solus, tu feri me leniter
Viventem, et hinc me ne relegari sinas
Æternum ad ignem. Te, o Redemptor, poscimus,
Egimus inique, mente, corpore, et animo;
Gravissimum istud quod tibi peccavimus,
Quod sæpius nos devii te offendimus.

Οὐ' ἐμάθομεν, ὅτ' ἐχρῆν οὐκ εἰδότες,
Κοὐδ' ἐκ τότ' ἐδράσαμεν, ἅπερ σοι φίλα.
Γινώσκομεν σφάλματα, σὺ δὲ παρόρα.
Ἴσμεν δέ σ' ὀργὰν οὐχ ὁμοιοῦσθαι βροτοῖς.
Οἴκτειρον, ὦ Σῶτερ, μὲ, μηδὲ ταῖς ἐμαῖς
Ἀμπλακίαισιν ἀπολέσθαι καλλίπης.
Παῖς γὰρ ἐγὼ σὸς, παῖς τε παιδίσκης σέθεν,
Ἐμοῦ δ' ἕκητι πότμον ὑπέστης, Λόγε,
Καὶ δυσμενεῖ με χάρμα μὴ καταλίπῃς.
Ῥάδῳ δὲ σῇ παίδευε, πλὴν φιλαγάθως.
Πρέσβιν δέδεξο μητέρα σὴν, ὦ Λόγε,
Σφᾶς θ', οἷς ἔδωκας δεσμολύτιν σου χάριν.

A Πότνια, πότνα, παμμάκαιρα Παρθένε,
Σὺ μὲν μακάρων δάπεδον ναίεις πόλον,
Ἅπαν πάχος βρότειον ἀλλαξαμένη,
Ἀφθαρσίας τ' ἄμφιον ἐστολισμένη,
Ἀεί τ' ἀγήρως, ὡς Θεὸς δ' ἐγνωσμένη·
Λόγοις δ' ἐμοῖς ἄνωθεν εὐμενὴς ἔσο.
Ναὶ, ναὶ, Κόρη πάγκλυτε, τοὺς λόγους δέχου.
Μόνον γάρ ἐστι τοῦτό σοι βροτῶν γέρας,
Ὡς τοῦ Λόγου σοι μητρὶ, κἂν ὑπὲρ λόγον.
Ὅθεν πεποιθὼς σ' ἐν λόγοις ἀμείβομαι,
Καί σοι στέφανον πλεκτὸν ἐξ ἀκηράτου
Λειμῶνος, ὦ Δέσποινα, κοσμήσας φέρω,

Sero didicimus, nescientes quando oportuisset,
Et nequidem deinceps egimus ea quæ tibi placebant.
Errores nostros agnoscimus; tu vero remitte.
Scimus autem te minime mortalibus ira esse similem:
Misereare, o mi Servator, neque propter mea
Peccata nos internecioni nostræ derelinquas.
Tuus enim sum filius, filius et tuæ ancillæ,
Et mei gratia, o Verbum, mortem subisti,
Et inimico me gaudium ne dimittas.
Virga tua percute, sed benigne.
Tuæ Matris intercessionem admitte, o Verbum,
Et eorum quibus solvendi gratiam tribuisti.
Veneranda, colenda, omnino beata Virgo,
Tu quidem cœlestes beatorum sedes incolis,
Exuta quidquid est fecis humanæ,
Immortalitatis pallio amicta,
Seniique in perpetuum, ut Deus, expers agnita:
Verbis autem meis superne sis propitia.
Sane, Virgo inclyta, meos excipe sermones.
Tibi enim soli inter mortales hic honor competit,
Ut Verbi parenti, etsi supra modum.
Quo fretus ego, hisce compellare sermonibus audeo,
Et tibi coronam contextam ex illibato
Prato, o Domina, floribus ornatam, tibi fero,

2557 *Οὐ' ἐμάθομεν*, etc. Sic ibid. vers. 1545 respondet Bacchus:

Οὐ' ἐμάθεσθ' ἡμᾶς, ὅτε δ' ἐχρῆν, οὐκ ᾔδετε.

Sero cognovistis nos, et cum oportebat, non noratis.

2561 *Οἴκτειρον, ὦ Σῶτερ*, etc. Sic ibid. vers. 1118 Pentheus matrem suam deprecatur:

Οἴκτειρε δ', ὦ μῆτερ, μὲ, μηδὲ ταῖς ἐμαῖς
Ἁμαρτίαισι παῖδα σὸν κατακτάνῃς.
Misereare igitur me, o mater, neque propter mea
Peccata tuum filium interficias.

2573 *Ὡς Θεός*. Roill. *ut dea habita*, quæ vox pietati Christianæ minus consentanea. Comparatio namque vox est, non denominatio. Cæterum hæc ad Mariam apostrophe longior, cum omnibus honoris titulis, qui Filio conveniunt, παντάνασσα, et imo assumptio corporis beatæ Mariæ, Damasceni sæculum saltem redolent, vel etiam VIII° et IX° longe posterius. Hæc enim honoris nomina multiplicata, et cætera quæ hic habentur, recentiorum sunt inventa. Unum est in tota Tragœdia, quod tantillum sapit Gregorium, quod scilicet ludit in verbo, λόγος. — Sic Benedictini quorum judicium posset infirmari, adhibitis multis sancti Ephrem precibus, quæ honoris titulos et plures et splendidiores continent. Quod ad Assumptionem spectat multa possint etiam afferri, quæ hanc duriorem sententiam debilitare queant. Cur autem hæc Tragœdia Gregorio videatur abjudicanda, vide in Argumento. Caillau.

2576 *Μόνον*. Forte melius μόνῃ· sic *Hipp.* vers. 84 sensu diverso, juvenis iste Minervæ, suæ patronæ, ita gratias agit:

Μόνῳ γὰρ ἔστι τοῦτ' ἐμοὶ γέρας βροτῶν.
Soli enim mihi est hoc munus ex mortalibus.

2579 *Καί σοι στέφανον*, etc. Sic ibid. vers. 73, etc., *Hipp.* suum erga Minervam promit obsequium ipsismet verbis.

METRICA VERSIO.

Sero didicimus quid deceret, inscii;
Neque tamen illo ex tempore edocti, tibi
Præstitimus unquam grata quæ cognovimus.
Lapsum fatemur, tu remittens parcito.
Nam quæ ira pectus concoquit mortalium,
Hæc nulla (scimus) te premit talis. Mei
Miserere, o servator Deus, neve in meis
Perire sinito noxiis. Nam filius
Tuus ego sum, ancillæque filius tuæ.
Quin tu ipse, Verbum, gratia mea unius
Mortem tulisti: proinde ne ludibrium
Permitte me hosti, sed tua virga tamen
Humaniter me corripe: et Matrem tuam
Venerandam, o Verbum, admitte, et hos omnes quibus

B Ut vincla solverent dedisti gratiam.
Veneranda, o Virgo, casta, felicissima,
Quando beata nunc beatorum in polo,
Exuta quidquid fecis humanæ, sedes,
Æternitatis pallio ornata, ut dea
Habita, senectæ expers, supremo ex æthere
Benigna adesto vocibus meis: preces
Admitte, Virgo o inclyta, hic, quando tibi
Verbi parenti, sed supra modum tamen
Legemque, solus inter omnes contigit
Honor. Ego fretus his, tibi me audentius
In verba supplex offeram, et suavissimo
Contextam ab horto qua tuum exornem caput
Coronam, o Domina, proferam, ut quæ, gratia

Ἀν0' ὧν με πολλῶν ἠξίωσας χαρίτων.
Ἀεί τε ῥύῃ συμφορῶν πολυτρόπων,
Ἐχθρῶν ὁρατῶν, ἀοράτων τε πλέον.
Τέλος δὲ κάμψαιμ', ὥσπερ ηὐξάμην, βίου,
Ἀλουτῶν ἀεί σε προστάτην παντὸς βίου,
Καὶ πρέσβιν εὐπρόσδεκτον ἐς σὸν Υἱέα,
Σὺν εὐαρεστήσασιν αὐτῷ φιλάγνοις.
Μὴ γοῦν ἐάσῃς ἐκδοθῆναι βασάνοις,
Καὶ χάρμ' ἔσεσθαι δυσμενεῖ βροτοφθόρῳ·
Πρόστηθι, καὶ ῥῦσαι δὲ πυρὸς καὶ σκότους
Πίστει δικαιούσῃ με, καὶ χάριτί σου·

Ἐν σοὶ γὰρ ὤπται χάρις ἡμῖν ἐκ Θεοῦ,
Καὶ σοὶ χαριστήριον ὕμνον νῦν πλέκω.
Χαῖρ', ὦ Κόρη πάγχαρτε, μήτηρ παρθένε,
Κάλλιστα πασῶν παρθένων ὑπερτάτη,
Οὐρανιώνων ταγμάτων ὑπέρτερα,
Δέσποινα, παντάνασσα, χάρμα τοῦ γένους.
Ἀεί ποτ' εὖ φρονοῦσα τυγχάνοις γένει,
Κάμοὶ μεγίστη πανταχοῦ σωτηρία.
Δός μοι, Κυρία, τὴν λύσιν τῶν πταισμάτων,
Καί μοι παράσχε ψυχικῆς σωτήριον.

Pro pluribus beneficiis, quibus me dignata es,
Et tu semper a multiformibus calamitatibus me liberes,
1354-1355 Ab hostibus visibilibus, et plerumque invisibilibus.
Finem autem vitæ habeam, ut optavi,
Te semper omnis vitæ præside fruens,
Et aeceptissima apud Filium tuum patrona,
Cum virginibus quæ ipsi placuerunt.
Ne igitur sinas me trædi tormentis,
Et inimico hominum corruptori esse ludibrio.
Tuere me, et ab igne et tenebris erue me,
Fide quæ justitiam parit, tuaque gratia:
Ex te enim nobis gratia illuxit a Deo,
Et tibi eucharisticum hymnum texo.
Salve, o puella, omnium lætitia, mater virgo,
Decora super omnes virgines,
Cœlestibus ordinibus eminentior,
Domina, omnium regina, generis humani gaudium.
Benevola semper esto tuo generi,
Et mihi utique maxima salus.
Tribue mihi, Domina, delictorum expiationem,
Et mihi præsta animæ salutem.

2584 *Τέλος δὲ κάμψαιμ'*, etc. Sic et iisdem fere verbis *Hipp.* vers. 87.

2587 *Σὺν εὐαρεστήσασιν*, etc. Hunc versum omisit Roillet.

2599 *Κἀμοὶ μεγίστη*, etc. Ita fere *Med.* vers. 14 nutrix ait maximam esse salutem conjugi, quæ non dissidet a marito :

Ἥπερ μεγίστη γίγνεται σωτηρία.
Quæ maxima salus est.

2600 *Δός μοι*, etc. Hi duo versiculi desunt in edit. Vechel., necnon et in versione metrica.

Monitum. Sedulo a lectore notandum est Euripidis versuum numeros citatos fuisse a Benedictinis juxta editionem Pauli Stephani, an. 1604. Varius est enim in variis editis versuum numerus. Caillau.

METRICA VERSIO.

Modum supra omnem me tua semper levans,
Me genere quovis casuum eruis omnium,
Hostes apertos, quodque longe majus est,
Illos latente machina qui me petunt,
Avertis. At tu, quod precor summum, id mihi
Concede, vita sic ut excedam, illius
Ut tantum habens te præsidem semper, velut
Ingentem opum vim, te tuum erga Filium
Mihi patronam sentiam acceptissimam.
Ne me ergo tradi tu sinas tanquam ad crucem,
Ludibrioque illius exponi, omnium
Juratus hostis qui sit, et mortalium

Pestis; tuere me atque ab æterno assere
Igne, et tenebris, per fidem qua justior
Sum factus, et per gratiam tuam inclytam,
Qua nuspiam ulla notior nobis fuit.
Hoc propter, ecce texo nunc tibi memor,
Gratumque carmen. O puella, gratia
Æquanda nullis, mater virgo, et supra
Omnes decora virgines, et maxima,
Quæ vincis omnes cœlitum jure ordines,
Regina, Domina, generis humani bonum,
Amica semper esto tu mortalibus,
Maximaque quovis in loco mihi salus.

COSMÆ HIEROSOLYMITANI

COMMENTARII

IN SANCTI GREGORII NAZIANZENI CARMINA.

ANG. MAI PRÆFATIO.

(*Spicil. Rom.*, II, xv.)

Ut Cosmæ ante hanc diem incognitos commentarios ad S. Gregorii Nazianzeni carmina imprimendos curarem, multæ me causæ perpulerunt. 1. *Codicis Vaticani raritas, qui fortasse unus id opus nobis conservavit, cui codici si qua forte labes aut calamitas aliquando accideret, præclaram Cosmæ lucubrationem perire funditus necesse foret.* 2. *Cum multi exstent ad Nazianzeni orationes commentarii, nullus hactenus ad ejusdem carmina typis commendatus videtur, cum alioquin beati Patris egregia poemata, et nulli fere ethnicorum secunda, interpretationis honore dignissima sint.* 3. *Homo sæculi octavi, S. Joannis Damasceni, ut postea dicam, a puerilia hospes et condiscipulus, ac melodorum sacrorum facile princeps, non sine piaculo negligi mihi videbatur.* 4. *Multa sunt in hoc opere, quæ Testamenti utriusque historiam illuminant, quædam etiam ecclesiasticam tangunt, et civilem ac philosophicam.* 5. *Postquam ego Latinos mythographos ex Vaticanis codicibus extuli, valde optabam Græcarum quoque fabularum congeriem aliquam, si qua mihi forte conspiciendam se daret, classicis auctoribus associare. Nunc ex his plurimis fabulosarum rerum atque ætatum historiis, quas plena manu Cosmas suppeditat, nec non ex adjunctis Nonni abbatis ad duas Nazianzeni orationes novis item historiis mythicis, mediocre corpus fabularum Græcarum conficitur, quod Apollodoro, Phornuto, Ant. Liberali, cæterisque hujusmodi, comitari jam poterit.*

Age vero de auctore hujus operis Cosma paulo accuratius dicendum videtur. Nam duos eodem sæculo octavo fuisse, litterarum gloria fulgentes, tradit diserte in Vita S. Joannis Damasceni *Joannes biographus apud Lequinium t. I, p. v seqq. Narrat enim biographus, Cosmam monachum, ex Italia oriundum, omni sacra et profana disciplina exquisitissime excultum, a Saracenis Damasci dominis in cursu piratico fuisse captum; qui cum a barbaris occidendus Damasci foret, intervenit S. Joannis Damasceni parens, qui, summa Cosmæ doctrina cognita, impetravit eum a principe Saracenorum, deductumque domum erudiendis præfecit Joanni filio, nec non juniori cuidam Cosmæ, Hierosolymis nato, sed tunc parentibus orbo, quem sibi veluti filium adoptaverat. Pergit autem narrare biographus, quod uterque puer, tam Joannes scilicet quam hic Cosmas Hierosolymita, sub senioris Cosmæ magisterio mire profecerint in grammaticæ, dialecticæ, rhetoricæ, ethicæ, aliarumque disciplinarum studiis; sed tamen in scientia harmonica eos præcipue excelluisse, id demum ex ipsorum canticis, ab iis qui poeticæ periti sunt, comperiri.*

En itaque duos Cosmas, seniorem quidem Italum præceptorem, juniorem autem discipulum Hierosolymis ortum, cujus postremi laus multo præcipua, poesis musica fuit. Porro cum Vaticani operis auctor bis se dicat Hierosolymitanum, in fronte scilicet et in calce codicis, patet omnino hunc esse juniorem illum, S. Joannis Damasceni adoptivum fratrem contubernalem et condiscipulum, eumdemque auctorem canticorum illorum, quæ Latine partim in Bibliotheca Patrum *exstant, Græce vero in codicibus haud raro occurrunt. Suidas autem apprime consonat, qui voc.* Ἰωάν. Δαμασκ. *ait, Cosmam Hierosolymitanum æqualem fuisse Joannis Damasceni (imo vero cum eo adolevisse, συνήκμαζε), melodum suavissimum, cujus nempe ac Joannis cantica nemo ullo tempore exæquaturus sit:* Συνήκμαζε δ' αὐτῷ (Ἰωάννῃ) καὶ Κοσμᾶς ἐξ Ἱεροσολύμων, ἀνὴρ εὐφυέστατος, καὶ πνέων μουσικὴν ὅλως τὴν ἐναρμόνιον· οἱ γοῦν ἀσματικοὶ κανόνες Ἰωάννου τε καὶ Κοσμᾶ σύγκρισιν οὐκ ἐδέξαντο οὐδὲ δέξαιντο, μέχρις ἂν ὁ καθ' ἡμᾶς βίος περαιωθήσεται. *Denique idem Joannis Damasceni biographus p. xx, Cosmam pari cum laude rursus commemorat, et Maiumæ urbis factum dicit episcopum, Petri martyris successorem, quod circa annum Christi 743 contigisse scimus. Itaque constat de junioris Cosmæ, quem nunc divulgamus, ætate patria, disciplina ac denique dignitate, ne quis eum cum doctis aliis incaute Cosmis confundat.*

Quanquam vero Vaticanum opus neque a Suida commemoratur, neque ab iis qui de Nazianzeni interpretibus verba fecerunt, titulus tamen et clausula dubitare nos nullo modo sinunt. Jam in proœmio ipse Cosmas ait se triplicem operis partem moliri; primam de sacris profanisque historiis; alteram de physicis apud Nazianzeni poemata rebus. Denique tertia grammaticalibus observationibus et didascaliis constabat, atque in his modos quoque poeseos septuaginta duos, rhetoricæ autem quatuor supra septuaginta exponebat. Verumtamen tertia hæc pars operis in codice desideratur, sive ea reapse composita fuit, sive secus; nam codex certe Vaticanus secunda parte, quæ de rebus physicis est, concluditur.

Cosmæ commentarius eruditis, ut puto, jucundus accidet. Namque in primis hi qui Maurinam Nazianzeni editionem continuabunt, id est alterum tomum edent, in quo beati Patris carmina exspectantur, hunc ut auguror commentarium Cosmæ subtexent. Quid quod Cosmas nova aliquot Nazianzeni fragmenta exhibet? Ordo tamen carminum, ut est apud Cosmam, mirum quantum ab editis differt! Mihi certe permolestum fuit Nazianzeni locos sus deque perturbatissimos, in editionibus vestigare, sedemque eorum ob commoditatem lectoris demonstrare. Ne quid hic dicam de lectionibus variis, quas multas occurrere necesse est. Jam de sua Nazianzeni recensione loquitur ipse Cosmas in proœmio, p. III. Titulum quoque modo illum ponit, quem codex præ se fert, modo hunc: Αὕτη ἡ βίβλος Ἱστοριῶν Γρηγορίου τοῦ Θεολόγου, *Μαργαρίτης δὲ ὄνομα ταύτῃ. Codex vero Cosmæ, ob raritatem pretiosus, ex testamento Antonii Caraffæ cardinalis bibliothecarii Vaticanis pluteis accessit, in membrana scriptus sæculo, ut reor, duodecimo, mendis tamen plurimis adeo inquinatus, ut carminum certe fragmenta sine editionum subsidio vix sanari potuissent. Exciderunt autem, vetustatis culpa, quaternio unus cum aliquot duernionibus, ut suis locis accurate adnotavi. Sed enim commode accidit, ut ex adnexo codicis indice cognoscere saltem liceat, quænam vel quot operis capitula desint, quanquam et ipse index fine truncatus est.*

ΣΥΝΑΓΩΓΗ ΚΑΙ ΕΞΗΓΗΣΙΣ ΩΝ ΕΜΝΗΣΘΗ ΙΣΤΟΡΙΩΝ

Ο ΘΕΙΟΣ ΓΡΗΓΟΡΙΟΣ

ΕΝ ΤΟΙΣ ΕΜΜΕΤΡΩΣ ΑΥΤΩ ΕΙΡΗΜΕΝΟΙΣ ΕΚ ΤΕ ΤΗΣ ΘΕΟΠΝΕΥΣΤΟΥ ΓΡΑΦΗΣ ΚΑΙ ΤΩΝ ΕΞΩΘΕΝ ΠΟΗΤΩΝ ΚΑΙ ΣΥΓΓΡΑΦΕΩΝ.

ΚΟΣΜΑ ΙΕΡΟΣΟΛΥΜΙΤΟΥ

ΠΟΝΗΜΑ ΦΙΛΟΓΡΗΓΟΡΙΟΥ.

—

COLLECTIO ET INTERPRETATIO HISTORIARUM QUARUM MEMINIT

DIVUS GREGORIUS

In carminibus suis tum ex S. Scriptura tum ex profanis poetis atque scriptoribus.

OPUS

COSMÆ HIEROSOLYMITANI COGNOMENTO PHILOGREGORII.

—

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.

Τοὺς βυθίους διφήτορας τῶν θαλαττίων μυχῶν, τοὺς κευθμῶνας διφωμένους, οὐδαμῶς ἀνακωχοῦσι τῆς προθυμίας οἱ παρεπόμενοι κίνδυνοι, τῶν ἐν ἐλπίσι κειμένων ἐπιτυχιῶν, δευτέρας τιθεμένους τὰς ἀτυχίας, καὶ τὸ ἔκ τινος χαλεπῆς συγκυρίας ἐπισυμβαῖνον, κουφότερον ἅπαν εἶναι νενομικότας· ἀμέλει τὸν πολύτιμον ἔσθ' ὅτε μαργαρίτην ἀνιμώμενοι, καὶ τοῖς ἐπιγείοις βασιλεῦσιν ὄλβον προσκομίζοντες τὸν τριπόθητον, ταύτῃ μείζοσιν εὐδοξίαις ἀντιτιμῶνται· πολλάκις μὲν οὖν καὶ τῶν εὐτελεστέρων ἕνεκεν, ὅμως τῆς αὐτῆς ἔχονται προθυμίας, οὐδὲ πρὶν ἢ τῶν ποθουμένων κατατύχοιεν ἀπολήγουσιν· ἐγὼ δὲ τῆς μὲν ἐκείνων εὐψυχίας οὐκ οἶδ' ὅπως ἂν ἐμαυτόν ἢ πλέον ἀντιμετρήσας, εἶτ' οὖν καταδεέστερον, ἀφεὶς λέγειν τὴν ἴσην ἐκείνοις ἐκ μεγαλοψυχίας ἐλοίμην εὐδοξίαν· ἄρτι δέ μοι τοῦ Ἰωνίου πυθμένος, εἴ τίς ἐστι, τοῦ πληρώματος δὲ μᾶλλον εἰπεῖν οἰκειότερον τοῦ οὐρανίου, φημὶ δὲ τῶν Γρηγορίου λόγων τὸν πολύτιμον μαργαρίτην ἀρυομένῳ, καὶ τῶν ἐνδομύχων θησαυρῶν τὸν ἐγκόλπιον πλοῦτον παραγυμνοῦντι ἐπιστὰς, μή μέ τις οἰήσηται τούτων χάριν οὐκ ἀγεννῶς βεβουλεῦσθαι, ἀλλὰ καὶ μάλα γε μὴν νεανικῶς, ὅτι καὶ λίαν ὀρθῶς φιλοδικήσας· εἰ γὰρ δή που τοῦ τῆς εὐφροσύνης κεράσματος κόνδυ χρυσοῦν ὁ Λόγος προὔθηκε τὸν Γρηγόριον, καὶ μυρίπνοον ἄγγος τὸ Πνεῦμα τοῦτον κατεσκεύασε τὸ πανάγιον, ἥ τε χάρις ἑπτάκαυλον ἔθηκε πάντοθεν σελασφορούμενον λαμπάδιον καὶ πυρσούμενον, οὐ μικρὸν εἰς εὐδοξίαν τὸν ὀπωσοῦν εὐφροσύνης κρατῆρα μηδαμῶς χρηματίσαντα· τὸ γοῦν κιρνᾷν τοῦ κρατῆρος τὴν εὐφροσύνην, οὐδ' ἂν, οἶμαι, τις ἀποφαυλίσοιτο, μύρον μὲν οὐχ ὑπάρχοντα, τῷ μυριπνόῳ δὲ παρεπόμενον· οὐχ ἧττον γὰρ τῆς εὐωδίας ἀντιλήψεται, τὸ Σολομώντειον εὖ εἰδὼς, *Ὀπίσω σου, φάσκον, εἰς ὀσμὴν μύρων σου δραμοῦμαι*· καὶ μέντοι τῷ λαμπαδίῳ τὸν προσψαύοντα

Eos qui profundos maris recessus perquirunt ac latebras explorant, nequaquam a proposito deterrent imminentia pericula, utpote qui prospero, quem sperant, successui casus adversos et quidquid minus fauste acciderit postponere omniaque ad felicem exitum satis facile perductum iri persuadere sibi soleant, scilicet usquedum, pretioso potiti margarito, thesaurum desideratissimum terræ regibus obtulerint atque inde majorem nacti sint gloriam : imo haud raro, vel leviorum rerum causa, eodem studio tenentur nec prius quam rei desideratæ compotes sint facti, labori finem imponunt. Ego autem, ubi cum illorum audacia me comparo atque magis minusve fortem me sentio, tacendo fortasse eandem quam isti ex magnanimitate sibi pepererunt gloriam consequi posse videbor : attamen cum nunc Ionici, si quis est, abyssi, aut potius, uti dicere fas est, cœlestis plenitudinis, hoc est Gregorii sermonum pretiosum margaritum exhaurire et reconditas thesaurorum interiorum divitias in lucem proferre aggredior, ne quis me illorum lepores contra quam decet, quamvis juvenili more, investigasse existimet, siquidem recte judicare maxime mihi in propositis fuit. Nam si verbum proposuit Gregorium lætitiæ propinandæ aureum receptaculum, et Spiritus sanctus eum fecit vas odoriferum, et gratia [Dei Patris] eum constituit lampadem septem ramis instructam, undique lucentem et radientem, eum, inquam, qui, cum magna sua laude, qualiscumque lætitiæ poculum haurire noluit : nemo, opinor, contemnet eum, qui poculi lætitiam miscuerit, siquidem, quamvis non sit verum unguentum, tamen ad unguenti odorem quam proxime accedat. Neque enim minus bonum sentiet odorem, si illud Salomonis dictum bene noverit : *Post te in odorem unguentorum tuorum curram* [1] : prope lampadem enim constitutum luminis expertem esse, stultorum est. Nos autem, quamvis indignos, Deus

[1] Cant. I. 3.

μὴ τῆς λαμπρότητος μετασχεῖν, τῶν ἀμηχάνων· οἷς μὲν οὖν ἀναξίοις περ οὖσιν ἡμῖν ἐτίμησεν ὁ Θεὸς ταῖς ἐκείνου μεσιτείαις, τοῖς ἀφθόνως μετέχουσι πολυτρόπως ἐγνωρίσθημεν, καί γε μειζόνως, εὖ ἴσμεν, φανησόμεθα· τὸν δὲ τῆς εὐεργεσίας μεσίτην οἷς ἂν ἀνταμείβεσθαι πρέπον ἐστὶ τῆς προθέσεως ἡμᾶς, τῶν μάλιστα τουτωνὶ τῶν καλῶν κοινωνεῖν ἡμῖν ἐθελόντων ἕκαστος ἀποδέξεται· *Μανθανέτωσαν* γάρ, φησὶν ὁ θεῖος Ἀπόστολος, *ἀμοιβὰς ἀποδιδόναι· τοῦτο γὰρ καλὸν καὶ ἀπόδεκτον ἐνώπιον* τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν *Θεοῦ*.

Τοιγαροῦν ὅπερ ἂν εἰς Γρηγόριον εὔφημον εἴποι τις ἢ ὁράσει τοῖς ἐκείνου λόγοις ἀβρυνόμενος, εἰς Χριστὸν καὶ λέγει καὶ ὁρᾷ· Χριστοῦ δὲ τιμή, Πατρός ἐστι προδήλως τοῦ γεννήσαντος· ὁ μὲν οὖν Γρηγόριος, τὸ Θεολόγος εἶναί τε καὶ καλεῖσθαι λέλογχε κατ' ἀξίαν· ἄλλοι δὲ καὶ μόνον Γρηγοριολόγοι γεγονότες, ἦραν τὸ κλέος· ὁ γὰρ λαλῶν τὰ Γρηγορίου, λαλεῖ τὸν Χριστόν· Χριστοῦ δὲ λάλησις θεολογία σαφῶς· θεολογία δὲ Τριάδος ἐστὶν ἀψευδεστάτη, παρ' ἧς ἐκείνῳ τὸ λαλεῖν ἐνήργηται, καὶ δι' οὗ λαλεῖσθαι τεθέσπικεν· ἡμῖν μὲν οὖν τὰ μὲν πρῶτα τὸ σπουδαζόμενον ἦν, τοὺς Γρηγορίου λόγους ἐς ταυτὸν ἀθροῖσαι, τοὺς ἐμμέτρως αὐτῷ φημι πεποιημένους, ἔπειτα μιᾶς φαινομένης ἐν ἀντιφράσεσι βίβλου, καὶ τὰς ἄλλας τοῖς ἐντυγχάνουσιν εὐλήπτους ἐφάμιλλον καταστῆσαι, τὰς μὲν λέξεις καταμερίζειν ἐπιτηδεύσαντες. καί γε τοῦ εἰκότος οὐχ ἁμαρτόντες, αὖθις τὸ διελεῖν τὰς συντάξεις, καὶ τούτων καθ' ἑκάστην παραθέσθαι τὴν ἐξήγησιν, τὸ διά τινος πρὸς τούτοις εὐψυοῦς σημασίας τοὺς στίχους μὴ φυρομένους, αὐτοῖς μὲν τὴν εὐκοσμίαν, τῇ δὲ συντάξει τὴν ἁρμονίαν, καὶ τῇ ἐξηγήσει τὸν ἀπαρτισμὸν περιποιῆσαι· τὸ δὲ πάντων ἐμοὶ δοκεῖ τοῖς ἐντυγχάνουσι προσφιλέστερον, τοῦτο δὴ τὸ πλατυτέρως τὰς Ἱστορίας διεκφᾶναι· τοῦτο μὲν οὖν βουλευθέν, εἰς ἀμηχανίαν ἀψευδῶς (εἰρήσεται γάρ) κατέστησεν ἡμᾶς πρὸς τὸ πλῆθος τῶν ἱστοριῶν ἀποβλέψαντας· οὐ γὰρ ᾠήθημεν ἐξαρκεῖν πρὸς τοσοῦτον, ἀλλ' ὅμως τῶν ἐλπίδων τοσοῦτον ἐτύχομεν, ὡς μηδὲ σχεδαρίοις δεῆσαι προτυπῶσαι· ἀλλ' ἅμα καὶ παρεκβάλλειν καὶ σχεδιάζειν, καὶ μηδὲ ταῖς ὄθεν ἐχρῆν τὸν νοῦν τῆς ἱστορίας λαβόντας παρατίθεσθαι βίβλοις ἐπικύπτειν, ὥσπερ βίβλου παρούσης, καὶ γραμματέως παρεστηκότος· οὐ γὰρ ἂν ὁράτως αὐτὸν ἀπιστήσαιμ' ἄν, τὸν δι' ὃν ἡμῖν παρεῖναι τὸ σπουδαζόμενον· οὐδὲν τοιγαροῦν ἀνήνυτον ἡμῖν τῶν εἰς Γρηγόριον μέχρι δεῦρο βεβουλευμένων, ταῖς ἐκείνου πρεσβείαις τεθαῤῥηκόσιν· ἐπεὶ καὶ τὰς λέξεις ἡνίκα στιχηρᾶς ἐπεμερίζομεν βίβλου, οὐδὲ μέχρι λέξεως διημάρτομεν, καὶ τὰς ἀντιφράσεις ἐκ τοῦ τῆς ἐννοίας εἱρμοῦ παραθέμενοι, καίπερ τότε τυγχάνοντες ἄπειροι, τῆς ὀρθότητος οὐκ ἐσφάλημεν· ταύτας ἔπειτα παλιλλεξίαις γυμνάσαντες· καὶ τὸ θαυμαστὸν ὅτι μετὰ τὸ γράφειν ἐρωτώμενοι ἠποροῦμεν, εἰ μὴ πόνῳ καὶ σχολῇ μετέπειτα μεμαθήκαμεν, ἅπερ ἀπόνως αὐτοσχεδίως γεγράφαμεν· τοσαῦτα Γρηγόριος ἡμῖν, μᾶλλον διὰ τοῦ Γρηγορίου Θεὸς, ταῖς τοῦ θεράποντος πρεσβείαις πειθόμενος εὐμενέστατα· μέλι μὲν τὸ γλυκύτατον καὶ πᾶσι προσφιλέστατον, ὀστρακίνῳ σκεύει καταθέμενος, ἢ χρυσὸν ἐγκαταδήσας ἐσθῆτος εὐτελοῦς ἐῤῥικνωμένῳ τμήματι κοπριοσυλλέκτῃ, μονονουχὶ δὲ τοῖς πᾶσιν ἐπιβοώμενος· Γεύσασθε τῆς γλυκύτητος τοῦ μέλιτος κορεσθέντες, καὶ τὸ σκεῦος συντρίψατε (ὀστράκινον γὰρ καὶ λίαν εὐτελές)· ἐμφορήθητε τοῦ ἐντὸς, καταπτύοντες τοῦ ἐκτός· δέξασθε λύσαντες τὸν χρυσὸν, τὸ δὲ ῥάκος ἐν ᾧ περισφίγγεται, παροικτρώσατε· τοῖς ὑμετέροις ἐντίμως ἀπόθεσθε τα-

per illum dignatus est, ut iis, qui abunde facti sunt participes, multis modis innotuerimus atque magis etiam, sine dubio, in futurum innotescamus : quod vero beneficii mediatori pro merito gratias referre nobis proposuerimus, omnes illi imprimis qui horum bonorum participes fieri cupiunt, laude dignum. *Discant* enim, divinus inquit Apostolus, *mutuam vicem reddere : hoc enim bonum et acceptum est coram* Salvatore nostro *Deo* [1].

Quidquid igitur boni in Gregorium quis dixerit fecerit ve, illius sermonibus delectatus, in Christum dixit et fecit : Christi autem gloriam, qui ipsum genuit, Patris esse apparet. Itaque Gregorius jure meritoque est et appellatur Theologus : alii autem solummodo Gregoriologi dicti famam nacti sunt. Qui enim Gregoriana profert, Christum loquitur : Christum autem loqui vere est theologia : theologia autem Trinitatis est verissima, per quam loqui illi concessum est et per quem se celebratum iri prædixit. Nobis igitur hoc primo curæ fuit, ut Gregorii opera in unum colligeremus, ea nimirum quæ versibus numerisque astrinxit ; deinde, cum unus liber antiphrasibus constaret, etiam cæteros sic ut cuivis faciles essent intellectu, in lucem protulimus, simulque id egimus ut phrases interpungeremus et, ubi id bene processerat, iterum capita divideremus, et ad unumquodque explicationem apponeremus : nec minus, ne versus turbarentur, singulis bene distinctam affiximus notam, ut ipsis ordo capitibus harmonia, explicationibus concinnitas constaret. Omnium autem gratissimum lectoribus erit, quod historias lusius explicuimus. Hoc igitur cum ageremus, magna historiarum silva haud levem sane (fateri enim lubet) nobis injecit curam, quippe qui huic rei sufficere nos posse diffideremus, quamvis spes subiret fore, ut schedis supersedere ac potius allegare simul et excerpere nobis liceret, quam libros, unde historiæ sensum depromeremus continuo inspicere, veluti liber adsit librariusque astet. Eum enim, propter quem hoc suscepimus opus, nobis invisibili modo esse adfuturum, certissime credo, ita ut, quæcunque, illius ope freti, hucusque in Gregorium suscepimus, ad finem perducturi simus. Cum nimirum versibus distinxerimus libri textum, ne unam quidem phrasin omisimus, et antiphrases, quamvis minus adhuc perspexissemus, tamen ita e sententiæ nexu apposuimus, ut bene recteque illud fecisse nobis videamur : nec minus omnem repetitionem elisimus. Ac profecto mirum quod post finitum opus interrogati nesciremus, annon quæ facile ac festinanter scripsimus, multo cum studio et labore addidicissemus : ita enim Gregorius vel potius per Gregorium Deus, servi sui precibus commotus omnia reddiderat facilia, quasi mel suavissimum omnibusque gratissimum in vas testaceum colligens, vel ad particulam vilis vestimenti immundam despectamque aurum assuens, omnibus fere dicat : Gustantes mellis dulcedinem satiamini, vas autem confringite, quoniam testaceum est ac vilissimum : interiora haurite, exteriora despicite : aurum accipite, pannum, quo involvitur, dedignamini : thesaurum honorificate, in penu vestro recondite, cento-

[1] I Tim. v, 4.

μείοις τὸν πλοῦτον, τὸ ῥυπῶδες ῥάκος εἰς ἀτίμους μαγείρων ἀπορρίψαντες χεῖρας· οὐκ ἔμφρονος γὰρ ὀστρακίνῳ προσφερόμενον ἀποπέμπεσθαι σκεύει, τὸ γλυκύτατον μέλι καὶ ῥωστικὸν, οὐδὲ χρυσὸν ἀποσείσεσθαι ῥάκει προσαγόμενον εὐτελεστάτῳ. Εἴξατε Γρηγορίῳ, Χριστός φησι, τῷ ἐμῷ, δι' ὧν ὑμῖν ἐπιγίνεται· κἂν ὅτι μάλιστα μέγιστος ὤν, οὐκ ἀπᾴδει λαλεῖσθαι δι' εὐτελῶν· οὐ γὰρ ἐκεῖνος, ἐγὼ δὲ, φησὶν, ὁ λαλούμενος, ὃς τοσοῦτον ὢν ἀγαθὸς οὐδὲ τοὺς κακοὺς ἀποπέμπομαι, δίδωμι δὲ καὶ χάριν τοῖς αἰτοῦσι, κἂν ὅτι λίαν ὦσι τῶν εὐτελῶν. Αὕτη ἡ βίβλος Ἱστοριῶν Γρηγορίου τοῦ Θεολόγου, *Μαργαρίτης* δὲ ὄνομα ταύτῃ.

Πάντων δὲ μέχρις ἐσχάτου χιτῶνος καὶ σπείρατος, ὤνιον ἀντιλάβοιτο τοῦτον ἔμπορος, ὅστις πυκνὸς τὰ βουλεύματα καλῶς εἰδὼς πραγματεύεσθαι, τοῖς τῆς ἰδίας ἐνστερνισάμενος δὲ καρδίας ἐναποθήσει ταμείοις, ὡς ἂν κεκτημένος μόνον πλοῦτον παρὰ πάντας, ἀπὸ πάντων δόξαν σχοίη μεγάλην· βίβλος Ἱστοριῶν ὧν ἐμνήσθη Γρηγόριος ὁ Θεορρήμων, ἐν τοῖς ἐμμέτρως αὐτῷ εἰρημένοις, ἔκ τε τῆς Θεοπνεύστου Γραφῆς καὶ τῶν ἔξωθεν, κατὰ τὸν προτεταγμένον εἱρμόν· πρῶτον μὲν οὖν σημειώσασθαι χρὴ ὡς ἑκάστου λόγου καθ' εἱρμὸν εἰσιν ἰδιοτρόπως αἱ Ἱστορίαι· καὶ γὰρ ἕκαστος καθ' ἑαυτὸν μετὰ τῶν οἰκείων Ἱστοριῶν ἀφώρισται· σημεῖον δὲ τῆς διαφορᾶς ὅθεν παρῆκται ἡ Ἱστορία, τοῦτό ἐστι· κατὰ κεφαλῆς, αἱ μὲν τῆς Θείας Γραφῆς ἔχουσι τὴν κατ' ἔθος νυγμήν· αἱ δὲ τῶν ἔξωθεν ὁμοίως, τὸν κατ' ἔθος ὀβελίσκον ὑπὲρ κεφαλῆς· ἐν δὲ τῇ ἐξηγήσει, πρόδηλός ἐστιν ὁ λόγος ἐν ᾧπερ ἡ Ἱστορία· πᾶσαι δὲ καθ' εἱρμὸν ὑποτεταγμέναι κεῖνται προτεταγμένου τοῦ στίχου, δι' οὗ τὴν Ἱστορίαν παρήγαγεν ὁ Θεορρήμων Γρηγόριος· σκοπῶ δὲ τὸ τοῖς παιδευομένοις εὔληπτον καταστῆσαι τὸ πραττόμενον.

Τριτσὴν γὰρ ἐντεῦθεν ὠφέλειαν ὁ Γρηγορίου ταῖς βίβλοις ἐντυγχάνων καρποῦται· πρῶτον τὴν πεῖραν τῶν λέξεων καὶ τῆς καλλιεπείας τὴν μοῦσαν· δεύτερον τὸ μετὰ τῆς καλλιεπείας ταῖς θείαις καὶ οὐρανίαις ἐννοίαις οὐρανοπορεῖν συγγινόμενον, καὶ πάντα τοῖς νοεροῖς ὄμμασι βλέπειν, ὅσα καθ' ὑπερουρανίου στερεώματος μέχρις αὐτῆς (εὐμενὴς γενοῦ μοι, Χριστὲ) τῆς πρώτης ὑφ' ἑαυτῆς καὶ μόνης γνωριζομένης ἀκτῖνος, τῆς τρισσοφανοῦς ἐν μιᾷ φωτὸς μαρμαρυγῇ συνερχομένης θεότητος, λέγω δὴ καὶ τῶν μετ' ἐκείνην καὶ παρ' ἐκείνης τὰ δεύτερα τῆς φωταυγείας κεκληρωμένων, οὐρανοῦ τε μὴν αὐτοῦ καὶ τῶν ἐν αὐτῷ θεουργικῶς ἱδρυμένων· γῆς τε καὶ θαλάσσης, καὶ τῶν ἐν αὐτοῖς ζώων τε καὶ καθύγρων, ἐναλίων, χερσαίων, ἀμφιβίων, ἀερίων, μέχρις αὐτῶν ὑποχθονίων, καὶ τῶν ἔτι· τρίτον δὲ τὸ ταῖς Ἱστορίαις ἐντυγχάνειν, καὶ τῇ προγραφῇ τῶν στίχων ὀξύτητι νοῦς πρὸς πᾶσαν ἀνατρέχειν τὴν κατασκευὴν, καὶ τῇ τῶν ἱστοριῶν ποικιλίᾳ τέρπεσθαι κατὰ ψυχὴν ἡδόμενον, καὶ πεῖραν συναθροίζειν, καὶ πρὸς τὸ λέγειν γυμνάζεσθαι, πάντων τε τῶν ἀπ' αἰῶνος θαυμαζομένων πειραθῆναι, καὶ τῆς τοῦ Θεοῦ περὶ πάντα προνοίας τε καὶ διεξαγωγῆς, καὶ τῆς εἰς ἡμᾶς ἀνεκφράστου φιλανθρωπίας τὸ μέγεθος ἐπιγνῶναι· δι' ὧν ἁπάντων ἐπιτυχεῖν δύναιτ' ἂν τοῦ Θεοῦ· φῶς γὰρ ὁ Θεὸς, ἐν δὲ τῷ φωτὶ τῆς γνώσεως ὄψεταί τις φῶς· ταῦτα μὲν τοῖς φιλογρηγορίοις, οὓς καὶ φιλοθέους ὁ τῆς ἀληθείας σαφῶς ἐξεπίσταται λόγος· αὖθις δὲ πρὸς ἄλλο βλέψομεν πόνημα ταῖς Γρηγορίου πρεσβείαις τεθαῤῥηκότες· ἔστι δὲ τὸ συναγαγεῖν ἑαυτὸν ἅσπερ αὐτὸς μέμνηται φυσιολογίας· εἶθ' ἑξῆς ὅσα περὶ διχρόων καὶ τέχνης καὶ ποιότητος στοιχείων συμφώνων, καὶ διαιρέσεως φωνηέντων, καὶ ἄλλων ὀνομάτων διαφόρου σημασίας, ἐπιχωρίων τε λέξεων Ἀττικῶν, καὶ ἐπιτετηδευμένων, καὶ τῶν ἐξ

nem sordidum impuris coquorum relinquite manibus : haud enim sapientis est, mel dulce ac corroborans, in vase testaceo oblatum respuere, neque aurum vili panno involutum repudiare. Imitamini, ait Christus, Gregorium meum, qualem vobis sese præbuerit, siquidem, quantumvis magnus, humiliter loqui non recusat : non ille enim, ait, sed ego loquor, qui in tanto perfectionis fastigio collocatus malos non rejicio, sed rogantibus, etiamsi perexigui sint pretii, veniam concedo. Hic liber historiarum Gregorii Theologi nomine margariti venire meretur.

Hoc margaritum quovis pretio, etiamsi vestis ac tunicæ jactura fieri debeat, sibi comparet emptor et ut consiliis recte uti queat, imis pectoris recessibus recondat : sic enim eximium præter omnes thesaurum possidens magno præ cunctis honore allicietur. Liber historiarum, de quibus Gregorius Theologus disserit in *Carminibus* suis, ex Scriptura divinitus inspirata et aliunde est compositus, prout nexus rerum postulabat. Primum igitur ostendendum, quomodo cujusque capitis historiæ singulari modo cohæreant : singula enim cum suis historiis capita in semetipsis concluduntur : ut autem indicetur unde quævis historia deprompta sit, ad eas, quæ e Scriptura sacra sunt desumptæ, signum quod Græce νυγμὴ dicitur, ad initium appinximus, iis autem, quæ aliunde originem ducunt, veru anteposuimus; porro in explicatione citavimus librum, quo quævis historia continetur : denique singulæ historiæ ita sese invicem excipiunt, ut semper citetur versus, a quo Gregorius Theologus historiam exorsus est. Cæterum viris doctis operam meam haud improbatum iri confido.

Triplicem enim, quisquis Gregorii libros legerit, exinde fructum percipiet : primum quidem, verborum intellectum et facetiarum ingenium; secundum, ut eum verborum elegantia ad meditandas res divinas abreptus in cœlum ascendat et animi oculis aspiciat quæcunque in cœlesti firmamento existunt, et ipsum (propitius mihi esto, Christe) primarium, a semetipso solum perspectum radium trinæ Divinitatis, in unum luminis focum coeuntis, præterea etiam ea quæ post et per illam secundas luminis partes tenent, cœlum dico ipsum et quæ in eo divinitus firmata sunt, denique terram et mare et quæcunque ibi sunt animalia, maritima, terrestria, amphibia, volucria, atque adeo quæ sub terra reperiuntur et reliqua; tertium, ut, in legendis historiis, versuum dispositione omnem nexum cito mente assequatur, historiarum varietate delectetur, experientiam colligat, ad dicendum exerceatur, quæcunque admirationi unquam fuere cognoscat, denique Dei ad omnia spectantem curam et providentiam, nec non amoris ineffabilis vim persentiscat. Quæ omnia efficient ut possit ad Deum accedere : Deus enim est lumen, et in scientiæ lumine videbit aliquis lumen. Hæc quidem Gregorii amicis, quos etiam Dei amicos aperte appellat veritatis sermo. Jam vero nos Gregorii ope freti, aliud dispiciemus opus, nimirum ut ejus disputationes ad physiologiam pertinentes in unum redigamus; deinde dicemus de ancipitibus et gramma-

ἑτοίμου συγκειμένων, καὶ τῶν διασυρτικῶν ἐκπληκτικῶν, δυσφορουμένων, σχετλιαστικῶν, τῶν τε συναδουσῶν τῇ ὑποκρίσει, ἐκκοπῶν, ἐκλείψεων, συναλοιφῶν, καὶ ὧν παρὰ πᾶσαν τὴν τῶν Ἑλλήνων συνήθειαν οἱ Ἀττικοὶ κέχρηνται, τῶν τε συντόμων ἐν τοῖς ὅρκοις, καὶ τῶν ἀνὸ' ἑνικοῦ πληθυντικῶς λεγομένων ἐπιζεύξεων, ἀντὶ δὲ τοῦ παθητικοῦ ἐνεργητικῶν, τῶν τε ἐπιτρεπτικῶν ἐν τῷ μὴ παρόντος τινὸς, τῶν τε ὑφ' ἓν καὶ τῶν συνθέτων, καὶ τῶν ἐπὶ τὸ λίαν κἀπὶ τῶν ἀδυνάτων λαμβανομένων, τῶν τε δισσῶς καὶ τριττῶς ἐκφερομένων, ἰσοτύπων τε καὶ ἰσοδυνάμων, καὶ τῶν ἑβδομηκονταδύο τῆς ποιήσεως τρόπων, τῶν τε ἑβδομήκοντα τεσσάρων τῆς ῥητορικῆς τρόπων, τὰ προειρημένα πάντα παρεκβάλλοντες ἰδιοτρόπως, ἔκ τε τῆς θεοπνεύστου Γραφῆς, καὶ τῶν λόγων τοῦ θείου Γρηγορίου.

ticæ et prosodiæ elementis consonis, de vocalium divisione aliorumque nominum varia significatione, tum de indigenis usitatisque apud Atticos vocabulis, de iis quæ in promptu sunt, quæ vituperium continent, metum injiciunt, mœrorem vel luctum indicant, et quæ responsionibus inserviunt, de excisione, omissione et contractione, de vocibus quibus Attici omnino præter Græcorum consuetudinem utuntur, de concinnitate in juramentis, de periodis in quibus pro singulari pluralis, pro passivo activum ponitur, de enuntiatis in quibus aliquid conceditur quamvis haud exsistat, de hyphen et de compositis, de iis quæ, quamvis sint impossibilia, accipiuntur, de iis quæ bis terve proferuntur, de iis quæ eamdem figuram et quæ eamdem significationem habent, de septuaginta duabus poeticis, et de septuaginta quatuor grammatices figuris, ita ut hæc omnia partim e Scriptura sacra, partim e divini Gregorii operibus ea, qua par est, ratione explicemus.

ΚΟΣΜΑ ΜΟΝΑΧΟΥ ΑΓΙΟΠΟΛΙΤΟΥ

ΦΙΛΟΓΡΗΓΟΡΙΟΥ

ΙΣΤΟΡΙΑΙ [1].

ΛΟΓΟΣ Α'. *Περὶ τοῦ καθ' ἑαυτὸν βίου* (2).

1 *Χριστὲ ἄναξ, ὃς ἀγναῖς ποτ' ἀειρομέναις πα-*
[λάμῃσι,
2 *Σταυροτύποις Μωσῆος ἐπ' οὔρεϊ σοῦ θεράπορ-*
[τος,
3 *Ἔκλινας Ἀμαλὴκ ὀλοὸν σθένος.*

Τῆς Αἰγυπτίων πρὸς τὴν τῆς ἐπαγγελίας γῆν ἐπειγομένῳ τῷ Ἰσραὴλ κατὰ τὴν ἔρημον πρῶτος Ἀμαλὴκ συναντᾶται, ἔθνος πρῶτον τῇ Γραφῇ κατονομαζόμενον· Ἀρχὴ γὰρ, φησὶν, ἐθνῶν Ἀμαλήκ· ἢ διὰ τὸ πρῶτος τὸν Ἰσραὴλ πολεμῆσαι· ἢ τὸ πρῶτον ἐν ἔθνεσιν ὑποστῆναι τοῦτον διαρπάζοντα τοὺς εἰκῇ τοῦ λαοῦ καθυστεροῦντας, εἰς παράταξιν Ἰσραὴλ ἀντικαθίσταται· τῆς γοῦν μάχης ἐφ' ἱκανὸν διακρατούσης, ὁ Μωϋσῆς προφήτης δὲ καὶ τοῦ λαοῦ καθηγούμενος, οὗτος σταυροτύποις χερσὶ τροποῦται τὸν Ἀμαλήκ· συνέβη δὲ τῷ μὲν ταῖς χερσὶν ἐπαιρομέναις εἰς ὕψος, τὸ τρόπαιον συνεπαίρεσθαι, καθηκομέναις ὥσπερ οὖν συγκαθήκεσθαι· ταύτῃ τοι τὸν Ἀαρὼν καὶ Ὢρ προφήτας καὶ αὐτοὺς ὄντας, ἐπί τινος βουνοῦ τοῦ Μωϋσέως ἀμφοτέρωθεν τὰς χεῖρας ὑποστηρίζειν· (τύπος δὲ τοῦτο τοῦ σωτηριώδους πάθους·) εἶτα δὲ καὶ λίθοις ἐπιθέτοις ἐπερείδειν, μέχρι παντελοῦς τῶν ἐναντίων τροπῆς· καὶ τῆς μὲν μάχης σταυρότυπον σχῆμα προηγεῖτο· τῶν μαχομένων δὲ τοῦ λαοῦ παῖς Ἰησοῦς ὁ τοῦ Ναυῆ· μέμνηται δὲ τούτων συνεχῶς Μωϋσῆς τῷ Ἰσραὴλ λέγων· *Ἐχθραίνεις τῷ Ἀμαλὴκ, ὅτι, φησὶ, τὴν ὁδαγίαν σου διήρπαζεν ἐν τῇ ἐρήμῳ, καὶ οὐκ ἠλέησέ σε·* οὐραγία δὲ πλήθους ἐστὶν ὑστέρημα μόχθῳ τῆς ὁδοιπορίας κεκμηκὸς καὶ τεμνόμενον, ἢ πλάνῃ φερόμενον.

5. *Κάσματα καὶ φρικτὰς ὀνύχων ἐπέδησας*
[ἀκωκάς.

Ἐν Βαβυλῶνι τοῦ Ἰσραὴλ καὶ Ἰούδα πρότερον

CARMEN I. *De vita sua.*

Cum Israel ex Ægypto ad terram promissionis tenderet, primum eis occurrit Amalec, qui primus populus a Scriptura vocatur. *Principium* enim, ait, *gentium est Amalec* [1]. Hic igitur aut quia primus Israeli bellum intulit, aut quia gentium prima fuit, quæ turbam Israelis subsequentem aggrederetur: Israel in aciem assistit. Cum autem prælium satis exarsisset, Moses propheta simul et populi dux manibus in crucis formam sublatis Amalec in fugam convertit. Accidit porro ut cum manibus in altum sublatis tropæum simul extolleretur, et cum delabentibus illud quoque descenderet, quare Aaron et Or, qui et ipsi prophetæ erant, in colle quodam manus Moysis utrinque sulfulserunt (est autem hic typus passionis salvatoriæ), et postea etiam lapidibus congestis sustentarunt, usquedum hostes penitus fugati essent. Et aciei quidem signum crucis præfuit, populo autem pugnanti Jesus filius Nave. Cujus rei mentionem persæpe Moyses injicit, ad Israel dicens: Odio habebis Amalec, inquit, quia turbam tuam depopulatus est in deserto nec tibi pepercit. Turba autem est subsequens multitudo, itineris labore fatigata ac separata, aut vagabunda.

Cum Israel et Juda a Nabuchodonosore et postea a Nabuzardane in exsilium abducti et Hierosolymæ

[1] Num. XXIV, 20.

(1) Versus citatos in interpretatione nostra omittimus, cum jam ea Latine versa ad manus habeat Lector in præsenti editione. Paginæ indigitantur novæ recensionis Benedictinæ quæ typis crassioribus textui insertis, ut moris est nostri, repræsentantur. EDIT. PATR.

(2) Ed. nov. p. 630, περὶ τῶν καθ' ἑαυτόν.

ὑπὸ Ναβουχοδονόσορ καὶ Ναβουζαρδὰν τὸ δεύτερον ἀποικισθέντος, ἐμπρησθείσης τε τῆς Ἱερουσαλὴμ, τῆς τοιαύτης αἰχμαλωσίας Δαυϊτικῷ διαπρέποντες γένει παῖδες Ἰσραὴλ, Ἀνανίας, Ἀζαρίας, Μισαὴλ ὑπῆρχον· τούτους εὐσεβῶς κατὰ τὸν πατρῷον νόμον πολιτευομένους, προφητικῷ τε διαλάμποντας χαρίσματι, τῶν Ἀσσυρίων οἱ προὔχοντες τοῖς βασιλεύσιν ἐνδιαβάλλουσι, τοῖς Περσικοῖς ἅτε δόγμασιν ἀντικαθισταμένους· ὁ μὲν οὖν Δανιὴλ ὑπὸ Βαλτάσαρ βασιλέως βορὰ λάκκῳ ῥιφεὶς, χεῖρας πρὸς Θεὸν διαπετάσας, τῶν ὠμοφάγων θηρῶν τά τε ἀνεῳγμένα στόματα καὶ τοὺς σπαρακτικοὺς ἐπέσχεν ὄνυχας, σῶος δὲ μεθ' ἡμέρας ἐπάνεισι τοῦ βοθύνου.

6 *Ὃν διὰ καὶ μεγάλου ἀπὸ κήτεος ἔκθορ' Ἰωνᾶς.*

Προφήτης ὁ Ἰωνᾶς, ὑπὸ δὲ Θεοῦ προφητεῦσαι τῇ Νινευῒ μεγάλῃ Νίνου βασιλέως Ἀσσυρίων πεμφθείς, φεύγει τὸ πρόσταγμα, τὴν ἐπὶ Θαρσεῖς δὲ στέλλεται θαλασσοπορίαν· κλύδωνος δὲ γεγονότος, καὶ παρὰ καιρὸν τῶν ναυτικῶν οἰομένων τὴν ζάλην, ὑπ' αὐτοῦ τε μεμαθηκότων ὡς ἐκ προσώπου Θεοῦ φεύγων ἐστὶ, κλήρῳ καταδικασθέντα καὶ τῇ θαλάσσῃ βεβλημένον, ἐκ προστάγματος Θείου κῆτος θαλάσσιος θὴρ ὑποδέχεται· τριῶν δὲ τοῦτον ἡμερῶν ἐν τοῖς σπλάγχνοις ἄτρωτον περιφυλαγμένον, δι' εὐχῆς κἀντεῦθεν τῷ Θεῷ προσομιλοῦντα τριταῖον τὸ κῆτος ἀπήμεσεν ἐν ξηρᾷ, μυστηρίου τύπον ὑπογράφοντα τῆς Χριστοῦ μετὰ ταῦτα γενησομένης ἀναστάσεως.

8 *Ἐν ῥοιζῳ δ' Ἀσσυρίη δροσέρ νέφος ἀμφ-*
[εκάλυψε

9 *Θαρσαλέους τρεῖς παῖδας, ἐπεὶ χέρας ἐξεπ-*
[έτασσαν.

Τρεῖς παῖδές εἰσιν Ἀνανίας, Ἀζαρίας, Μισαὴλ, ὧν ἀνωτέρω μεμνήμεθα· Ναβουχοδονόσορ τοίνυν ποτὲ τοῦ βασιλέως εἰκόνα στήσαντος χρυσῆν, ᾗ προσεκύνουν πάντες ὁμοθυμαδὸν ἔκ τινος συγκαλούμενοι μουσικῆς συμφωνίας, τοὺς μὴ λατρεύοντας ἀπειλουμένου προστάγματος παμφάγῳ παραδοθήσεσθαι πυρὶ, προσάγονται τρεῖς οὗτοι παῖδες· τοῦ δὲ βασιλέως πεῖθειν αὐτοὺς πειρωμένου, καὶ τῇ τῆς καιομένης ἐπ' ὄψεσι καμίνου τιμωρίᾳ ἐκδειματοῦντος, ἐπεὶ μὴ λατρεύειν τῇ κτίσει παρὰ τὸν κτίσαντα διωμολόγουν Θεὸν, κάμινος τούτους ὑποδέχεται προστάγματι τοῦ κρατοῦντος· οἷς ἄγγελος Θεοῦ συγκάτεισιν· ἐκ δὲ πυρὸς δρόσος ἦν τοῖς παιδαρίοις· ἀλλ' οἱ μὲν ὕμνοις Θεοπρεπέσι τὸν Θεὸν μειλισσόμενοι, τῆς καμίνου πρόεισιν ἄρτιοι θαῦμα πᾶσι τοῖς ὁρῶσι· περὶ δὲ τὴν κάμινον ἐπὶ πήχεις τεσσαρακονταεννέα ἡ φλὸξ διαχεθεῖσα, τοὺς παρατυχόντας ὤλυσι Χαλδαίους· ὅθεν τὸν βασιλέα τούτους μηδὲ ὁριξὶ τοῦ ἀκαμάτου πυρὸς συνειλημμένους ἐκπληττόμενον δογματίσαι τὸν εἰς τὸν ἐκείνων Θεὸν βλασφημήσαντα πανοικίᾳ διόλυσθαι.

10 *.... Ζείουσαν ὑπερ ἄλα πεζὸς ἐδεύσας,*
11 *Κύματα καὶ ἀνέμων μέγος ηὔγασας.*

Τοὺς μαθητὰς ἐν πλοίῳ προπέμψας Χριστὸς, αὐτὸς τῷ παρεπομένῳ διαλεγόμενος πλήθει, ταῖς ὄχθαις προσμένει τῆς θαλάσσης· κλύδωνος δὲ τούτους συνεσχηκότος, μέλλουσιν ὑποβρυχίοις ἀπολέσθαι· πάρεισι Χριστὸς ὀψίας, τὴν ὑγρὰν ποσὶν ἐπιπατῶν θάλασσαν· Ὁρηθείσι δὲ καὶ κεκραγόσι προσφωνήσας τοῖς μαθηταῖς θαῤῥεῖν τε παρακελευσάμενος, σύμπλους ἦν αὐτοῖς τὸν μὲν σάλον κατευνάσας, ἐπιτιμήσας δὲ τοῖς ἀνέμοις, καὶ τῷ Πέτρῳ βυθιζομένῳ ἐπορέξας τὴν χεῖρα.

15 *Ἠιθέοις δ' αὖ ψυχάς τε καὶ ὄψεα λύσαο*
[νούσων.

Συλλήβδην πάντων τῶν Χριστοῦ μέμνηται θαυμάτων, ὡς ἐν διαφόροις κάμνοντες νόσοις καὶ ψυχαῖς καὶ σώμασι, τῶν θείων ἀπήλαυσαν ἄνθρωποι δωρεῶν.

329 *Οὐδ' ἐπάτ' ἀχραίνοντι νόῳ λυγὸν ἀμφὶς*
[ἑλίξας.

Τῇ ψυχῇ διαλεγόμενος, μεταγωγικῶς τὴν παροῦ-

incendio deletæ essent, tres filii Israel, Ananias, Azarias, Misael, e genere Davidico oriundi, Babylone degebant, quos, utpote pie secundum patriam legem viventes et prophetiæ dono excellentes, Assyriorum satrapæ apud reges accusaverunt, quod Persicæ religioni refractarentur. Postquam igitur Daniel a Baltasar rege tanquam esca in foveam conjectus erat, manibus ad Deum expansis apertos bestiarum crudivorarum rictus crudelesque ungulas sustinuit et, luce aborta, salvus e fovea prodiit.

Jonas propheta missus a Deo, ut prædicaret Ninive magnæ Nini Assyriorum regis urbi, mandatum effugere et in Tharsis navigare constituit. Exorta autem tempestate quam nautæ præter consuetudinem evenisse opinabantur, ipse eis dixit se e conspectu Dei confugere: quare sorte condemnatum marique traditum, secundum administrationem divinam, cete, quod est bellua marina, excepit. Cum autem per tres dies incolumis in ejus visceribus conservatus esset et precibus deinde Deum imploraret, tertio die cete evomuit cum in terram, quod est figura mysterii resurrectionis Dominicæ quæ postea evenit

Tres pueri sunt, Ananias, Azarias, Misael, quorum paulo ante mentionem fecimus. Cum Nabuchodonosor rex aliquando statuam auream erigendam curasset, quam concentu musico convocati cuncti simul adoraverunt, cumque edictum esset ut ii qui adorare recusarent, voraci flammæ traderentur, etiam tres illi pueri adducti sunt. Quoniam autem, quamvis rex ipse permovere eos et pœna fornacis coram ipsis accensi terrere conaretur, posthabita creatura tantummodo Deum creatorem sese adoraturos profitebantur, jussu regis fornaci traduntur: ingressus vero cum ipsis est angelus Dei, atque ex igne refrigerium contigit pueris, ita ut piis carminibus Deum celebrarent et integri e fornace progrederentur, quod omnes videntes admirati sunt et eo quidem magis cum flamma camini ad quadraginta novem cubitos exsurgeret et Chaldæos accedentes hauriret. Rex autem miratus, quod ignis vorax ne capillos quidem attigisset, edicto pronuntiavit, ut quicunque illorum Deum conviciis impeturus esset, cum tota familia extirparetur.

Discipulis navigio abire jussis Christus, ac multitudinem ipsum comitantem peroraturus, in littore maris remanet. Cum autem tempestas exorta esset, in eo jam fuere, ut maris gurgitibus submergerentur: tum vespere Christus advenit, pedes in mari incedens. Perturbatos autem et vociferantes discipulos allocutus bono animo esse jussit, eorumque nave consecnsa fluctus sedavit, ventos increpuit et Petro periclitanti manum porrexit.

Breviter omnia Christi miracula commemorat, quibus homines, variis animæ corporisque morbis oppressi, divinorum munerum participes facti sunt.

Cum anima colloquens hanc historiam Theologus tanquam exemplum profert dicens: Nondum rationi

σαν ὁ Θεολόγος Ἱστορίαν ἐξ ὑποδείγματος παρεισάγει· φησὶν οὖν, ὅτι Οὕπω τῷ λογισμῷ ἀνοηταίνοντι περιέλῃκα ἱμαντῶδες φυτόν· λέγεται γὰρ τοὺς ἵππους τοῦ Ἀδράστου μυρίκης ὄζῳ συσχεθέντας, τὸν Ἄδραστον ἀποβαλεῖν· ὃν εὑρὼν Μενέλαος καὶ ζωγρῆσαι βουλόμενος, οὐ συγχωρεῖται, καὶ γὰρ Ἀγαμέμνων ὁ τῶν Ἑλλήνων βασιλεὺς ἐπιστὰς τοῦτον ἀναιρεῖ· μεταφορικῶς οὖν φησιν ὁ Θεολόγος, ὅτι Τὸν μὲν ἁλωτὸν τοῖς πολεμίοις συσχεθέντες δεδώκασιν οἱ ἵπποι, μικροῦ δέ με τοῖς πάθεσι πάρεργον παρέσχεν ὁ λογισμὸς ἀνοηταίνων, οὐκ ἔχων ὅποι στῇ τῆς ἀτάκτου φορᾶς, μηδ' ὑφ' οὑτινος τοὐναντίον ἐπ' ὠφελείᾳ ψυχῆς συσχεθῇ.

552 *Φεύγων Αἰγύπτοιο μέλαν πέδον, ἔργα τε πικρά,*
553 *Καὶ Φαραὼ βασιλῆα, πάτρην δ' ἐπὶ θείαν ἐδεύῃ.*

Μέλας μὲν ὁ τῆς Αἰγύπτου φύσει χῶρος, ἔργα δὲ πικρὰ τὰ τοῖς Ἑβραίοις πάλαι προστεταγμένα, πλινθοποιία καί τινα οἷς αὐτοὺς οἱ Αἰγύπτιοι κατεδουλοῦντο· διὸ καὶ τῷ Μωϋσῇ παραγενομένῳ τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ διὰ θείου προστάγματος τῆς Αἰγυπτίων χειρὸς ἐξελέσθαι, πικρότερος καθίσταται Φαραὼ τῶν Αἰγυπτίων ὁ βασιλεύς· κατὰ γοῦν τὸν τῆς ἀναγωγῆς λόγον μέλαν πέδον, τὴν ἐν ἁμαρτίᾳ διατριβὴν ὁ Θεολόγος φησί· Φαραὼ δὲ τὸν διάβολον λέγει· πικρὰ δὲ τὰ ἔργα, τὰ παρ' ἐκείνου τῇ ψυχῇ προσεπινοούμενα· πατρίδα δὲ θείαν, τὸν μέλλοντά φησιν αἰῶνα, καθ' ὃν ἐπείγεσθαι τὴν ψυχὴν ὡς ἀΐδιον θέμις ταμιεῖον ζωῆς δι' ἀρετῆς καταπαύουσαν.

554 *Μηδὲ μένει Βαβυλῶνος ἐπὶ κραναοῖς πεδίοισι,*
555 *Δουρηλὶς ἔχθησι παρεζόμενος ποταμοῖο,*
556 *Ὧδῆς ἔργανα πάντα παρακλίνας ἀτίρακτα,*
557 *Δακρυόεις σεύδει θ' ἱερῆς ἐπὶ τέρμα γαίης.*

Βαβυλῶνος τραχὺς μὲν ὁ χῶρος, ἔνθα τὸν λαὸν ἀποικισθέντα, ταῖς ὄχθαις λέγεται τοῦ ποταμοῦ καθῆσθαι, καὶ τὴν ἀποικίαν ὀδύρεσθαι, τήν τε ᾠδὴν ἐπ' ἀλλοτρίας μὴ θέλειν γῆς ᾄδειν, ἀλλ' ἀκίνητα καὶ ἀργὰ τῆς ᾠδῆς φυλάττειν τὰ ὄργανα· μεθ' ἑβδομήκοντα δὲ χρόνους τῆς τοιαύτης ἀφεθέντες αἰχμαλωσίας, εἰς τὴν οἰκείαν ἐπανιέναι πατρίδα· καὶ τοῦτο γοῦν ἀναγωγικῶς ὁ Θεολόγος φησί· Βαβυλῶνα μὲν τὴν αἰχμαλωτίζουσαν ἀπὸ Θεοῦ καλῶν ἁμαρτίαν· ὄργανα δὲ τὰς τῆς ψυχῆς δυνάμεις ὑπολῃπτέον, εὐχήν φημι καὶ τὴν εἰς Θεὸν ὑμνῳδίαν, ὧν ἡ ψυχὴ ἐξατονήσασα, τὸν δουλειον ζυγὸν ἀποδύρεται· γῆ δέ ἐστιν ἱερά, τῶν πραέων ὁ χῶρος, ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν ἣν ἔστι καταλαβεῖν, τῆς τραχείας ἁμαρτίας ἀποδεδρακότας.

559 *Καὶ νηοῦ μεγάλοιο θεμείλια χερσὶ βάληται.*

Δαρεῖος ὁ Μήδων βασιλεὺς μεθ' ἑβδομήκοντα χρόνους τῆς θεοσεβείας ἀγάμενος τοὺς Ἑβραίους, τῆς αἰχμαλωσίας ἀφίησι· προστάσσει τε τὸν ναὸν Σολομῶντος καὶ τὴν Ἱερουσαλὴμ ἀνοικοδομηθῆναι· τότε γοῦν ἐπανελθὼν ὁ λαὸς Ἀσσυρίων, τὸν ναὸν καὶ τὴν πόλιν Ἱερουσαλὴμ ἐπανορθοῦται· θεμέλια τοίνυν ὁ Θεολόγος τοῦ ναοῦ, τὰς ἰσχυρὰς φησιν ἀρετὰς, αἵτινες τὴν ψυχὴν ναὸν κατασκευάζουσι τοῦ Θεοῦ, κύκλῳ περιφκοδομημέναι.

567 *Οἷον δ' ἐξ ἱερῆς Σολύμων κατιόντα πόληος*
568 *Ἱεριχοῦς πτολίεθρον ἐπὶ κλυτὸν, ὡς ἐνέπουσιν,*
569 *Φῶρες ἐδηλήσαντο κακοὶ λοχόωντες ὁδίτην.*

Παραβολὴν ὁ Σωτὴρ ταύτην φησὶν ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις, ὅτι τις ὁδοιπόρος κατέβαινεν ἀπὸ Ἱερουσα-

insanæ ramum frenatorem adstrinxi. Adrasti enim equi ramo tamarinthino coerciti illum excussisse feruntur, quem cum Menelaus invenisset et vivum capere aggrederetur, non potuit, Agamemnon vero Græcorum rex accessit eumque trucidavit. Metaphorice igitur Theologus hoc dicit : Captum quidem equi colligati hostibus tradiderunt, me autem parum abfuit quin ratio malesana cupiditatibus traderet, utpote quæ nec haberet ubi cæcum impetum sisteret, nec rursus a quo in animæ emolumentum cohiberetur.

Natura quidem Ægypti terra est nigra, acerbi porro labores qui olim Hebræis imponebantur, ut laterum fabricatio et reliqua quibus Ægyptii eos subigebant : et ideo Moysi qui secundum divinum mandatum Israelitas ex Ægyptiorum manu liberaturus erat, acerbior exsistit Pharao rex Ægyptiorum. Sensu igitur anagogico terram nigram Theologus dicit perseverantiam in peccato : Pharaonem intelligit diabolum : labores acerbos ea quæ per illum in anima procreantur : patriam divinam denique vocat futurum sæculum, ad quod veluti vitæ æternæ receptaculum anima in virtute requiescens contendere debet.

Aspera est Babylonis terra, ubi populus extorris dicitur ad fluvii ripas consedisse, et exsilium deflevisse, et canticum in terra peregrina cantare noluisse, sed organa immota et otiosa conservasse, post septuaginta autem annos ex hac captivitate liberati in patriam suam rediisse. Sensu igitur anagogico Theologus hoc dicit : Babylonem vocat peccatum quod a Deo abducit in captivitatem : organa sunt animæ virtutes, nimirum preces et cantus in Dei honorem oblati, a quibus anima sese abstinens servile jugum deplorat : terra denique sancta est ditio mansuetorum, regnum cœlorum quo potientur quicunque acerbi peccati tramitem deseruerunt.

Darius rex Medorum, post septuaginta annos, Hebræos ob pietatem admiratus ex captivitate dimisit simulque templum Salomonis et Hierosolymas reædificari jussit. Tunc igitur populus, ex Assyria revertens, templum atque urbem Hierosolymorum reconstruxit. Theologus autem fundamenta templi dicit egregias virtutes quæ animam circumeingunt et templum Dei reddunt.

In Evangeliis hanc Salvator enarrat parabolam : quidam descendit Hierosolymis et in itinere incidit in latrones qui exspoliatum eum multisque vulneribus laceratum deseruere semianimem. Forte autem levita et sacerdos præterierunt et immisericordi animo illum neglexerunt. Samaritanus autem, cum propius accessisset eumque conspexisset, misericordia commotus vulneribus medicinam largam manu suppeditavit, jumento suo imposuit et cum necessaria cura cauponi tradidit. Ex mente Theologi igitur viator est anima quæ per hanc vitam transit : quod autem ex Hierosolyma descenderit, hoc de virtute intelligendum : latronem dicit diabolum qui olim Adam a Deo abalienavit omnesque ex Adam oriundos eodem modo excipit et a Deo removere studet.

Salvator in Evangeliis hanc quoque proposuit parabolam : Duo viri precandi causa in templum ascen-

λὴμ καὶ λῃσταῖς περιέπεσεν, οἳ καὶ ἐκδύσαντες αὐτὸν καὶ πληγὰς πολλὰς ἐπιθέντες κατέλιπον ἡμιθανῆ· κατὰ συγκυρίαν δὲ Λευΐτης καὶ ἱερεὺς παριόντες, κατέλιπον αὐτὸν ἀνηλεεῖ ψυχῇ· Σαμαρείτης δὲ πλησίον ἐλθὼν καὶ τοῦτον ἰδὼν ἠλέησε, πολλὰ δὲ ταῖς πληγαῖς ἐπιθέμενος φάρμακα, κἀπὶ τὸ ἴδιον ἐπιβιβάσας κτῆνος, τῷ πανδοχεῖ μετὰ καὶ τῆς δεούσης ἐπιμελείας καταλιμπάνει· τὸν γοῦν ὁδοιπόρον τὴν ψυχὴν φησιν ὁ Θεολόγος, τὸν βίον τουτονὶ διαπερῶσαν· ἀπὸ τῆς Ἱερουσαλὴμ κατιοῦσαν δὲ τῆς ἀρετῆς φησι· λῃστὴν δὲ τὸν διάβολον λέγει, πάλαι μὲν ἀπογυμνώσαντα τοῦ Θεοῦ τὸν Ἀδάμ, τοῖς δὲ ἐξ Ἀδὰμ πᾶσι τὸν αὐτὸν ἐπαναδεδεγμένον, καὶ Θεοῦ γυμνοῦν ἀμιλλώμενον. [σαῖος,

393 *Πυνθάνεμ' ὡς δύο φῶτε, μέγα πνείων φαρι-*
394 *. . . . . ἠδὲ τελώνης,*
396 *Εἰς ἱερὸν ἀναβάντες. . . . . .*

Παραβολικῶς καὶ τοῦτό φησιν ὁ Σωτὴρ ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις, ὅτι δύο ἄνδρες ἀνέβαινον εἰς τὸ ἱερὸν προσεύξασθαι, ὁ εἷς Φαρισαῖος, ὁ δὲ ἕτερος τελώνης· ἀλλ' ὁ μὲν Φαρισαῖος, νηστείαις καὶ δεκάταις καὶ ταῖς ἄλλαις νομίμοις ἐντολαῖς μεγαλαυχῶν, καὶ τοῖς ἄλλοις συγκρίνων ἑαυτὸν ἀνθρώποις, λόγοις δὲ καὶ τὸν τελώνην ἀποφαυλίζων, ἄτιμος ἀποπέμπεται· ὁ δὲ τελώνης τὸ στῆθος ταῖς χερσὶ πατάσσων, ἐκπροχέων τε δάκρυα θερμὰ καὶ τὸν Θεὸν αὐτῷ τοῖς ἐπαισμένοις εὐμενῆ γενέσθαι λισσόμενος, ἀφέσεως κατηξίωται, τοῦ Θεοῦ τῷ ταπεινουμένῳ μᾶλλον, ἢ τῷ τυφουμένῳ, προσεσχηκότος.

426 *.... Ἱερῆς Ἄννης ἐμνήσατο φωνήν.*

Ἄννα μήτηρ ἐστὶ Σαμουὴλ τοῦ προφήτου, στεῖρα δὲ οὖσα καὶ πικρῶς ὀδυρομένη, κατέστη εἰς Σηλώμ, ἔνθα ἦν ἡ κιβωτὸς διαθήκης Κυρίου· προσευξαμένης δὲ ταύτης, τὸν Σαμουὴλ αὐτῇ παρέσχεν ὁ Θεός· αὐτὸς δὲ καθ' ὑπόσχεσιν τῆς μητρὸς λειτουργεῖν ἀφιεροῦται Θεῷ, καὶ τῇ σκηνῇ προσάγεται τοῦ μαρτυρίου νήπιος ὤν· Ἑλκανὰ ὄνομα τῷ πατρὶ αὐτοῦ.

432 *.... Νῦν δ' αὖτ' ἐναρίθμιός εἰμι βεβήλοις,*
433 *Ἠλεὶ σοῦ θεράποντος ἀγακλέος υἱέσι μάρ-* [γοις·
434 *Οἳ θυσίαις καθαρῆσιν ἐπέχραον ἄχρι θυμῷ,*
435 *Χερσὶν ἁρπτόμενοι θείων λίχνησι λεβήτων·*
436 *Τοὔνεκα καὶ χαλεπῆς κύρσαν βιότοιο τελευ-* [τῆς.

Υἱοὶ τοῦ ἱερέως Ἠλεὶ Ὀφνεὶ καὶ Φινεὲς ὑπῆρχον παρανομώτατοι ἀφόβα, τὸ δικαίωμα τοῦ νόμου μὴ γινώσκοντες παρὰ τοῦ θύοντος λαοῦ· πρὶν ἢ γὰρ τὸ στέαρ θυμιαθῆναι, καθῆκαν τριόδοντα εἰς τὸ χαλκεῖον, καὶ πᾶν ὅπερ ὁ τριόδους ἀπέσπα τῆς χύτρας, ὁ παῖς ἐλάμβανε τοῦ ἱερέως· αὕτη τούτοις ἁμαρτίαλεθάργιστο μεγίστη· διὸ καὶ τῷ πατρὶ αὐτῶν διά τινος τῶν εὐσεβούντων ὁ Θεὸς δηλοῖ, τὸ δι' αὐτοὺς σὺν αὐτοῖς μέλλον αὐτῷ τέλος οἰκτρὸν ἐπελεύσεσθαι, καὶ διὰ Σαμουὴλ ἔτι παιδὸς ὄντος, καὶ κατὰ πρόσωπον ἐκείνου τῇ σκηνῇ λειτουργοῦντος· ὃ καὶ συνέβη· τῶν γὰρ ἀλλοφύλων ἐπιθεμένων, μετὰ τῆς κιβωτοῦ ἔξεισιν Ὀφνεὶ καὶ Φινεὲς οἱ τοῦ Ἠλεὶ παῖδες· κρατυνθέντος δὲ τοῦ τῶν ἀλλοφύλων ἐπ' αὐτοὺς πολέμου, καὶ τῆς κιβωτοῦ ἁλωθείσης, ἄμφω πεπτώκασι στόματι ξίφους· τινὸς δὲ τὴν ἀγγελίαν τῆς τε κιβωτοῦ καὶ τῶν παίδων καὶ τοῦ λαοῦ τῷ Ἠλεὶ ἀπαγγόντος, δίφρῳ τοῦτον καθεζόμενον ἐς τοὐπίσω πεσεῖν συνέβη καὶ συντριβῆναι, καὶ τοῦ ζῆν ἀπαλλαγῆναι· καὶ μέντοι καὶ τὴν τούτου γυναικόπαιδα κατὰ γαστρὸς ἔχουσαν ἅμα τεκεῖν τῷ πένθει καὶ σὺν τόκῳ μορῆσαι· ὡς πληρωθῆναι τὸ ῥῆμα τὸ δηλωθὲν ὑπὸ Θεοῦ· ἡμέρᾳ μιᾷ, παντὸς οἴκου τοῦ Ἠλεὶ τὸν τὸ θυμίαμα προσφέροντα τῷ Θεῷ ἐξολοθρευθήσεσθαι.

440 *Ἤδη τις φίλον υἱὸν ἀθέσφατον ἤγαγε βωμῷ,*
442 *Σάρρας ὀψιτόκοιο γόνον ῥίζαν τε γενέθλης,*
444 *Ἄβραμ ἦν ἱερεύς, ἁμὲς δέ τε κύδιμος Ἰσάκ.*

Ἄβραὰμ τίκτει τὸν Ἰσαὰκ ἐξ ἐπαγγελίας ἐν γήρᾳ, Σάρρας στείρας καὶ αὐτῆς οὔσης καὶ γηραλέας· τούτῳ προστάσσει τὸν ἐκ τῆς ἐπαγγελίας αὐτοῦ μονογενῆ υἱὸν, θυσίαν ὁ Θεὸς προσάγειν ἐπί τινα τόπον ὑψηλόν· ἐλθόντι δὲ σὺν τῷ παιδὶ τῷ Ἀβραὰμ ἐν τῷ τόπῳ, καὶ τὸ θυσιαστήριον οἰκοδομήσαντι, τά τε τῆς ὁλοκαρπώσεως ἐπιστοιβάσαντι ξύλα, πεδήσαντι δὲ καὶ τὸν Ἰσαὰκ, καὶ τὴν μάχαιραν ἐπ' αὐτὸν σπασαμένῳ, φωνήσας οὐρανόθεν ὁ Θεὸς τῆς ἐπὶ τῷ παιδὶ σφαγῆς ἀνατρέπει τὴν πρόθεσιν, εὖ μάλα προσδεδε-

derunt, alter Pharisæus, alter publicanus. Jam vero Pharisæus, qui de jejuniis et decimis aliisque legis præceptis magnopere gloriabatur, cum cæteris hominibus se comparabat et verbis quoque publicano detrahebat, sine honore discessit : publicanus autem pectus manibus percutiens, et acerbis lacrymis profusis Deum, ut peccatorum veniam sibi concedat, implorans, remissione dignus habitus est, siquidem Deus cum qui sese humiliat magis respicit quam qui se extollit.

Anna est mater Samuelis prophetæ : quæ cum propter sterilitatem amare flevisset, in Silo descendit, ubi arca fœderis Domini erat, et precibus ibi factis Samuelem Deus ei donavit, qui ex matris voto sacerdos Dei constitutus et, cum adhuc puer esset, ad tabernaculum testimonii adductus est. Pater autem ejus Elcana vocabatur.

Filii Eli sacerdotis, Ophni et Phinees, admodum impii erant, legis præcepta, sacrificante populo, haud observantes : priusquam enim adeps incenderetur, immiserunt fuscinulam tridentem in lebetem, et quidquid trideus arripuisset ex olla, sacerdotis puer sibi sumpsit. Et hoc quidem ut gravissimum peccatum eis imputatum est. Quare etiam patri eorum non modo per pium quemdam virum Deus prædixit, ipsum propter eos et cum eis miserabili morte interiturum esse, sed etiam per Samuelem qui admodum juvenis coram illo in tabernaculo sacrificia offerebat. Quod etiam accidit. Cum enim exteri terram invaderent, Ophni et Phinees, Eli filii, cum arca egressi sunt, et postquam hostes victoriam reportaverant arcamque abstulerant, uterque gladii acie interiit. Nuntio autem de area, de filiis et de populo ad Eli perlato, ipse in sella considens retrorsum cecidit fractisque cervicibus mortuus est, ejusque nurus gravida, terrore perculsa peperit et cum partu exstincta est, ita ut verbum a Deo revelatum impleretur, nimirum omnes, qui sacra offerrent Deo ex tota Eli familia, uno die perituros esse.

Abraham senex factus gignit Isaac secundum promissionem, quamvis Sara ipsa et sterilis et decrepita esset. Illi autem præcepit Deus, ut in loco quodam edito filium quem habebat ex promissione unigenitum, in sacrificium sibi offerret. Cum igitur Abraham in illo loco advenisset cum puero, et altare construxisset, et, lignis ad faciendum holocaustum comportatis, Isaac ipse instaret, cumque in eo esset ut illum gladio transfigeret, Deus voce cœlitus emissa a filio trucidando revocat, magnopere delectatus

γμένης, ὡς οὐδὲν Θεοῦ τῷ Ἀβραὰμ ποθεινότερον· κριὸν δὲ φυτῷ τινι σαμὲκ λεγομένῳ τοῦ παιδὸς ἀντιδοὺς αὐτομάτως τῶν κεράτων κατεχόμενον, τὴν θυσίαν προστάσσει καθιερῶσαι· τούτου δὲ γενομένου, πρὸς τοὺς οἰκείους ἐπάνεισι, σῶον ἐπιφερόμενος τὸν μονογενῆ παῖδα.

480 *Οὐδὲ μεταστρέφεται Σοδόμων ἐπὶ τέφραν* [*ἔρημον,*
481 *Ἦν διὰ μαργοσύνην ξείνῳ πυρὶ δηϊωθέντων·*
482 *Φεύγει δ' ἐσσυμένως ἐς ὄρος, πάτρης δὲ λέλη-* [*σται,*
483 *Μὴ μῦθος καὶ λᾶας ἁλὸς μετέπισθε λίπηται.*

Σοδόμων τόπος ἐστί τις περὶ τὸν Ἰορδάνην· ὑπῆρχον δὲ πέντε πόλεις· ὁ δὲ χῶρος πρὸ τοῦ καταστραφῆναι, τερπνός τε ἦν καὶ λίαν εὐθαλής, ποτιζόμενος ὥσπερ ἡ τῆς Αἰγύπτου γῆ· τοῦτον ᾤκησε Λὼτ τὸν χῶρον· πρὸς γένους δὲ τῷ Ἀβραὰμ οὗτος· σὺν αὐτῷ γὰρ ἀπὸ τῆς ἐνεγκαμένης πρὸς τὴν Χαναναίαν μετοικήσας, τοῦτον ἔλαχεν οἰκεῖν τοιῶσδε τὸν τρόπον· πολλῶν ὄντων τῶν κτημάτων αὐτῷ τε καὶ τῷ Ἀβραὰμ, ἐπεὶ χωρεῖν αὐτοὺς τὴν γῆν οὐχ οἷόν ἦν, μάχην οἱ ποιμένες πρὸς ἀλλήλους συνάπτουσι· τοῦ τοίνυν Ἀβραὰμ εὐλαβηθέντος, τήν τε προτίμησιν εἰ θέλοι τῆς γῆς ὑποχωρῆσαι τῷ Λὼτ παρεσχηκότος αὐτοῦ, πανοικίᾳ μετατίθεται· τῶν δὲ τόπων οἱ ἄνδρες ἀδικώτατοι λίαν παντοίαις ἐμφυρόμενοι σαρκὸς ἀσελγείαις· τῆς τοίνυν αὐτῶν ἀσεβείας πληθυνθείσης, εἰκὸς τὴν θείαν ἐπ' αὐτοὺς μετιέναι ὀργήν· αὐτοῦ τε τοῦ Θεοῦ πρόσωπον πρὸς πρόσωπον τῷ δικαίῳ περὶ τούτου διαλεχθέντος Ἀβραὰμ, ἐν τῇ παρὰ τῇ θείᾳ Γραφῇ θρυλλουμένῃ ξεναγωγίᾳ· δύο τοιγαροῦν τοῖς Σοδόμων ἀποσταλέντων ἀγγέλων εἰς τὸ καταστρέψαι, τὸν μὲν Λὼτ αὐτίκα τῇ πύλῃ προσκαθεζόμενον, ἅτε φιλόξενον ὄντα καὶ ἄνδρα δίκαιον, εἰσοικίσασθαι τούτους συνέβη· τῶν δὲ γεγονότων εἴσω τῶν οἴκων, ἅπαντας θύραζε τοὺς Σοδομίτας πρεσβυτέρους ἅμα καὶ νέους τὸν Λὼτ ἐκκαλουμένους, ἐναγώνιον εἶναι· καὶ ὁ μὲν δίκαιος Λὼτ ἠπίως αὐτοὺς καταστέλλειν ἐπειρᾶτο, δυοῖν παῖδε προβαλλόμενος τοῖς ἀκολάστοις εἰς ἐπιθυμίας ὑπηρεσίαν ἀνδρῶν καθεστηκυίας ἐν συνουσίᾳ μηδέπω ἀπωσθεὶς δὲ καὶ κινδυνεύτας ὑπ' αὐτῶν συντριβῆναι, τοῖς οἰκείοις προσραγεὶς κατὰ τὰς θύρας, ἐπικουρίας τῆς παρὰ τῶν ἀγγέλων τυχὼν, εἴσω χωρήσας διεσώθη· τοὺς δέ τις πρὸ τῶν θυρῶν ἐπήχλυσεν ἀορασία προσεωχθεῖς αὐτῶν· παρελύθησαν γὰρ καὶ ταύτας περιάγοντες οὐκ ἠδύναντο γνῶναι· τότε δὴ τὸν Λὼτ οἱ θεῖοι κατέσπευδον ἄγγελοι, πανοικὶ αὐτὸν αὐτόσε διαθρᾶσαι, μὴ προσβλέψαι δὲ πορευόμενον εἰς δεξιὰ ἢ ἐπ' ἀριστερά· τισὶ δὲ τῶν ἐγχωρίων ἐπιγαμβρευθεῖσιν αὐτῷ διαλεχθεὶς, καὶ νομισθεὶς γελοιάζειν, ὑπό τε τῶν ἀγγέλων ἐξελθεῖν συνωθούμενος, δυσὶν ἅμα κορίοις ἀμωμήτοις ἕξεσι καὶ τῇ γυναικί· πυρὸς δὲ θείου κατὰ τῶν Σοδόμων οὐρανόθεν ἐπομβρισθέντος, εἰς τοὐπίσω τὴν γυναῖκα τοῦ Λὼτ ἐπεστραμμένην πρὸς θεωρίαν, ἄψυχος ἐξεικονίζει στήλη ἁλός· μή τι δὲ συμπαραληφθείη τῷ Σοδομιτικῷ πυρὶ δεδιττόμενος ὁ δίκαιος Λὼτ, ἐπεὶ μὴ τέως προσαγαγεῖν οἷός τε ἦν τῷ ὄρει, πολίδριον αὐτόσε Σηγὼρ προσαγορευόμενον, προσφύγιον ἐξητήσατο· τούτου δὲ γεγονότος αὐτόθι διασωθεὶς, ἄνεισιν ἐπὶ τὸ ὄρος εὐκαιρίας λαβόμενος· Σόδομα τοιγαροῦν ὁ θεῖος Γρηγόριος τὴν ἐν ἁμαρτίαις ψησὶ διατριβήν, Λὼτ δὲ πρόσωπον εἶναι τῆς ἀρετῆς λέγει· τὸν τοίνυν ἐξ ἁμαρτίας ἀναχωροῦντα, μὴ πάλιν ἐπ' αὐτὴν ἐπιστρέφειν· τοῦτο γάρ ἐστιν εἰς τοὐπίσω βλέψαι καὶ στήλην παγῆναι ἁλός· πρὸς γὰρ τὴν ἐπιθυμίαν ἐπεστραμμένην τὴν τοῦ Λὼτ γαμετὴν, εἰκὸς τοῦτο παθεῖν· στήλη δὲ δράματός ἐστιν ἐμφανὲς κατηγόρημα, διατρέχον εἰς τὸ διηνεκές· πόλιν δὲ Σηγὼρ, τὴν ἱδρυμένην ὑπ' ἀρετῆς ψυχὴν ὑπολῃπτέον, ἣν πρὸς ὕψος τελειότητος κατεπείγεσθαι ταῖς κατὰ Θεὸν ἀναβάσεσιν, ἀλλὰ μὴ μένειν πρὸ ποδῶν· ῥᾳθυμίας γὰρ καὶ τοῦτο καταδίκην κέκτηται.

577 *Τειρόμενος κάμπτω σοι γούνατα, πέμψον* [*ἔμοιγε,*
578 *Δακτύλῳ ἰκμαλέῳ ξηρὴν φλογὶ λάβρον ἄκα*
579 *Γλῶσσαν ἀναψύξοντα, χάος δέ με μηκέτ'* [*ἐρύκοι,*
580 *Μηδ' Ἀβραὰμ μεγάλων κόλπων ἀπὸ τηλόθι* [*βάλλοι,*
581 *Ἠλούσιον ἐν παθέεσσι. Τεὴν δ' ἐπὶ χεῖρα κρα-* [*ταιήν.*

quod Abraham super omnia Deum diligeret, et arietem ad arborem, quæ samec vocatur, cornibus implicatum pro filio traditum sacrificari jussit. Quo facto ad suos reversus est salvumque reduxit filium unigenitum.

Sodoma est regio ad Jordanem sita, ubi quinque urbes fuerunt. Erat autem, priusquam everteretur, terra amœna ac fertilissima, Ægypti instar irrigata, eamque Lot habitavit. Cum enim Lot cognatus esset Abraham et cum eo a teneris Chananæam incoluisset, accidit ut illic sedem figeret, hoc modo : Et ipse et Abraham numerosos habebant greges adeo ut terra capere eos non posset, ideoque pastores sese invicem infestarent. Quare cum Abraham prudenti consilio copiam ei faceret eligendi quamcunque vellet terram, Lot illuc transmigravit cum tota familia. Incolæ porro regionis illius admodum erant impii, variis corporis libidinibus inquinati. Qua impietate ad summum fastigium evecta non potuit fieri, quin iram divinam experirentur : et hac de re Deus ipse in faciem Abraham collocutus est, cum ab eo, ut Scriptura sacra dicit, hospitio illo sæpe laudato exciperetur. Duos autem angelos qui ad Sodomitas convertendos missi erant, Lot ad portam considens, utpote vir hospitalis ac justus, in domum suam recepit. Qui cum ingressi essent, omnes Sodomitæ et seniores et juvenes Lot foras evocaverunt et cum eo litigaverunt : justus autem Lot, ut erat mansuetus, satisfacere iis conabatur, et scelestis obtulit duas filias nondum virum expertas, quibus libidinem suam explerent. At vero repulsus ac pene oppressus, nonnisi a suis ad januam retractus angelorumque auxilio sustentatus domum suam incolumis ingressus est : qui autem foris erant, oculorum acie defecerunt, ita ut hac et illac errantes januam reperire haud possent. Tunc igitur divini angeli compulerunt Lot, ut illinc discederet, in itinere autem nec ad dextram nec ad sinistram prospiceret. Cum autem nonnullos affines hac de re moneret, eum ludibria agere opinati sunt, quare ab angelis ad fugam concitatus, cum duabus filiabus omnino integris et uxore discessit. Quoniam porro, igne divino cœlitus in Sodoma delabente, uxor Lot retrorsum oculos convertit, exanimis in columnam salis transmutatur : justus Lot autem, ne perterritus etiam flammis Sodomiticis hauriretur, cum ad montem pertingere non posset, in urbem Segor nominatam sese recepit. Quo facto conservatus,

Παρθένος ἡ Μαρία θυγάτηρ Ἰωακεὶμ καὶ Ἄννης, ἀνδρῶν εὐλαβῶν τὰ πάντα καὶ Λευϊτῶν τὸ ἀξίωμα· ταύτῃ στείρᾳ οὔσῃ τῇ Ἄννῃ καὶ πολλαῖς τὸν Θεὸν ὑπὲρ γονῆς λιταῖς ἐξευμενιζομένῃ, Μαρία τίκτεται ἡ Θεοτόκος· ἣ καὶ καθ' ὑπόσχεσιν τῶν γονέων τῷ θείῳ ναῷ δῶρον προσάγεται· ἀνδρυνθεῖσαν οὖν κατά τινα θειότερον κλῆρον Ἰωσὴφ Δαυΐδης μνηστεύεται, ἣν πρὸ τοῦ συναφθῆναι κατὰ γαστρὸς ἔχουσαν, Ἰωσὴφ ἐξ αὐτοψίας οἰηθεὶς τὸ συμβὰν, ἄλλως τε δὲ δίκαιος ὤν, οὔτε παραδειγματίσαι τὴν παρθένον, οὔτε κατέχειν ἠνέσχετο, πλὴν εἰ μὴ θεοπτίας ἠξιώθη, τὸν φόβον αὐτοῦ τὸν περὶ τὴν παρθένον καὶ τὰς ὑπονοίας ἀφαιρουμένης· καὶ γοῦν ἡ παρθένος ἐκ Πνεύματος ἁγίου συνειληφυῖα· Γαβριὴλ γὰρ ὁ τοῦ Θεοῦ ἄγγελος ἐπιστὰς χαίρειν καὶ θαῤῥεῖν προσέτασσεν, ἅτε τὸν Βασιλέα τοῦ παντὸς ὡς παιδίον μέλλουσαν τίκτειν· ἀπιστούσῃ δὲ τῇ παρθένῳ καὶ τὸ μὴ χωρὶς ἀνδρὸς συναφείας τεκεῖν προβαλλομένῃ, παρθένον ἑαυτὴν καὶ τῆς ἀνδρῶν ὁμιλίας μακρὰν ἰσχυριζομένῃ, τὴν ἀμφίβολον ὑπόνοιαν ὁ Γαβριὴλ ὧδε λύει· Πνεῦμα γὰρ ἅγιον ἐπελεύσεσθαι τῇ παρθένῳ, καὶ δύναμιν ἐπισκιάσειν Ὑψίστου φησίν· ὁ μὲν οὖν οὕτως εἰπὼν ᾤχετο· τῇ δὲ τὸ λεχθὲν ἔργον ἦν· κατ' αὐτὰ γὰρ ἐκ Πνεύματος ἁγίου συλλαβοῦσα, Χριστὸν ἀπεκύησε Σωτῆρα Θεὸν, παρθένος καὶ ὧδε μετὰ τόκον φυλαχθεῖσα.

430 *Τίς δ' ἀγορῇσι γέγηθε, καὶ οἴδμασι; καὶ τίς ἀγῶσιν*
431 *Οὓς μύθοισιν ἔπηξαν ἐπ' ὠκυμόροισιν ἐφήβοις;*

discipulorum apparet visumque ejus restituit. Dignus ut aqua regeneretur eum judicatus fuisset, præco Christi consecratur, universum pene orbem terrarum retibus Christi capit, in corpore ad tertium cœlum transfertur, raptusque in paradisum arcana verba audit quæ non licet homini loqui.

Animam afflatum Dei dicit; in principio enim, terra sumpta, cum puris manibus hominem formasset, inspiravit deinde illi spiraculum vitæ, ita ut esset anima vivens, per quam animaretur corpus atque ad motum habile esset.

De generatione divina loquitur; etenim Filium in cœlis ante sæcula et ex æternitate genuit Pater. Ipse autem Pater, virgo nec conjugio adjutus, puerum cælibem, unigenitum Verbum suum genuit.

Moysi præcipiens Deus dansque legem, filiorum Israel partus mundavit, determinans certos dies quibus mulieres mundare se debebant, hostias pro immunditia, purificationes atque observationes.

Sacerdotibus præcipit Deus ne prius hostiam tangant sanctaque ingrediantur, nisi corpus puris undis laverint, togas mutarint, laverint vestimenta, a mulieribus abstinuerint maculasque alias deterserint corporeas.

Magister ostendere conatur, fieri non posse ut quis Dei conspectu dignus sit, nisi antea sanctificatus, uti paulo ante dictum est.

Virgo Maria filia fuit Joachim et Annæ, hominum omnino piorum Levitarumque dignitate. Annæ, quæ sterilis erat quæque multas preces ad Deum fuderat ob impetrandam progeniem, Maria mater Dei paritur. Promissionis parentum gratia templo divino devovetur; nubili quadam divina sorte Joseph, filius David, desponsatur. Illam autem, antequam convenirent, cum ex visu intellexisset Joseph in utero habere, cumque justus esset, nec contumelia Virginem afficere nec eam retinere volebat, nisi visio divina timorem atque suspicionem ejus de Virgine sustulisset. Virgo igitur de Spiritu sancto conceperat; Gabriel enim, angelus Dei, illi apparens, ut lætaretur ac fiduciam haberet suadebat, puerum, qui foret omnium Rex, parituræ. Cum autem non crederet Virgo nec partum sine copulatione carnali agnoscere vellet, seque longe a commercio viri vivere assereret, rem ambiguam Gabriel sic enodat: Spiritum enim sanctum superventurum esse in Virginem, virtutemque Altissimi obumbraturam dicit. His dictis discessit. Quod autem illi dictum fuerat factum est; secundum enim verba hæc, de Spiritu sancto cum concepisset, Christum peperit Salvatorem Deum, post partum permanens virgo.

Ἀγῶσι χαίροντα τὸν Ἡρακλέα φησίν· οὗτος γὰρ δώδεκα διανῦσαι λέγεται ἄθλους· πρῶτον ἐν Νεμαίᾳ τῇ χώρᾳ τὸν βριαρὸν ἀπέπνιξε λέοντα· δεύτερον, ἐν Λέρνῃ τὴν πολυαύχενον ὤλεσεν ὕδραν· τρίτον, τὸν Ἐρυμάνθιον κουφίσας ἔῤῥηξε κάπρον· τέταρτον, ἤγρευσε τὸν χρυσόκερων ἔλαφον· πέμπτον, τὰς Στυμφαλίδας ἐξεδίωξεν ὄρνιθας· ἕκτον, τὸν λαμπρὸν ζωστῆρα τῆς Ἀμαζονίδος ἐκόμισεν· ἕβδομον, Αὐγέου τὴν κόπρον ἐξήνυσεν ὑποστάς· ὄγδοον, ταῦρον ἐκ τῆς Κρήτης ἐξήγαγεν ὀλέθριον· ἔνατον, ἐκ Θρᾴκης τὰς Διομήδους ἤλασεν ἵππους· δέκατον, ἐξ Ἐρευθείης [Ἑσπερίας] ἑκατὸν βόας ἤλασε τοῦ Γηρυόνου· ἑνδέκατον, ἐκ τοῦ ᾅδου τὸν Κέρβερον εἵλκυσε κύνα· δωδέκατον, εἰς Ἑλλάδα τὰ χρύσεα ἤνεγκε μῆλα· μύθους δὲ τὰς Ὁμήρου τερθρείας καλεῖ, μηδὲν ἐχούσας ἐπάξιον λόγου· οὗτος γὰρ τὸν Τρωϊκὸν ἱστόρησε πόλεμον, εἴ τίς ποτε ἦν πόλεμος· πολλῶν ἐς ταυτὸν βασιλέων καὶ στρατοπέδων συνειλεγμένων πόρνης χάριν τινὸς τῆς Ἑλένης· ἀγῶνάς τινας ἐφήβων καὶ θεῶν θηλάνδρων διηγεῖται, καί τινας Πελοπίδας ἐκ Πέλοπος μεγαλαυχεῖ, καὶ Κεκροπίδας ἀπό τινος Κέκροπος, Αἰακίδας τε καὶ Ἡρακλείδας ἐξ Αἰακοῦ καὶ Ἡρακλέους τὸ γένος καταγομένους, κοινῇ δὲ πάντων καὶ θεῶν καὶ ἡρώων τρώσεις καὶ πτώσεις, ἀνατροπάς τε καὶ παλιμβόλων ἀπάτας θεῶν· ἐφήβους δὲ ταχυθανάτους, τοὺς περὶ τὸν Πριαμίδην Ἕκτορά τε καὶ τὸν Πάριδα καὶ Αἰνείαν, Ἄδραστον καὶ Σαρπηδόνα, καὶ τοὺς ἄλλους τῶν Τρώων ἀριστῆας· ὁμοίως δὲ καὶ τοὺς ἐξ Ἑλλήνων, Αἴαντε δύο, τὸν Τελαμώνιον, καὶ ὃν καλοῦσι Λοκρὸν, καὶ τὸν Τυδέα Διομήδην, Πάτροκλον τὸν Μενοιτίου, καὶ Λαερτιάδην Ὀδυσσέα, καὶ Πηλείδην αὐτόν φησιν Ἀχιλλέα, καὶ τοὺς τῶν Ἀτρέως παίδων ὑπασπιστάς· οὓς ἑξῆς τῶν λόγων προϊόντων, πλατυτέρου γέλωτος, οὐ γὰρ ἀξιώσομεν λόγου.

433 *Τίς σοφίην κενεαυχέα ἤ τ' ἐνὶ χερσὶν,*
434 *Ἤ τ' ἐν ἀραχναίοισι λόγοισι καὶ πλέγμασι [κεῖται*
435 *Αὐτοῦ τικτομένοισι, καὶ ἠέρι λυομένοισιν;*

Τὴν Ἑλλήνων σοφίαν τῇ ἀράχνῃ Γρηγόριος ἀπεικάζει· ματαίως δὲ ταύτην καυχωμένην φησὶ, μόνοις γὰρ ἀραχναίοις λόγοις καὶ πλέγμασι κεῖται, οὐδὲν δὲ ἀράχνης ἐστὶν ἀσθενέστερον· ἐπὶ δὲ τόπου τίκτεσθαι ταύτην φησὶ καὶ ἐν τῷ ἀέρι λύεσθαι· δεικνὺς τὸ κενὸν αὐτῆς καὶ ἀνωφελὲς, καὶ πάσης ἀλογιστίας ἀλογώτερον.

438 *Ταῦτα μὲν οὔτι γάμοιο διδάγματα τῆς δ' [Ἀδάμοιο*
439 *Τίσιος ἀρχαίης τυτθὸν μέρος οἷσιν ὑφέρπει·*
440 *Πτέρναν ἐμὴν δοκέων πικρὸς ὄφις* (κεῖται ἡ [κατὰ τὸν Ἀδάμ).
448 *Ῥίζα Κάϊν, Σοδόμων τε, καὶ οὓς ἐσκέδασσ' [ἐπὶ πύργῳ,*
449 *Χριστὸς ἀτασθαλέοντας, ὕβριν θ' ὧν ἔσβε- [σεν ὄμβρος.*

Ῥίζα τῆς κακίας ὁ Κάϊν· οὗτος δὲ πρῶτος ἐξ Ἀδὰμ τίκτεται· ἔχων δὲ ἀδελφὸν τὸν Ἄβελ καὶ αὐτὸν δεύτερον ἐξ Ἀδὰμ γεγεννημένον, βληθεὶς ὑπὸ δαίμονος φθόνῳ, τὸν ἴδιον ἀδελφὸν ἀναιρεῖ· αὐτὸς μὲν ὁ Κάϊν γεωργικὸν ἐπανῃρημένος βίον, τῆς ἧσπερ εἰργάζετο γῆς τὰ καλλιστεύοντα μετασχὼν, τῷ Θεῷ προσάγει τὰ δεύτερα· τοῦ δὲ Ἄβελ καὶ αὐτοῦ ποιμενικὸν ἄγοντος βίον, τῶν ἀκροθινίων τά τε καλλιστεύοντα καὶ πίονα προσάγει τῷ Θεῷ· τοῦ Θεοῦ προσεσχηκότος τῇ τούτου θυσίᾳ, τὴν δὲ τοῦ Κάϊν ὡς βδελυρὰν ἀπωσαμένου, λίαν τε λυπήσαντος αὐτὸν, ἐπὶ τούτων βασκανίᾳ βληθεὶς, ὡς ἐπ' ἄλλῳ τὸν Ἄβελ κατὰ τὸ πεδίον παραλαμβάνει· τὸν δὲ παρεπόμενον ἀκάκως, ἐπιτηρήσας λίθον κατὰ τῆς αὐτοῦ κεφαλῆς ἀγαγὼν ἀναιρεῖ· πρῶτος οὗτος μιαιφόνος· διὸ καὶ ῥίζα τῆς κακίας ὠνόμασται· πυθόμενον δὲ περὶ Ἄβελ τὸν Θεὸν, λανθάνειν ἐπειρᾶτο· τῆς δὲ τἀδελφοῦ μνήσας ὁ Θεὸς αἱμοχυσίας, ὡς πάσης ἰσχυρότερον φθέγγεται γλώσσης, στένειν καὶ τρέμειν ἐπὶ τῆς γῆς πᾶσαν αὐτῷ καταδικάζει τὴν βιοτὴν, μήτε δὲ τὸν ἀναιρήσοντα αὐτὸν εὑρίσκειν, ἦ γὰρ ἂν ἐκδικήσεις ἑπτὰ παραλύσειν ἀπειλεῖται· οὕτω μὲν οὖν τὸν μιαιφόνον καταδικασθέντα, καὶ Θεοῦ πόῤῥω βεβλη-

Luctis gaudentem dicit Herculem; hic enim duodecim certamina perfecisse dicitur: primum, in Nemæa regione fortem leonem suffocavit; secundum, hydram multis capitibus delevit; tertium, Erymanthium aprum discerpsit arreptum; quartum, cervum cornibus auratis cepit; quintum, Stymphalides aves fuit aucupatus; sextum, fulgentem zonam Amazonæ retulit; septimum, Augiæ stercora ejicere satagit; octavum, taurum e Creta perniciosum expulit; nonum, ex Thracia Diomedis equos abegit; decimum, ex Hesperia centum Geryonis boves abegit; undecimum, ex inferis canem Cerberum extraxit; duodecimum, in Græciam mala aurea asportavit. Narrationes autem Homeri fabulas vocat, nihil sermone dignum continentes. Narravit enim Trojanum bellum, si quoddam bellum unquam fuit. Ad hoc multi reges atque exercitus convocati sunt ob quamdam meretricem Helenam; quædam prælia adolescentum deorumque hominum nutritiorum refert, quosdam Pelopidas ex Pelope, Cecropidas e quodam Cecrope, Ajacides atque Heraclides ex Ajace Herculeque exortos laudibus effert, permisteque narrat deorum atque heroum plagas et casus, subversiones fallaciumque deorum deceptiones; juvenes improvisa morte ereptos, Hectorem Priami filium, Paridem et Æneam, Adrastum ac Sarpedonem, atque alios Trojanorum fortissimos; similiter autem et qui ex Græcis, Ajaces duos, Telamonium, et quem vocant Locrum, Tydiden Diomedem, Patroclum Menœtii filium, Laertis filium Ulyssem, Achillem Pelei filium, tandemque armigeros Atrei puerorum, quos omnes suo loco refert, vere risu dignos, de quibus autem nobis melius videtur tacendum.

Græcorum philosophiam araneæ assimilat Gregorius. Vane ipsam gloriantem dicit, solum enim constat araneosis sermonibus ac telis, nihil autem aranea infirmius. Vanitatem ergo illius ac inutilitatem demonstrat, omnique stultitia stultiorem.

Radix nequitiæ fuit Cain. Hic primus ex Adamo oritur, ejusque frater fuit Abel secundus ex Adamo genitus; cum autem invidia jactaretur a diabolo, suum fratrem occidit. Cain, cum elegisset agricolæ vitam, opima terræ quam colebat sibi reponens, Deo deteriora offerebat. Abel vero, vitam pastoralem agens, primitiarum optima pinguissimaque Deo offerebat. Deo ad hujus munera respiciente, munera autem Cain ut injuriam repellente, hic mœrore valde afficitur, invidiamque concipit. Itaque, quasi ob quamlibet causam, ducit Abel in campum, ingenueque sequentem, lapide obvio cervicem percutiens, occidit. Sic primus homicida fuit; unde radix iniquitatis appellatur. Inquirentem de Abel Deum, celare

μένον, γενεαλογίας ἡ θεόπνευστος Γραφὴ ἀπηξίωσε· τοῦ δὲ Ἄβελ τοῦτον οἰχομένου τρόπον ἀσπέρμου, τῆς τοῦ Σὴθ (τρίτος οὗτος δὲ παῖς ἐξ Ἀδὰμ) γενεαλογίας ἀπάρχεται· λόγος ἔχει δὲ τὸν Λάμεχ ἐκεῖνον, οὗ τῆς κατὰ τὸν Θεῖον Ἐνὼχ ἱστορίας ἐμνήσθημεν γεγονότες, τὸν Κάϊν ἀνελεῖν εὑρηκότα· διὸ καὶ ταῖς ἑαυτοῦ γυναιξὶν εἰπεῖν λέγεται ὡς ἀνεῖλεν ἄνδρα εἰς τραῦμα ἑαυτῷ, ὅτι, φησὶν, ἐκ Κάϊν ἐκδεδίκηται ἑπτάκις, ἐκ δὲ Λάμεχ ἑβδομηκοντάκις ἑπτά· μὴ πιθανῶς ἔχειν δέ μοι δοκεῖ ταῦτα· καὶ γὰρ τῷ τὰς γυναῖκας ἀφελεῖν τοῦ Ἐνὼχ, κἀκεῖνον μετατεθῆναι τὸν Λάμεχ εἰς μετάμελον, εἰκὸς ταῦτα φάσκειν ἐληλυθότα, ἐπεὶ καὶ μετὰ φόνον καὶ δίκην ἅρπαξ ἦν καὶ μοιχὸς καὶ τῇ προθέσει φονεύς· τὸν δὲ τοῦ κατακλυσμοῦ λόγον καὶ τῶν Σοδομιτῶν τῆς τε πυργοποιίας, εὑρήσεις ἀνωτέρω.

451 *Τίς Φαραὼ κακόμηται.*

Φαραὼ βασιλεὺς ὑπάρχων Αἰγύπτου, τὸν Ἰσραὴλ πικρῶς καταδουλούμενος, ἔργοις σκληροῖς δαμάζων καὶ βίᾳ καταδυναστεύων, πρὸς τὰς ἀπειλὰς τοῦ Θεοῦ τὰς διὰ Μωϋσέως αὐτῷ πεμπομένας καταφρονητικῶς ἔχων, καὶ τῆς δουλείας τὸν Ἰσραὴλ ἀπολύσειν σκληρυνόμενος ὑπερηφάνῳ γνώμῃ, κατὰ τὴν Ἐρυθρὰν πανστρατιᾷ γενόμενος θάλασσαν, τοῖς Ἰσραηλίταις τμηθεῖσαν τὸν ἴσον ἐπιβὰς τρόπον, ὑποβρύχιος ὅλλυται, τοῦτο τέλος τῆς ἀνοίας ἄξιον κληρωτάμενος.

Ἀχαὰβ θράσος, Ἀσσυρίων τε
452 *Πικρτάτους βασιλῆας.*

Οὗτος Ἀχαὰβ ὁ Ὁρασύτατος, βασιλεὺς γέγονε παρανομώτατος Ἰσραήλ· ὃς τὸν Ἰσραὴλ ἀπὸ Θεοῦ ἀποστήσας, τῷ Βάαλ λατρεύειν καὶ τοῖς ἄλσεσιν ἐκδιδάσκει, τάς τε χρυσᾶς ἐν Ἰεζραὲλ δαμάλεις προσκυνεῖν παρασκευάζει· τούτου σύμβιος ἡ πόρνη ἦν Ἰεζάβελ, ἥτις τὸν δίκαιον κατελιθοβόλησε συκοφαντήσασα Ναβουθὰ, τούς τε προφήτας ἐξωλόθρευσεν ἀποκτείνασα Κυρίου, καὶ τράπεζαν ἐσθίειν βασιλικὴν τοὺς τῆς αἰσχύνης παρεσκεύασε προφήτας· τούτων κατὰ τοὺς χρόνους Ἠλίας ὁ Θεσβίτης ὑπῆρχεν, ὃς τὸν οὐρανὸν ἀποκλείσας, τὴν γῆν ἀνυδρεῖν χρόνοις τρισὶ καὶ μησὶν ἐξήρανεν ἕξ· προστάξαντος δὲ τοῦ Θεοῦ ἐμφανισθῆναι τῷ Ἀχαὰβ, ὥστε γενέσθαι ὕετὸν ἐπὶ τῆς γῆς, ἐμφανισθέντα τὸν προφήτην Ἠλίαν, καὶ τῷ βασιλεῖ προστάξαντα τοὺς τῆς Βάαλ προφήτας εἰς τὸ Καρμήλιον ὄρος συναθροῖσαι, πεισθεὶς Ἀχαὰβ τοῦτο ποιεῖ· παντὸς δὲ τοῦ Ἰσραὴλ παραγενομένου, κατ' ὀφθαλμοὺς πάντων θυσίαν ἱερουργῆσαι τοῖς προφήταις προστάσσει τῆς αἰσχύνης, καὶ τὰ μὲν ξύλα στοιβάσαι, καὶ τὸν βοῦν κρεανομῆσαι, καὶ τοῖς ξύλοις ἐπιστοιβάσαντας, μὴ πῦρ ἐπιθεῖναι, ἀλλὰ τὸν Βάαλ ἐπικαλέσασθαι, καὶ παρ' αὐτοῦ πῦρ αὐτομάτως ὑφαπτόμενον καὶ τὴν θυσίαν ὁλοκαυτοῦν ἐξαιτήσασθαι· τούτου δὲ γενομένου, καὶ τῶν τοῦ Βάαλ προφητῶν ἀφ' ἑωθεν ἕως δείλινου τὸν Βάαλ ἐπιφωνουμένων, καὶ ὡς ἔθος αὐτοῖς τεμνομένων μαχαίραις καὶ σειρομάσταις, ἕως ἐκχύσεως αἵματος ἐπ' αὐτοὺς, φωνῆς δὲ μὴ οὔσης μηδ' ἀκροάσεως, τὸν προφήτην Ἠλίαν ἐκείνους μὲν μυκτηρίσαντα καὶ τῆς λύσσης ἀποστήσαντα, θυσίαν ὁλοκαρπώσεως τελέσαι λέγεται τοιῶσδε· πρῶτα μὲν θυσιαστήριον οἰκοδομήσας ἐκ λίθων ἀπελεκήτων, καὶ τούτῳ θάλασσαν ὑποτυπώσας, καὶ ξύλα τῆς ὁλοκαρπώσεως ἐπιστοιβάσας, ἐπιθεὶς δὲ καὶ τὰ κρέα, καὶ τὴν θάλασσαν ὕδατος πληρώσας, ἐπικαλεσάμενός τε τὸν Θεὸν, οὐράνιον παρέστησε πῦρ, τὰ μὲν ξύλα κατεδόμενον καὶ τὰ κρέα, τὸν δὲ χοῦν ἐκλείξαν σὺν τῷ ὕδατι, καὶ τὸν Ἀχαὰβ σὺν παντὶ τῷ Ἰσραὴλ ἐκδειματῆσαν· ἔπειτα τοὺς τῆς αἰσχύνης (ὀκτακόσιοι

tentavit. Memor autem Deus sanguinis fratris ejus, cujus vox omni voce potentior est, ad gemendum tremendumque super terram omnibus diebus vitæ suæ illum damnat; prohibet vero ne eum quisquam occidat, ultionemque septemplicem minatur. Sic ergo damnatom homicidam atque a Deo longe projectum, genealogia sacra Scriptura non dignata est. Abel autem hoc modo sine semine mortuo, a genealogia Seth, qui tertius erat filius Adami, incipit. Narratur hic Lamech, cujus historiam secundum divum Enoch (Vide *SS. Curs. compl.* tom. XXV, col. 994) tradidimus, Cain occidisse; propterea uxoribus suis dixisse fertur, cum virum occidisset in vulnus suum, quia septemplex ultio dabatur de Cain, de Lamech vero septuagies septies daretur. Non autem hæc tantum verisimilia sunt; nam postquam uxores rapuisset Enoch, hicque ad pœnitentiam eum convertisset, sine dubio hæc verba protulit, cum post homicidium ac ultionem, latro erat, impudicus, atque ex arte homicida. De diluvio autem, Sodomitis ædificationeque turris vide supra.

Pharao, Ægypti rex, Israelem in duram servitutem redegerat, labores intolerabiles imposuerat, vique oppresserat eum. Minis quas Deus per Moysem miserat contemptis, contra liberationem a servitute Israelis arroganter insurgens, cum omni exercitu ad mare Rubrum venit, quod Israelitis divisum fuerat, eodem modo, quo illi, ingreditur, peritque submersus, hunc finem insipientia sua dignum recipiens.

Hic audacissimus Achab, rex fuit Israel pravissimus. Hic Israel a Deo postquam avertisset, Baal deservire aclucisdocet, vitulosque aureos Jezrael proponit adorandos. Uxor impudica ejus erat Jezabel, quæ Naboth injuste accusatum lapidavit, interfecit prophetas Domini, mensamque regiam fornicationis prophetis apponebat. Hoc tempore fuit Elias Thesbites, qui cœlum claudens, tribus annis et mensibus sex arefecit terram. Cum autem Deus Eliæ præcepisset ut se ostenderet Achab, ut fieret pluvia super terram, Elias præcepit etiam Achab ut congregaret in monte Carmeli prophetas Baal, quod fecit Achab. Omni Israel congregato, coram omnibus ut offerant sacrificium prophetis fornicationis præcipit, ligna disponant, dividant bovem imponantque lignis, non vero supponant ignem, sed Baal invocent atque ab eo ignem, qui ex seipso incensus consumat sacrificium, impetrent. Hoc facto a mane usque ad vesperum prophetis ad Baal clamantibus, juxtaque ritum suum se incidentibus cultris et lanceolis, donec perfunderentur sanguine, nemine respondente nec attendente, prophetam Eliam eos irridentem atque a furore avertentem, hostiam holocausti sic obtulisse dicitur: primum altare ex lapidibus non sectis erigit, mare suffulcit, disponit ligna holocausti, carnes imponit mareque replet aquis; tum Deo invocato, cecidit ignis de cœlo et voravit holocaustum et ligna, pulverem quoque et aquam lambens. Achabque cum omni populo perterrefaciens. Deinde prophetas contumeliæ apprehendens (erant autem octingenti quinqua-

δὲ τὸν ἀριθμὸν καὶ πεντήκοντα οὗτοι, τράπεζαν ἐσθίοντες Ἰεζάβελ) συλλαβόμενος ἀναιρεῖ πάντας ἐπὶ τὸ αὐτό· καὶ τοῦ Ἀχαὰβ ἀποκλαιομένου, ἐξαποστέλλει τῇ γῇ τὸν ὄμβρον δι' εὐχῆς καὶ οὕτω παρασχόμενος· ταῦτα μὲν οὖν τῆς Ἰεζάβελ ἀκουσάσης, καὶ τὴν ἀπώλειαν τῶν Βααλεὶμ ἐγνωκυίας, ἀπειλαῖς τὸν προφήτην ἐκδειματούσης, τὸ Χωρὴβ ὑποδέχεται ὄρος, τεσσαράκοντα ἡμερῶν καὶ τοσούτων νυκτῶν ὁδοιπορήσαντα βρώσεως ἄνευ καὶ πόσεως· αὐτοῦ δὲ γενόμενον, καὶ Θεοπτίας τὸν Ἠλίαν ἠξιωμένον, πάλιν εἶχεν Ἰσραηλῖτις γῆ τὴν κακίαν ἀποτρέποντα, τῆς εὐσεβείας δὲ προεστηκότα. Ἀσσυρίων δὲ πικροτάτους λέγει βασιλεῖς, τοὺς κατὰ Σενναχηρεὶμ καὶ Ναβουχοδονόσορ, οἵτινες τὸν Ἰσραὴλ ἀποικίσαντες καὶ Ἰούδαν, τὴν Ἱερουσαλὴμ καὶ πάσας τὰς πόλεις ἐνέπρησαν Ἰσραήλ.

. . . . . *Τίς δὲ δίκαιον*
455 *Αἷμα πόσῳ μίχλοις κυνήμασι δόντα θυγατρός;*

Τὸν Ἡρῴδην ἐνταῦθά φησιν, οὐ τὸν παιδοκτόνον, ἀλλὰ τὸν Ἰωάννην ἀνελόντα· οὗτος γὰρ ὁ Ἡρῴδης τὴν γυναῖκα Φιλίππου τοῦ ἀδελφοῦ μοιχεύων, ἐλεγχθεὶς ὑπὸ τοῦ Βαπτιστοῦ Ἰωάννου, συλλαβὼν εἶχεν αὐτὸν ἐν εἱρκτῇ· γενεσίων δὲ ἀγομένων τοῦ Ἡρῴδου, ἡ Θυγάτηρ Ἡρωδιάδος ὠρχήσατο· τοῦ δὲ Ἡρῴδου ἀρεσθέντος, καὶ συνθεμένου παρέξειν ὅπερ ἂν τὸ κόριον ἐξαιτήσαιτο, ταύτη προβιβασθείσῃ ὑπὸ τῆς μητρὸς, τὴν τοῦ προδρόμου κεφαλὴν αἰτῆσαι προστάσσει μέσον ἐνεχθεῖσαν ἐπὶ πίνακι παρασχεθῆναι· τῷ πότῳ δὲ μίξαι τὸ προφητικὸν αἷμα, φιλησόνίας καὶ τῆς ἀνωτάτω παρανομίας ἐστὶ κατηγόρημα.

454 *Οὖλιον Ἡρῴδην παιδοκτόνον, ἠδὲ φονῆας*
455 *Χριστοῦ πομπασιλῆας, ὅσοι τ' ἐγένοντο διῶ-*
[*κται,*
456 *Πρόσθεν καὶ μετέπειτα.*

Ἐνταῦθα τὸν παιδοκτόνον Ἡρῴδην φησίν· οὗτος δὲ τῆς Ἰουδαίας παρανόμως βασιλεύσας, Χριστοῦ σαρκὶ τεχθέντος ἐν Βηθλεὲμ, καὶ μάγων ἐξ ἀνατολῶν ἀστέρος ποδηγίᾳ παραγεγονότων, τὸν τεχθέντα τε ἀναζητούντων βασιλέα, δέει τὸν Ἡρῴδην συσχεθέντα, καὶ τοὺς Ἰουδαίων ἱερεῖς πυνθανόμενον οἵ γενναται Χριστὸς, ὅτι τε ἐν Βηθλεὲμ μεμαθηκότα, τοῖς μάγοις προστεταχότα τὸ παιδίον διερευνήσαντας ἐμφανίσαι· ὁ μὲν ἀστὴρ τοῖς νεήλυσιν, ὡς ἔθος, τὴν ἐπὶ τὸ παιδίον ἡγεμονεύει τρίβον· τῶν δὲ γενομένων ἔνθα Χριστὸς, καὶ δώροις αὐτὸν ἀμειψαμένων, ὑπ' ἀγγέλου τε χρηματισθέντων μὴ πρὸς Ἡρῴδην ἀνακάμψαι, *δι' ἄλλης τε ἀναχωρησάντων ὁδοῦ*, Ἡρῴδης μεμηνὼς ἀτ' ἐμπαιχθείς, *τοὺς ἐν Βηθλεὲμ ἀναιρεῖ παῖδας ἀπὸ διετοῦς καὶ κατωτέρω, καθ' ὃν παρὰ τῶν μάγων ἠκρίβωσε χρόνον*· φονεῖς δὲ Χριστοῦ Ἄννας ἐστὶ καὶ Καϊάφας, Ἡρῴδης τε καὶ Πιλάτος, καὶ τῶν παρανόμων Ἰουδαίων ὁ δῆμος· οἱ δὲ μετέπειτα διῶκται, τῶν Ῥωμαίων εἰσὶν οἱ βασιλεῖς, οἵτινες τοὺς ἀποστόλους καὶ μάρτυρας ἀνεῖλον· πρώτους δὲ τῶν Ἑβραίων ψησὶ βασιλεῖς παρανόμους, ὡς τῶν προφητῶν ἀναιρέτας.

457 *Τὸν πάγατον πρῶτόν τε κακὸν Βελίαο βέρε-*
[*θρον,*
458 *Δεινὸν Ἰουλιανοῖο κράτος ψυχῶν ὀλετῆρος,*
459 *Οὗ θεσθὲν πληγέντος ἐπὶ μόθον ἤρατο Χρι-*
[*στῷ.*

Δεινὸν φησι τὸν Ἰουλιανὸν βάραθρον εἶναι τοῦ διαβόλου· οὗτος γὰρ Χριστιανὸς ὢν καὶ πρὸς γένους Κωνσταντίνῳ τῷ πρώτῳ Χριστιανῶν βασιλεῖ (φεῦ τῆς ἀθλιότητος!) εἰς δεισιδαίμονα πλάνην ἀπάγεται, τῶν ἀθλίων εἰδώλων ἀθλιώτερος λάτρις καταστάς· οὗτος αὐτῷ Γρηγορίῳ τῷ Θεολόγῳ ἐν Ἀθήναις παιδευομένῳ συμπαρῆν, λόγων καὶ αὐτὸς μυηθησόμενος· ᾧ καὶ ὡς βασιλικῷ σεμνυνομένῳ γένει καὶ πρὸς λόγους ἐπιτηδείῳ, οἱ μὲν ἄλλοι πάντες προστέτρεχον ὁμήλικες, μόνος δὲ Γρηγόριος τῆς ἐκείνου συνδυάσεως ἀπεπήδα, προβλέπων αὐτοῦ τὸ τῆς ψυχῆς μιαρώτατον, καὶ προφανῶς αὐτοῦ τὸ βδελυρὸν προαγο-

ginta numero qui de mensa Jezabel comedebant) omnes in ipso loco interfecit. Achab quoque gemitus extollente, super terram pluviam mittit, suis precibus hanc impetrans. Porro cum hæc audisset Jezabel, interfectosque prophetas cognovisset, minis exterruit Eliam, quem mons Horeb recepit, postquam ambulasset quadraginta diebus et quadraginta noctibus nec manducans nec bibens. Postea visione divina dignatus, Elias iterum venit in terram Israel ad avertendum a malo, atque ad pietatem prædicandam. Assyriorum autem reges crudelissimos fuisse dicit (Gregor. Naz.), scilicet Sennacherib ac Nabuchodonosor, qui postquam transplantassent Israel et Judam, Jerusalem et omnes civitates Israel incenderunt.

Hic de Herode loquitur, non infanticida, sed Joannis interfectore. Hic enim Herodes cum duxisset uxorem Philippi fratris sui, atque a Joanne redarguitus fuisset, tenuit eum ac vinxit in carcere. Facta vero natalitia die Herodis, saltanteque filia Herodiadis, valde lætatus est Herodes promisitque se daturum quidquid petiisset puella. Huic, a matre monita ut peteret caput Præcursoris, in disco dari jubet. Hic sanguis prophetæ inter pocula fusus, voluptatum ac prævaricationum legis damnatio est.

Hic de Herode infanticida loquitur. Cum ille regnaret injuste in Judæa, Christus corporaliter natus est Bethlehem, Magique, stella duce, ab Oriente venerunt ut viderent regem natum. Audiens autem Herodes, a sacerdotibus Judæorum sciscitatur ubi natus sit Christus; cum in Bethlehem audivisset, Magis, ubi puerum invenerint, ut ipsi notum faciant præcipit. Stella autem peregrinorum, ut mos est, viam ad puerum dirigit. Cum pervenissent ubi erat Christus, eique munera sua obtulissent, ab angelo moniti sunt ne redirent ad Herodem, atque per aliam viam reversi sunt. Herodes furens eo quod illusus esset, occidit omnes pueros qui erant in Bethlehem, a bimatu et infra, secundum tempus quod exquisierat a Magis. Interfectores vero Christi sunt Anna et Caipha, Herodes et Pilatus, prævaricatorumque Judæorum turba. Qui fuerunt postea persecutores, Romanorum sunt reges, qui apostolos ac martyres interfecerunt. Primos autem reges Hebræorum dicit (Naz.) injustos eo quod prophetas occidebant.

Horribile barathrum diaboli dicit esse Julianum. Cum esset enim Christianus, et ex genere Constantini primi Christianorum regis (heu infeliciter!), in errorem superstitionis abducitur, miserabilium idolorum miserabiliorem cultorem se constituens. Ille cum Gregorius Theologus Athenis educaretur, aderat, litteras etiam discens. Ob venerationem generis regalis, eorumdemque studiorum gratia, omnes ceteri ætate pares ad eum concurrebant, Gregorius vero solus a societate illius fugiebat, animæ ejus crimina prævidens, palamque mores pravos ejus prædicens. Cum regnare voluisset a Constantino Magno

ρεύων. Οὗτος ὑπὸ μὲν Κωνσταντίνου τοῦ μεγάλου βασιλέως ὡς τυραννῆσαι βουληθεὶς ὑπερορίζεται, ἀλλὰ καὶ τῆς ἐκείνου τυγχάνει φιλανθρωπίας, ὡς εἴθε μὴ ἔτυχε· τῶν δὲ Κωνσταντίνου παίδων μετὰ Κωνσταντῖνον τοῦ βασιλικοῦ κράτους δεδραγμένων, οἷά τις κάκιστος θὴρ, τὴν μὲν πρόθεσιν ἔχων ποίμνιον διαρπάσαι, οὐ δυνάμενος δὲ τῇ τῶν ποιμένων ἐπαγρύπνῳ φυλακῇ, οἴκοι μένει, καιρὸν τῆς κακίας ἐπιτηρῶν, εἴργεται μὲν ὁ ἀτίθασσος ἐκεῖνος θὴρ, ἕως μεταστάντων τῶν Κωνσταντίνου παίδων, συνεργείᾳ τοῦ βακχεύοντος αὐτὸν ἀνδροφόνου δαίμονος τῶν βασιλικῶν ἀντελάβετο σκήπτρων. Καὶ τὰ μὲν πρῶτα πειθοῖ τοὺς ὑπασπιστὰς ὑποκλέψας, εἰς τὴν ἰδίαν ὑποσύρει δεισιδαίμονα πλάνην· ἔπειτα δὲ προφανῆ διωγμὸν τοῖς Χριστοῦ φίλοις κινήσας, πᾶσαν ὁ τὴν ψυχὴν ἀπηγκὼς τὴν οἰκουμένην ἐσάλευσε· πλεῖστον δὲ τοῖς πιστοῖς ἐπιμαινόμενος, καὶ τὸν κατὰ Χριστοῦ πόλεμον ἐπαναδεδεγμένος, ταχέως, ἀλλὰ καὶ κακῶς τοῦ ζῆν ἀπαλλάττεται, πολλὰ μὲν εἰς Χριστὸν ἀσεβήσας, τῶν δὲ Περσῶν ὡς τάχος ἁναρπασθείς. Περσικὸν γὰρ πόλεμον συνάπτειν ἐπειγόμενος, κατὰ τοὺς τόπους ἐπελθὼν, αἰφνιδίως θεόπλητος ὁ θεομάχος καθίσταται, μέχρις ἀναπνοῆς τῆς αὐτοῦ μυσαρωτάτης ψυχῆς, εἰς Χριστὸν βλασφημεῖν μὴ παυσάμενος. Πολλὰς μὲν οὖν καὶ ἄλλων πολλῶν τὰς περὶ τούτου συγγραφὰς εὕροι τις ἂν ἐρευνῶμενος, μάλιστα δὲ τοῦ πάντων σοφίᾳ καὶ λόγῳ προβεβλημένου, Γρηγορίου φημὶ τοῦ Θεολόγου, τοῦ καὶ πλείστοις τὸν θεομάχον ἐν ζῶσι καὶ μετὰ θάνατον βέλεσι κατατρώσαντος.

489 *Πέτρης ἀρχαγέης γενέτης κλεῖδα λαχόντος.*

Πέτρος τῶν Χριστοῦ μαθητῶν ὁ κορυφαιότατός ἐστιν· ὃν δήποτε ἐρομένῳ Χριστῷ, τίνα φασὶν αὐτὸν εἶναι οἱ ἄνθρωποι, τῶν μὲν ἄλλων μαθητῶν ἕκαστος τὸ δοκοῦν ἀπεκρίνατο, ὡς οἱ μὲν Ἠλίαν, ἄλλοι Μωσέα φασὶν, ἢ Ἱερεμίαν, ἤ τινα τῶν προφητῶν· ἐρωτήσαντι δὲ κακείνους, τίνα φασὶν αὐτὸν εἶναι, προπηδήσας ὁ θερμότατος ἀπεκρίνατο Πέτρος· *Σὺ εἶ ὁ Χριστὸς ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος·* καὶ πρὸς αὐτὸν Ἰησοῦς· *Μακάριος εἶ, Σίμων βὰρ Ἰωνᾶ, ὅτι σὰρξ καὶ αἷμα οὐκ ἀπεκάλυψέ σοι, ἀλλ' ὁ Πατήρ μου ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς· κἀγώ σοι λέγω, φησί· Σὺ εἶ Πέτρος, καὶ ἐπὶ ταύτῃ τῇ πέτρᾳ οἰκοδομήσω μου τὴν Ἐκκλησίαν, καὶ πύλαι ᾅδου οὐ κατισχύσουσιν αὐτῆς· καὶ δώσω σοι τὰς κλεῖς τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν, καὶ ὃ ἐὰν δήσῃς ἐπὶ τῆς γῆς, ἔσται δεδεμένον ἐν τοῖς οὐρανοῖς· καὶ ὃ ἐὰν λύσῃς ἐπὶ τῆς γῆς, ἔσται λελυμένον ἐν τοῖς οὐρανοῖς.* Τούτου χάριν οὖν τὸν Πέτρον λαχεῖν τὴν κλεῖδά φησιν ὁ θεῖος Γρηγόριος.

498 *Ἔμπαλιν ἢ Παύλοιο μέγα σθένος ἀμφοτέρωθεν,*
499 *Ὅς Χριστὸν μὲν ἄτιζεν, ἔπειτα δὲ πᾶσιν ἔφηνεν,*
500 *Τρέψας εἰς ἀγαθὸν ζῆλον πυρέουσαν ἐρωήν.*

Τοῦ θείου Παύλου τῆς μεταβολῆς ἤδη προδεδιηγημένης, λείπεται τῆς προθέσεως ἀποδεῖξαι τὸ μέγεθος. Οὐ γὰρ τὸ πιστεῦσαι Χριστῷ, πρὸς σωτηρίαν τῇ θεολήπτῳ Παύλου ἐπήρκει ψυχῇ, ἀλλὰ καὶ τὸ μεταποιῆσαι τοῦ ζήλου τὴν διάπυρον ὁρμὴν πρὸς Χριστοῦ λειτουργίαν· ἐντεῦθεν αὐτῷ τῆς οἰκουμένης πάσης ὁ δρόμος κύκλῳ ταῖς εὐαγγελικαῖς ἄρκυσι δεσμούμενος τῇ προθέσει βραχὺς ἐνομίζετο, εἰ μὴ καὶ πάσχων ὑπὲρ Χριστοῦ καὶ καθ' ἡμέραν ἀποθνήσκων, ἀκόρεστον εἶχε τὴν ἔφεσιν, προπηδῶν ἀεὶ τοῦ κηρύγματος καὶ τοῖς ὑπὲρ Χριστοῦ πάθεσιν ὡς ψυχρὸς στομούμενος σίδηρος. Ἀλλ' ἐκείνου μὲν τὸ ἔργον, τὸ παγκόσμιον γίνεται κήρυγμα, ζήλου θερμότητι καὶ προθυμίᾳ, τῶν Χριστοῦ δικτύων εἴσω βαλλόμενον· Γρηγόριος δὲ πυρίπνοον ὁρμὴν τὸν ἐκείνου ζῆλον εἰκότως κατονομάζει, μεταπεποιημένην ἐς τἀγαθόν. Οὐ γὰρ διωγμὸν εἴποι τις ἂν τὸν Παύλου κατὰ

rege, (id est Constantio) in exsilium ejicitur, sed cum illo in gratiam redit; utinam nunquam rediisset! Post Constantinum cum potestatem regalem filii Constantini occupassent, sicut fera quædam, discerpere gregem volens, si nequit ob vigilantem pastorum custodiam, domi manet, tempus opportunius exspectans, detinetur quidem hæc indomita fera usquedum filii Constantini discessissent, tunc adjutorio dæmonis homicidæ, qui eum impellit, regia sceptra occupat. Primum armigeros dolose concilians, in errorem suæ superstitionis attrahit, deinde apertam persecutionem movens adversus discipulos Christi, de nulla anima curans orbem terrarum exagitavit. Plerumque in fideles sæviens, contraque Christum bellum suscipiens, a brevi sed prava vita amovetur; nam multa impie meditans in Christum, a Persis perquam celeriter rapitur. Etenim Persicum bellum gerere festinans, cum in ea loca devenisset, subito a Deo percussus impius sistitur, usque ad ultimum halitum suæ detestabilis animæ, in Christum blasphemare non cessans. Multa de illo scripta multorum aliorum inveniet quicunque inquisiverit, præsertim, qui omnes sapientia et eloquentia superat, Gregorii dico Theologi, qui vita et post mortem multis telis confodit.

Petrus discipulorum Christi est princeps. Quadam die cum interroganti Christo, quem dicunt homines ipsum esse, unusquisque aliorum discipulorum quod sibi videbatur respondit, scilicet: alii Eliam, alii Moysem dicunt, vel Jeremiam, aut unum ex prophetis. Illos vero interroganti quem dicunt ipsum esse, præveniens ardentissimus Petrus respondit: *Tu es Christus Filius Dei vivi.* Dixit autem ei Jesus: *Beatus es, Simon Bar-Jona, quia caro et sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus qui in cœlis est. Et ego dico tibi quia tu es Petrus, et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, et portæ inferi non prævalebunt adversus eam. Et tibi dabo claves regni cœlorum et quodcunque ligaveris super terram, erit ligatum et in cœlis; et quodcunque solveris super terram, erit solutum et in cœlis* [1]. Propterea igitur Petro dari clavem dicit divus Gregorius.

De conversione divi Pauli cum jam dictum sit, reliquum est nobis illius sanctitatem ostendere. Non enim quod Christo solum crediderit, magna anima Pauli consecuta est salutem, sed quod ad servitium Christi impetum ardentem zeli verterit. Unde peragrato orbe, repletisque retibus evangelicis, pauca perfecisse existimabat, nisi pateretur pro Christo, quotidieque moreretur, inexplebili desiderio flagrans, semper ad prædicandum atque ad patiendum pro Christo festinans, sicut gladius semper evaginatus. At opus ejus, universalis prædicatio fit, zeli calore atque animo, Christi replens retia. Gregorius autem igneum impetum, zelum ejus recte vocat, in bonum conversum. Qui enim recte judicat, persecutionem, quam primum adversus Christum moverat, non dicet esse, sed quemdam divini zeli impetum. Moysem

[1] Matth. xvi, 15 sqq.

Χριστοῦ πρότερον κεκινημένον, εὖ εἰδὼς διακρίνειν, ἀλλὰ ζήλου τινὸς ὁρμὴν θειοτέρου. Τὸ γὰρ Μωσέα καὶ προφήτας καὶ νόμον ἀθρόον παυθήσεσθαι, παντὸς τῷ Παύλῳ θανάτου πικρότερον ἦν· ἀλλ' ὅσον εἰκὸς μεταποιηθῆναι τὸν τοσούτῳ σκιᾶς ὑπεραγωνιζόμενον, αὐτὴν ἀριδήλως τὴν ἀλήθειαν ἐπεγνωκότα. Τὸ γὰρ ἀντὶ τοῦ μετ' ἐξουσίας πράττειν, μᾶλλον πάσχειν, καὶ τοῦ κηρύγματος ὑπεραποθνήσκειν, ἀντὶ δὲ τοῦ τύπτειν τύπτεσθαι, καὶ ὅσα τοιαῦτα, προθυμότατα φέρειν, τοῦ ζήλου παρίστησιν τὸ διάπυρον, καὶ τὸ τῆς ἄνωθεν ψυχικῆς εὐγενείας ἀδούλωτον. Παῦλον δὲ καὶ τὸν τούτου ζῆλον Γρηγόριος φυσιολογήσας, συντόμῳ φράσει παρέστησεν· οὐ γὰρ Γρηγόριον θέμις τὸν Παῦλον φυσιολογήσειν, ἐπείπερ τις ἄλλος Παῦλος μικροῦ καὶ Γρηγόριος.

492 Ἐκ δ' ἑνὸς ἀρχεγόνοιο Κάϊν καὶ Ἄβελ ὀπ-
[έσταν,
495 Ζηλήμων θυσίης τε θεουδέος ἐσθλὸς ἀρητήρ.

Κεῖται ἡ κατὰ τὸν Κάϊν καὶ Ἄβελ ἱστορία, ὡς ὁ μὲν Κάϊν ζηλότυπος ἦν καὶ φονεύς, ὁ δὲ Ἄβελ θεοσεβοῦς θυσίας ἀγαθὸς ἱερεύς.

494 Ἰσαικίδαι δ' Ἡσαῦ τε κακὸς Ἰακώβ τε φέ-
[ριστος·
495 Καὶ πλέον· ἐκ γὰρ ἑνὸς δίδυμος γόνος οὐδὲν
[ὅμοιος.

Ἰσαὰκ υἱὸς ὢν Ἀβραὰμ, ἔγημε Ῥεβέκκαν πρὸς γένους οὖσαν αὐτῷ, ἐξ ἧς διδύμους τίκτει τὸν Ἡσαῦ καὶ τὸν Ἰακώβ. Ἀλλ' ἔτι τῶν ἐμβρύων ἐν τῇ μητρικῇ νηδύϊ τυγχανόντων, ἐρρέθη τῇ Ῥεβέκκᾳ ὡς δύο λαοὺς ἐν τῇ κοιλίᾳ φέρει, καὶ ὅτι τῷ ἐλάσσονι δουλεύσειεν ὁ πρῶτος. Κατὰ καιρὸν δὲ ταύτης κυϊσκούσης, τῆς γαστρὸς ἐκπροκύπτει πρότερος ὁ Ἡσαῦ, παραχρῆμα δὲ ὀλισθήσας ἔξεισιν Ἰακὼβ τῆς Ἡσαῦ πτέρνης ἐπειλημμένος· εἰς μέτρον δὲ ἡλικίας καταστάντων, ὡς μὲν ἄπλαστος Ἰακώβ, παρώκει Θεῷ συζῶν καὶ εὐσεβείᾳ τρεφόμενος, Ἡσαῦ δὲ πονηρότατος ἄτε καὶ ἐντρεχὴς, ἔχων φυσικὴν ἀκμαιότητα, θηρευτής τε ἦν καὶ τοξότης καὶ τὰ πάντα φιλοπόλεμος. Γεγηρακότος δὲ τοῦ πατρὸς αὐτῶν Ἰσαὰκ καὶ βαρυωποῦντος καὶ πρὸς τὸ βιωτικὸν τέλος ἀποβλέποντος, καθ' ἑαυτὸν διανουμένου προφάτει τὸν πρεσβύτερον εὐλογῆσαι παῖδα, κεκληκότος δὲ καὶ θηρεῦσαι θήραν αὐτῷ προστεταχότος, ἧς γευσάμενος εὐλογήσειν προεθυμεῖτο τὸν ἐπὶ τὴν θήραν ἠπειγμένον τὸν Ἡσαῦ· τοῦτον ἡ μήτηρ πτερνίζει τὸν τρόπον. Τῷ νεωτέρῳ γὰρ παιδὶ φιλικῶς πως διακειμένη, τῆς ποίμνης θάττον ἐρίφους ἀγαγεῖν ἐπιτάσσει λίαν ὅτι καλοὺς δύο καὶ ἁπαλοὺς, τὴν εὐλογίαν αὐτῷ πανούργως ἐμπορευομένη· τὸν δὲ νέον (καὶ γὰρ εὐλαβὴς), τὸν πρεσβύτην ἀπατήσειν εὐλαβηθέντα, μήπως ἀντ' εὐλογίας κατάραν ἐπισπάσοιτο, λόγοις πολλοῖς ὅμως ὀψέ ποτε τὸν προσφιλῆ παῖδα τὸ καλῶς αὐτῇ παραστὰν διαπράξασθαι πείθει. Καὶ δὴ τῶν ἐρίφων ἀχθέντων, ταχέως ἡ Ῥεβέκκα τὰ κρέα δίσεφθα τῷ παιδὶ προσκομίσειν ἐπὶ κανοῦ τῷ πατρὶ διατάσσεται. Ἀλλ' ἔτι τὸν Ἰακὼβ τοῖς λογισμοῖς ἀγωνιῶντα, καὶ τῶν κατὰ φύσιν αὐτοῖς τὰς αἰτίας προβαλλόμενον, ὡς αὐτὸς μὲν λεῖός ἐστιν, Ἡσαῦ δὲ δασὺς, καὶ μήποτε τὸν πατέρα ψηλαφήσαντα καὶ τὸ δρᾶμα μεμαθηκότα, κατάραν ὡς πατρὸς καταφρονήσαντα ἐπαγάγῃ δεδοικότα, τῶν ἐρίφων ἡ μήτηρ τὰς δορὰς ἀμφιθεμένη τῶν βραχιόνων τοῖς γυμνοῖς τοῦ παιδὸς καὶ τοῦ τραχήλου, τήν τε στολὴν Ἡσαῦ τὴν καλὴν ἐνδύσασα, τῷ πατρὶ παρίστησι τῆς αὐτοῦ θήρας μετασχόμενον· ἐκπλαγέντα δὲ καὶ τὸ τάχος ἀγάμενον τὸν πρεσβύτην, ἡδέως τε τῆς βρώσεως ὅμως ἐμφορηθέντα, προσαγαγεῖν αὐτῷ τὸν παῖδα φήσαντα, καὶ φιλήσαντα καὶ τῆς τῶν ἱματίων ὀσμῆς ἀντιλαβόμενον, τίς τε εἴη πυνθανόμενον, καὶ ὅτι Ἡσαῦ ὁ παρεστὼς ἐστιν ἀπατώμενον, ἔτι τε θαυμάζοντα καὶ τοὺς βραχίονας διερευνώμενον, ἐκπλήξεως γέμοντα τὸν πρεσβύτην

enim, prophetas atque omnem legem finem habere, omni morte Paulo amarius erat; sed hoc omne zelum quem umbram defendendo ostenderat, ad veritatem cognitam mirabiliter convertit prædicandam. Etenim cum agere posset cum potestate, potius patitur, causaque prædicationis verbi moritur, nedum percutiat percutitur, taliaque hujusmodi fortissime sustinendo, ardorem zeli ostendit, libertatemque originis cœlestis. De Paulo zeloque illius loquens Gregorius, breviter locutus est; non enim æquum erat Gregorium de Paulo disserusse, prorsus enim alius Paulus ipse Gregorius.

Jam dictum est de Cain et Abel, quomodo Cain invidus fratricidaque fuerit, Abel vero, pius sacerdos, digna sacrificia obtulerit.

Isaac, Abraham filius, Rebeccam, ex genere suo, uxorem duxit, ex qua geminos habuit Esau et Jacob. At cum adhuc essent in utero matris suæ, Rebeccæ dictum fuit duos populos in utero portare, ac fore ut minori serviret major. Tempore autem partus, ex utero prior prodit Esau statimque apparet Jacob, calcem Esau tenens. Cum ad quamdam ætatem pervenissent, cum Jacob esset vir simplex, domi manebat, Deo serviens, pietateque nutritus; Esau vero pessimus erat, acer, natura maturus, venator, sagittarius omninoque cupidus prælionum. Cum autem jam esset senex Isaac, pater suus, oculique ejus caligarent, ac finem vitæ provideret, cogitavit de occasione qua filio benediceret. Illum vocat, venationem ei præcipit, quam cum gustaverit, filio suo Esau, qui ad venationem festinaverit, benedicturus est. Sed hunc isto modo supplantat mater: Minori enim puero, quem valde adamabat, præcipit ut ex grege afferat duos hædos optimos, dolose sic illi benedictionem lucrifaciens. Juveni autem (erat enim timoratus) ne senem deciperet timenti, ne pro benedictione maledictionem super se induceret, multis verbis vix nihilominus charissimo puero, ut hoc quod placet sibi faciat persuadet. Hædis allatis, brevi carnes coctas Rebecca puerum jubet in disco ad patrem ferre. Sed Jacob adhuc hæsitante, hujusque hæsitationis causas afferente de natura sua, scilicet quia ipse lævis esset, Esau autem pilosus, timenteque ne patre attrectante dolumque cognoscente, maledictionem, tanquam patri illudens, pateretur, mater *pelliculas hædorum circumdedit manibus et colli nuda protexit* [1], veste pulchra Esau induit, eumque sistit ante patrem ut illi offerat de venatione quam petierat. Attonitus celeritatemque mirans senex, libenter tamen cibo vescitur, tum appropinquare sibi puerum jubet. Postquam illum amplexatus esset atque vestimentorum illius sensisset fragrantiam, quis sit scisciatur; cumque ei dolose Esau adesse re-

[1] Gen. xxvii, 16.

ἀναβοῆσαι λέγεται, ὡς ἡ μὲν φωνὴ Ἰακώβ, αἱ δὲ χεῖρες, χεῖρες εἶεν Ἡσαῦ. Πολλαῖς τοίνυν τὸν Ἰακὼβ πατρικαῖς εὐλογίαις στηριχθέντα, τῆς τοῦ πρεσβύτου παραστάσεως τάχος ἐκβάλλει Ῥεβέκκα. Τῆς δὲ θήρας αὐτίκα τὸν Ἡσαῦ παρόντα καὶ τῷ πατρὶ προσελθόντα, μεμαθηκότα δὲ πρὸς τοῦ πατρὸς, ὡς πανούργως ἐλθὼν τὰς εὐλογίας ἀφείλατο Ἰακώβ, στένοντα βαρὺ μετὰ φωνῆς τὸν Ἡσαῦ ὀδυρόμενον κατοικτείρας Ἰσαὰκ, τὰς μὲν εὐλογίας ἐπαύξει τῷ νεωτέρῳ Ἰακώβ, τῷ δὲ Ἡσαῦ ζῆσειν ἐν τόξῳ φησὶν αὐτοῦ καὶ μαχαίρᾳ, ὑπὸ δὲ τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ τελεῖν καὶ δουλεύειν αὐτῷ προαγορεύει. Ταύτῃ τοι τὸν Ἡσαῦ πεπονημένον, καὶ τῷ Ἰακὼβ ἀντικοτοῦντα, καὶ καιρὸν ἐπιτηροῦντα τοῦ ἀνελεῖν αὐτὸν, εἰς Μεσοποταμίαν τὸν νεώτερον ἡ Ῥεβέκκα πέμπει παῖδα τοῖς συγγενέσιν αὐτῆς μιχθησόμενον, καὶ τῶν θυγατέρων αὐτῶν εἰς γάμον ληψόμενον.

496 *Καὶ Σολομῶν τὰ πρῶτα σοφὸς, μετέπειτα κά-*
[*κιστος,*

497 *Ἤνικα θηλυτέρῃσιν ἐφωμάρτησεν ἀλιτραῖς.*

Εἴρηται ἡμῖν περὶ τοῦ Σολομῶντος ἤδη, καὶ τῆς θεόθεν αὐτῷ παρασχεθείσης σοφίας τὸ αἴτιον· ἀλλ' ὅπως σοφώτατος ὢν ἐξηπάτηται, χρεὼν εἰπεῖν, ταύτης ἐπιμνησθέντος τῆς ἱστορίας τοῦ Θεηγόρου. Σολομῶν τοίνυν ὁ σοφώτατος τῆς Δαβὶδ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ βασιλείας ἐπειλημμένος, σοφῶς τε διεξάγων τὰ κατὰ τὸν Ἰσραὴλ, καὶ τῶν προβεβασιλευκότων σοφίᾳ, πλούτῳ καὶ δόξῃ προκεκριμένος, γυναικείαις οἰστρηλατούμενος ἡδοναῖς, τοῦ ὄντως λήθην λαμβάνει Θεοῦ. Τὸ μὲν γὰρ πονηρὸν γενέσθαι τοῦτον, τῇ Θεοπνεύστῳ Γραφῇ σεσημείωται αἰνιγματωδῶς, πλέον δὲ καὶ τὸ μὴ τοῖς εὐσεβέσι συναριθμεῖσθαι, τοῦθ' ὑποφαίνει· τινὸς χάριν δὲ οἶμαι τοὺς θεοκινήτους οἰκονομίας μὴ τηλαυγῶς ἐκείνου κατηγορεῖν, τῷ πρὸς τοὺς σοφοὺς φίλτρῳ φυσικῷ ὑπηγμένων τῶν ἀνθρώπων· οὐ γὰρ μόνον φιλοῦσι τοὺς σοφοὺς ἄνθρωποι κατορθοῦντας, ἀλλ' ἔστιν ὅτε συμπάσχουσι καὶ προσπαίουσι. Τοῦτον λόγος ἔχει τὸν Σολομῶντα πολλὰς γήμαντα γυναῖκας, καὶ τὴν Φαραὼ θυγατέρα πασῶν ὑπομάζιον ἐνηγκαλισμένον, τῶν ἄλλων αὐτῷ προκεκριμένην, ὑπ' αὐτῆς τῷ πρὸς αὐτὴν ἀπατηθῆναι φίλτρῳ, καὶ τοῖς ἐκείνης θεοῖς ἱερὰ τελέσαι, προφανῶς τε τοῖς ἅλσεσι θυμιᾷν καὶ τοῖς ὑψηλοῖς. Τούτου Σολομῶντος παροιμιῶν πλήρεις εἰσὶν ἔνθεοι βίβλοι, δι' ὧν συμβουλεύει γυναικῶν πολυτρόπως ἀπέχεσθαι, προφανότατα κράζων· *Οἶνος καὶ γυναῖκες ἀπώλεσαν σοφούς*· ὃς τοιαῦτα φθεγγόμενος, τρυφῇ καὶ γυναιξὶν ἀθλίως ἁλούς, λήθην φεῦ λαμβάνει τοῦ σοφοδότου Θεοῦ.

680 *Ἄγγελος ἦν τὸ πάροιθεν ἑωσφόρος· ἀλλὰ*
[*πεσόντος*

681 *Οὐρανίους παρέμιμνεν ἐὺν* [cod. *νεὺν*] *κλέος.*

Ἑωσφόρος ὁ Σατανᾶς λέγεται· οὕτω γάρ φησι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον διὰ Ἡσαΐου τοῦ προφήτου· *Πῶς ἔπεσεν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ὁ ἑωσφόρος ὁ πρωῒ ἀνατέλλων;* Αὐτὸς δὲ καὶ τὴν αἰτίαν ὁ προφήτης τῆς πτώσεως ἐπάγει· *Σὺ δὲ εἶπας, τῷ πεσόντι λέγων, ἐν τῇ καρδίᾳ σου· Ἀναβήσομαι εἰς τὸν οὐρανὸν, ἐπάνω τῶν ἀστέρων θήσω τὸν θρόνον μου, καὶ ἔσομαι ὅμοιος τῷ Ὑψίστῳ· σὺ δὲ ληφθήσῃ εἰς ᾅδου.* Ταύτης δὲ δι' ἐπῶν καὶ Γρηγόριος παρακατιὼν αὐτολεξεὶ τῆς προφητείας μνήμην ποιεῖται, τὴν αἰτίαν τῆς τοῦ διαβόλου πτώσεως ἐξηγούμενος, ὅτι φῶς ἔχων καὶ δόξαν μεγάλην, τὴν βασιλικὴν τοῦ Θεοῦ δόξαν ἀφελέσθαι σκεψάμενος, ἄτιμος πέπτωκεν, ὅλος σκότος γενόμενος ἀντὶ φωτός.

. . . . . *Ὡς δὲ μαθητὰς*
682 *Οὐδὲν Ἰούδας ὄνειδος ἐπεὶ πέσεν.*

spondetur, adhuc mirans attrectansque manus admiratione repletus senex exclamasse dicitur : *Vox Jacob est; sed manus, manus sunt Esau* [1]. Porro multis benedictionibus paternis confortatum, cito a conspectu senis amovet eum Rebecca. Statim autem a venatione adveniens Esau, patrique appropinquans, cum audivisset a patre, Jacob dolose subripuisse benedictiones, flevit amare ac vociferavit. Motus Isaac dolore illius addit minori Jacob benedictionem, Esau vero dicit fore ut vivat in arcu et gladio, prædicitque illi fratri suo tributa soluturum ac subjiciendum. Inde cum Esau, mœrore afflictus, adversaretur Jacob, occidendique eum tempus exspectaret, in Mesopotamiam juniorem mittit Rebecca, ut viveret cum parentibus suis, ex eorumque filiabus uxorem duceret.

Jam de Salomone et sapientiæ illi a Deo datæ causa dictum est. Sed quomodo, quantumvis sapiens, erraverit, dicendum est nobis, in memoriam revocando historiam Theologi. Salomon igitur sapientissimus, cum regnum David patris sui accepisset, sapienter regeret Israel, regesque, qui ante illum fuerant, sapientia, divitiis et gloria superaret, muliebribus insaniens voluptatibus, Dei vivi obliviscitur. Illum autem pravum factum fuisse non aperte Scriptura sacra nobis significavit, sed quod cum pis haud adnumeretur, hoc amplius patefacit Propter quamdam causam opinor criticos non aperte illum condemnasse, quod scilicet philtro naturali ad sapientes trahuntur homines. Non solum enim homines diligunt sapientes proficientes, sed etiam sæpe compatiuntur iisque adhærent. Fertur hunc Salomonem multas duxisse uxores, filiamque Pharaonis, cujus ubera maxime omnium exaltantur, ab illo cæteris præpositam fuisse, ab illa philtro seductum fuisse, diis illius sacrificia obtulisse, palam in memoribus montibusque sacrificasse. Hujus Salomonis proverbiis repleti sunt Libri sacri, quibus omnino a mulieribus abstinendum esse dicit, alta voce clamitans : *Vinum et mulieres perdiderunt sapientes* [2]. Idem vero, licet talia effata protulisset, tamen luxuria et mulieribus misere captus, proh dolor! Dei qui ipsi sapientiam concesserat, oblitus est.

Lucifer Satanas dicitur; sic enim dicit Spiritus sanctus per Isaiam prophetam : *Quomodo cecidit e cœlo, Lucifer, qui mane oriebatur?* Ipse vero casus causam propheta inducit : *Tu quidem*, ait cadenti, *in corde tuo dixisti : Conscendam in cœlum, super nubes ponam solium meum, et similis ero Altissimo* [3]. *Verumtamen ad infernum projicieris.* Carminibus suis Gregorius ad litteram rediens hujus prophetiæ mentionem facit, causam casus diaboli commentans, scilicet quod lucem habens et gloriam magnam, regiam Dei gloriam rapere volens, inglorius cecidit, totus tenebrosus factus qui antea lux erat.

[1] Gen. xxvii, 22. [2] Eccli. xix, 2 [3] Isa. xiv, 12 sqq.

Οὗτος Ἰούδας τῶν δώδεκα Χριστοῦ μαθητῶν εἷς ὑπάρχων, καὶ τῶν ἄλλων κατ' ἰσότητα τῶν θείων ἀπολαύων χαρισμάτων, φιλάργυρος ὢν καὶ ζηλότυπος, ἀργυρίων ἕνεκα καὶ κέρδους οἰκτροῦ, φεῦ τῆς αἰωνίου διήμαρτε ζωῆς, τὸν εὐεργέτην Χριστὸν καὶ διδάσκαλον προδοὺς τοῖς παρανόμοις Ἰουδαίοις εἰς θάνατον.

ΛΟΓΟΣ Γ'. Ὑποθῆκαι παρθένοις (1).

51 *Μηδὲ σύ γ' ἐκ Σοδόμων προφυγὼν καὶ τέφραν* [ἁλόξας
52 *Τοῦδε βίου, θείου τε πυρὸς στερέσσαν* [ἀπειλήν,
53 *Εἰς Σόδομα βλέψεως, ἐπεὶ λίθος αἶψα πιγήσῃ,*
54 *Στήλη καὶ κακίης καὶ ἀργαλέου θανάτοιο·*
55 *Μηδ' ἐκ μὲν Σοδόμων κλέψῃς πόδας, ἐν πε-* [δίοις δὲ
56 *Γείτοσι δηθύνειν ἄσσον πυρός· ἀλλὰ τά-* [χιστα
57 *Σώζεσθαι πρὸς ὄρος, μή σε πυρὸς ἔμβρις* [ἐπιστῇ.

Πᾶσα μὲν ἡ παροῦσα ἱστορία κεῖται ἐν τῷ πρώτῳ λόγῳ, καὶ κατὰ τὸν τῆς ἀναγωγῆς λόγον ἐξεσμένη· ἥτις κατὰ τοὺς πονηροὺς Σοδομίτας, καὶ τὸν Λώτ, καὶ τοὺς ἀγγέλους, καὶ τὴν παγεῖσαν εἰς στήλην γυναῖκα τοῦ Λώτ, καὶ τὴν ἐν πεδίοις Σηγὼρ πόλιν, καὶ τὴν ἐπὶ τὸ ὄρος ἀνάβασιν ἔπειτα σημαίνει· ἀλλ' ἐνταῦθα τῇ παρθένῳ ψυχῇ διαλεγόμενος ὁ Θεολόγος ὑποθήκας παρέχει, τοῦτ' ἔστι συμβουλίαν· ὑποθήκη γάρ ἐστι τὸ παρακατατιθέμενον. Ὅπως μὴ, φησὶν οὖν τῇ ψυχῇ, βλέψῃς εἰς Σόδομα, τοῦτ' ἔστιν εἰς τὸν βίον· στήλη γὰρ ἂν κακίας γενήσῃ κατήγορον ἔχουσα ἐκτύπωσιν· μηδὲ τὸν βίον ἀποφυγοῦσα πλησίον ἵστασο τῶν βιωτικῶν, ὡς ἂν μὴ συμπαραληφθείης (τὸ γὰρ πλησιαίστερον, εὐχείρωτόν πως τῷ πυρί)· ἀλλὰ πρὸς τὸ ὄρος σώζου, φησὶ, καὶ μήκοθεν ἱδρυμένη καὶ τοῦ πυρὸς ἀνωτέραν. Χθαμαλωτέραν γὰρ καὶ γειτνιῶσαν, σύνυλον καταναλώσει ῥᾳδίως· πόρρω δὲ καὶ τῆς ὕλης ἀνωτέραν, ἀμήχανον προσπελάσαι.

97 *Μερρᾶς πικρὸν ὕδωρ.*

Μερρὰ τόπος ἐστὶν ἐν Ἠλείμ, ἔνθα τὴν θάλασσαν τὴν Ἐρυθρὰν οἱ Ἰσραηλῖται περάσαντες, τῆς Αἰγυπτίων κακώσεως ἀφέντες κατέπαυσαν. Ἐνταῦθα δώδεκα πηγαὶ ὑδάτων καὶ φοινίκων ἑβδομηκονταδύο ὑπῆρχον στελέχη, ἔνθα δὴ τὸν λαὸν καταπαύσαντα καὶ δίψει ἑκλυόμενον (πικρὸν γὰρ τὸ παρακείμενον ὕδωρ), ξύλον τι τῷ Μωϋσῇ δείκνυσιν ὁ Θεὸς, οὗ ὁ λαβὼν καὶ προσρίψας τοῖς ὕδασιν, εἰς γλυκύτητα μεταποιήσας τὴν ἔμφυτον αὐταῖς πικρίαν, ἡδὺ καὶ μάλα καλὸν τῷ διψῶντι παρέχει λαῷ. Τούτου χάριν πικρίαν τὸν τόπον ὠνόμασεν ἐκεῖνον· τὸ γὰρ Μερρὰ τῇ Ἑβραΐδι διαλέκτῳ *πικρία* προσαγορεύεται.

127 *Χρύσεα χαλκείων διαμείβεαι, εἰ γανόωντος*
128 *Ἀντὶ βίου μικρὴν καὶ ἀεικέα τέρψιν ἐδέξω.*

Ταύτην ὁ Θεολόγος τὴν ἱστορίαν τῆς Ὁμήρου συγγραφῆς οὖσαν, μεταφορικῶς παρεισάγει τῇ ψυχῇ διαλεγόμενος. Γλαῦκος γὰρ ὁ Ἱππολόχου, καὶ Διομήδης ὁ τοῦ Τυδέως, κατὰ τὸν Τρωϊκὸν πόλεμον εἰς μέσον παρῆλθον ἀμφότεροι διαγωνιούμενοι· ὡς δὲ ἦσαν ἐγγὺς ἀλλήλοις ἐπιόντες, τὸν Διομήδην προφωνῆσαι λέγεται τῷ Γλαύκῳ, τίς ἂν εἴη πυθόμενον τοσοῦτον αὐτὸν τῇ τόλμῃ τῶν ἄλλων προπεπηδηκότα· οὐ γάρ πω, φησὶν, ἀνὰ τὴν δοξοποιὸν μάχην πρό γε τούτου ἀνδριζόμενον ἑωράκει. Γλαύκου Βελλεροφόντειον τὸ γένος καὶ θειότερον ἢ κατ' ἄνθρωπον εὐχομένου, Διομήδης ἐπιγνοὺς, προγονικὸν ἅτε κατασπάζεται φίλον· ἄμφω δὲ ἁρμάτων ἀποιχηθέντες, ἀλλήλοις τὰ τεύχη παραχωρήσαντες τὴν πρὸς ἀλλήλους ὧδε διέλυσαν μάχην· ἀλλ' ὁ μὲν ἥρως τὸν Γλαῦκον τεύχεσι χαλκείοις φιλοτιμησάμενος, χρυσέοις ἀντεφιλοτιμήθη· οἷς ἐνδεδῦσθαι τοῦτον συνέβη. Ταύτην, ὡς ἔφαμεν, μεταφορικῶς τὴν ἱστορίαν τῇ ψυχῇ Γρηγόριος ὑπο-

Iste Judas duodecim discipulorum Christi unus et aliis ad æqualitatem divinis fruens charismatibus nummi avidus et invidus, propter pecuniam et vile lucrum, longe a vita æterna erravit, benefactorem Christum et magistrum impiis Judæis tradens ad mortem.

CARMEN III. *Ad virgines præcepta.*

Tota hæc historia primo in sermone adest et secundum anagogicum sermonem explicata : quæ de viris Sodomitis, et de Lot, et de angelis, et de uxore Lot in columnam coagulata et de urbe Segor in campo, et de ascensione ad montem postea significat. Sed hic virginem animam alloquens Theologus subsidia præbet, id est vitæ consilia ; subsidium enim est reconditum. Ne ergo, inquit, vere aspicias in Sodomam, id est, in sæculum, columna enim fieres malitiæ accusatricem habens formam ; ne,quæ sæculum fugisti,propius accedas ad sæculares, ne simul tollaris (quod enim propius est, igni quodam modo obvium), sed ad montem effugias, inquit, et nullo modo remanens et supra ignis contactum : quippe quæ ad terram hærens et vicina cum materia facile consumpta esses, dum materiam superans, proxima inveniri non potes.

Merra (Mara) locus est vicinus Elim : ibi trajecto mari Rubro Israelitæ ab Ægyptiorum malitia exeuntes cessaverunt : ibi duodecim fontes aquarum et palmæ septuaginta duo, ibi populo cessante e' siti consumpto (amara enim erat aqua) lignum quoddam Moysi ostendit Deus, quod apprehendit et in aquas jecit, et in dulcedinem mutata est naturalis amaritudo, et dulcis bonaque valde aqua oblata est sitienti populo ; ideo *amaritudinem* vocavit locum istum : Merra enim Hebraica lingua *amaritudo* interpretatur.

Hanc Theologus historiam ex operibus Homeri metaphorice apponit, animam alloquens. Glaucus Hippolochi filius, et Diomedes Tydei in Trojano bello in medium ambo pugnaturi processerunt, cumque propius ad invicem accessissent, narratur Diomedes a Glauco petisse quis esset, utpote qui alios impetu et audacia superaret : Neminem enim, inquit, in gloriosa pugna fortius agentem vidi ; Glaucum Bellerophonteum genus et divine homines superans gloriantem Diomedes ut agnovit, avis suis prævalentem osculatur tanquam amicum ; et ambo e curribus desilientes, arma invicem mutaverunt ; sicque a pugna retro cesserunt ; sed heros iste Glaucum armis æneis honoravit, ipse aureis honoratus, quibus instrui ipse obtinuit. Hanc, ut diximus, historiam Gregorius metaphorice animæ applicat ;

(1) Ed. nov., p. 339.

τίθεται· τὸ γὰρ λαμπρυνομένου τοῦ ἀντιπάλου κἂν μικράν τινα γοῦν παραδέξασθαι τέρψιν, καὶ τὸν τόνον παραχαλάσαι, χαλκεῖα χρυσίων ἐστὶν ἀντιδέχεσθαι, τουτέστι τῶν εὐτελῶν τὰ πολλῶν ἀντιπροῖεσθαι τιμιώτερα.

151 *Καὶ δόμον αἰγλήεντα, καὶ Ἀλκινόοιο τράπεζαν.*

Ἀλκίνοος τοῦ Φαιάκων ἔθνους βασιλεὺς ὑπάρχων, φιλότιμός τε ἦν τὰ πάντα καὶ φιλόξενος. Οὗτος πλουσίαις ἀμειβόμενος τοὺς παραπυγχάνοντας δωρεαῖς, οἴκους τε λαμπροὺς κεκτημένος, καὶ τράπεζαν τῶν πώποτε βασιλέων δαψιλεστέραν, Ὀδυσσέα πλάνῃ φερόμενον ναυηγὸν καὶ οἰκτρὸν ἀλήτην, κατὰ τὴν αὐτοῦ γενόμενον πόλιν, φιλοφρόνως ἐτίμησεν. Ὅπως δὲ καὶ τοῦτο συμβέβηκε, τῶν λόγων προϊόντων λελέξεται· τούτων γὰρ ἐν πλάτει παρακατιὼν ὁ Θεολόγος μνημονεύει.

135 *Φύλλα τινὰς μ', ὡς πρόσθεν Ἀδὰμ Εἶπάν τε, καὶ ὄπτοι.*

Κεῖται ἡ παροῦσα ἱστορία ἐν τῷ β' λόγῳ.

138 *Ἦ τινα πὰρ πυλεῶνα βεβλημένος ἄχθος ἀρούρης*

139 *Ἀνδρὸς ὑπερφιάλοιο, πένης καὶ λάξυος ἄλλος.*

Κεῖται ἐν τῷ πρώτῳ λόγῳ.

152 *Καὶ σὺ φίλοις τεκέεσσιν Ἰωναδὰβ ἔξοχε μῆτιν.*

Ἑβραῖος ἦν τὸ γένος καὶ θεοσεβὴς ὁ Ἰωναδάβ· οὗτος δὲ τοῖς τέκνοις ἐνετείλατο μὴ γῆν ἀρόσαι, μηδὲ φυτεῦσαι ἄμπελον, οἴνου δὲ καὶ τῶν πρὸς τὸ ἀβροδίαιτον ἀπέχεσθαι πάντων· ἐν σκηναῖς δὲ κατοικεῖν, καὶ Θεῷ ζῆν καὶ τούτῳ μόνῳ προσανέχειν. Ἐσσαίους δὲ τούτους ἡ Γραφὴ κατωνόμασεν.

161 *Οἶδα δ' ἐγὼ καὶ λαὸν ὑποσχεσίης ἐπὶ γαῖαν*

165 *Ἱέμενον, τοῦ πρόσθε στύλος πυρὸς ἡγεμόνευε,*

166 *Καὶ νεφέλης ἔλκοντος ἀσημάντου δι' ἐρήμης.*

Λαὸς προθυμούμενος ἐπὶ τὴν τῆς ἐπαγγελίας γῆν ὁ Ἰσραηλίτης ἐστὶν, ὃν ἐξ Αἰγύπτου ἐξαγαγὼν ὁ Θεὸς, ἐν στύλῳ πυρὸς ὡδήγησε καὶ νεφέλης ἐπὶ χρόνων τεσσαράκοντα ἔτη. Γῆ δὲ τῆς ὑποσχέσεώς ἐστιν ἡ Χαναναία· ταύτην γὰρ εἰς κατάσχεσιν τῷ Ἀβραὰμ διδόναι, καὶ τῷ σπέρματι αὐτοῦ μετ' αὐτὸν, εἶπεν ὁ Θεός. Ταύτην ὤκουν τὴν γῆν ἔθνη ἑπτὰ, Ἀμορραῖοι, Χαναναῖοι, Χετταῖοι, Φερεζαῖοι, Γεργεσαῖοι, Εὐαῖοι, Ἰεβουσαῖοι. Τούτους πάντας ἐξελὼν ὁ Θεὸς ἀπὸ προσώπου Ἰσραὴλ, τὴν γῆν αὐτῶν τῷ τοῦ Ἀβραὰμ κατεκληροδότησε σπέρματι, ὡς ὑπέσχετο καὶ κατένευσεν.

167 *Ὦ πόντος ὑπείξε καὶ οὐρανὸς εἶδαρ ἔδωκεν.*

Τὴν Ἐρυθρὰν Ἰσραὴλ διατμηθεῖσαν διελθὼν θάλασσαν, κατὰ τὴν ἔρημον γεγονὼς οὐρανόθεν τροφὴν ὑποδέχεται· ἡ δὲ ἦν ὡς ἐγκρὶς μέλιτος, μάννα δὲ ταύτην ὁ Ἰσραὴλ κέκληκε. Γογγύσαντι δὲ τῷ λαῷ καὶ κρεῶν ἐφιεμένῳ, ὀρτυγομήτραν εἰς πλῆθος ὁ Θεὸς ἐξαποστέλλει· ὄρνεον δὲ τοῦτο πτερωτὸν, ἥτις πεσοῦσα πολλὴ, κόρον αὐτοῖς τῆς ἐπιθυμίας παρέσχε τοσοῦτον, ὡς εἰς χολέραν μετατραπῆναι· οἷον γάρ ἐστι πάσχειν τοὺς κοιλίας ὑποφόρους, ἀπλήστως τῆς ὀρτυγομήτρας ἐμφορηθέντες, νόσῳ περιελθόντες κακῶς τοῦ ζῆν οἱ πλείους ἀπηλλάγησαν· ὡς θανάτου τὸν λαὸν κατανεμηθέντος, ἐπιθυμίας μνήματα τὸν τόπον κατονομασθῆναι.

168 *Καὶ πέτρη βλύστησεν ὕδωρ.*

Τοῖς Ἰσραηλίταις κατὰ τὴν ἔρημον οὖσιν, ἀνυδρίᾳ ξηραινομένοις, ἐκ πέτρας ὕδωρ ἔβλυσεν ὁ Θεός· ἐπιστάντι γὰρ Μωϋσῇ τῷ λαῷ, καὶ τοῦτον μέλλοντι καταλεῦσαι, προστάξας ὁ Θεὸς τῇ ῥάβδῳ κροτῆσαι τὴν πέτραν· οὗ γενομένου ζῶν ὕδωρ ἀνεδόθη, καὶ διῳῶντα κορέννυσι τὸν λαόν. Τοῦτο τῆς ἀντιλογίας ἐκλήθη τὸ ὕδωρ· ἐκεῖσε γὰρ ὁ λαὸς ἀντεῖπε Μωϋσῇ, Μωϋσῆς δὲ τῇ ῥάβδῳ τὴν πέτραν κροτήσας, *Μὴ*,

nam ab hoste refulgente vel minimum acceptare oblectamentum, et morem enervare, hoc est ænea pro aureis mutare, hoc est pro vilibus quæ magis digna sunt rejicere.

Alcinous Phæacum rex magnificentiam præ se ferebat et hospitalitatem. Unde ab ultro offerentibus cum donis abundans locuples evasisset, splendidas domos possedit et mensam quam summe regalem habuit : mox Ulyssem in navi jactatum et miserabiliter errantem qui ad ejus urbem appulerat, benigno vultu et honore excepit ; quomodo autem illud acciderit, infra dicetur; nam in ista fuse redit memoram Gregorius.

Hebræus genere erat et colens Deum Jonadab. Ille filiis præcepit ne terram ararent, ne vitem colerent, vino et omni quod voluptati favere potest abstinere mandans, et in tabernaculis habitare et Deo vivere, in ipsumque solum fiduciam habere. Hos Essæos Scriptura vocavit.

Populus cupide promissionis terram appetens Israel est quem ex Ægypto eduxit Deus, in columna ignis ductor et nubis per quadraginta annos. Terra promissionis Chananæa est, quam in possessionem Abraham et semini ejus post eum promisit Deus ; quam habitabant populi septem, Amorrhæi, Chananæi, Chettæi, Pheresæi, Gergesæi, Hevæi, Jebusæi. Hos omnes destruxit Deus a facie Israel, horumque terram semini Abraham dedit in hæreditatem ut pollicitus est et juravit.

Rubrum Israel divisum transiit mare, mox in eremo escam de cœlo accepit delicatam quamdam quasi mel, quam manna vocavit Israel. Murmuranti vero plebi et carnes desideranti ortygometram in abundantia misit Deus : avitium illud votatile quod copiose cadens satietatem eis desiderii talem attulit, ut in choleram inciderent ; justum enim est ut ventris dolores patiantur qui abunde ortygometra impleti sunt, et morbis involuti miserabiliter plerique vivere desinant. Itaque morte vastato populo *desiderii monumenta* locus vocatus est.

Οὗτος ὁ ὑψαύχην βίος καὶ μετέωρος, ὁ ὕπτιος καὶ ἀνάλγητος καὶ ἀναπεπτωκὼς ταῖς ἡδοναῖς, λὰξ ἐπιβὰς οὗτος καὶ τῆς εἰς τὸ πρόσω φορᾶς ἀνακόψας εἰς τοὐπίσω με ἀπώσατο· Εἶπον δὲ, φησὶ, καὶ τὰ δείματα καὶ τοὺς φόβους καὶ τρόμους, οἷς σε κατα-

(48) Cod. νοσῶν ἐμένος.

κάμπτει, Τάρταρον ἠρόεντα, σκοτεινὸν Ἅιδου χῶρον καὶ ἀλαμπῆ λίαν φαντάζεσθαι παρασκευάζει, Πυριφλεγέθοντας οὓς δή φασιν Ἕλληνες, γέενναν δὲ καὶ πῦρ ἄσβεστον τὰ θεαρχικὰ (49) λόγια καλεῖ, ἱμάσθλας τε πρὸς αὐτοῖς, τιμωρίας φημὶ καὶ κολάσεις καὶ δαίμονας, τιμωρητικὰς οἶμαι δυνάμεις, τῶν ἡμετέρων πράκτορας ψυχῶν, τὰς ἡμῖν μὲν συνεργούσας ἄρτι πρὸς τὴν ἁμαρτίαν, ἐν καιρῷ δὲ κρίσεως τιμωροῦσι μὲν ἐνδίκως, ὡς ἑπακολουθήσαντας αὐτῶν ταῖς ὑποβολαῖς, καὶ αὗται δὲ ἐπὶ τὸ διπλάσιον συντιμωρηθήσονται τοῖς ὑπευθύνοις, ὡς καὶ συμβουλευσάμεναι τὰ τῷ Θεῷ στυγητὰ καὶ συμπραξάμεναι, δι' ὃ καὶ πράκτορες τῶν ἡμετέρων εἴρηνται ψυχῶν. Ταῦτα δὲ, φησὶ, πάντα μῦθος μὲν λεγόμενα, καὶ ὑπόθεσις γέλωτος καθίσταται τοῖς ἀσεβέσι· μόνον δὲ τὸ κατὰ τὸ παρὸν ἡδὺ καὶ ἐράσμιον αὐτοῖς νομισθὲν ἁπλῶς ἀγαπῶντες καὶ περιεχόμενοι, τῆς ἐν ἐλπίσι βασάνου οὐδ' ἠντινοῦν ποιοῦνται ἐπιστροφήν.

Λώϊον ἦν ἁλιτροῖς, κ. τ. ἑ.

Τοῦτο οἶμαι τὸν θεοφόρον ἄνδρα διὰ τοῦδε παραδηλοῦν τοῦ ἔπους, ὡς βέλτιον ἦν ἄρα καὶ λυσιτελὲς τοῖς ἁμαρτωλοῖς μὲν ἀτιμώρητα εἶναι κατὰ τὸν αἰῶνα τὸν μέλλοντα καὶ πεῖραν τῆς ἐκεῖ κολάσεως μὴ λαβεῖν, εἴπερ ἐμὲ κατὰ τὸν παρόντα ταῖς τῆς κακίας τοῦ βίου δυσχερείαις ἀσχάλλειν καὶ ἀνιᾶσθαι· ἢ οὕτως· Συνέφερε τοῖς ἐνόχοις, τῆς ἁμαρτίας ἀφεθεῖσιν, ἀπηλλάχθαι τῆς βασάνου, καὶ ἐμὲ (50) τοῖς τοῦ βίου κακοῖς οὑτωσὶ ταλαιπωρεῖσθαι.

109 *Ἀλλὰ τί μοι βροτέων, τί δέ μοι τόσον ἄλγε' ἀείδειν*, κ. τ. λ.

Παραμυθίαν ταῖς αὐτοῦ συμφοραῖς καὶ τοῖς τοῦ σώματος ἄλγεσιν ὁ ἱερώτατος ἐπινοῶν πρεσβύτης, Ἵνα τί μοι, ἔφη, ἐπὶ τοσοῦτον τὰ τῶν ἀνθρώπων ἐκτραγῳδεῖν ὀδυνηρὰ καὶ τὰς συμπιπτούσας ταλαιπωρίας καταλέγειν;

Πᾶσιν ἔπεστιν ἄχος.

Πᾶσι ζώοις καὶ πᾶσι τοῖς τοῦ κόσμου στοιχείοις λύπη (51) καὶ ἐναντίωσις παρίσταται, οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἀσωμάτοις αὐτοῖς· καὶ αὐτῇ (52) τῇ ὑπερασωμάτῳ Τριάδι τὸ ἀντίξουν καὶ ἀντικείμενον παρομαρτεῖ. Καὶ γὰρ ὕνα τὰς τῶν ζώων καὶ τῶν ἄλλων παρῶ διαφθορὰς, αὐτὴ ἡ γῆ τὸ στοιχεῖον οὐκ ἀτίνακτος οὐδ' ἄσειστος παντελῶς καὶ ἀτρεμής· πνεύματα δὲ κρυφαίως αὐτὴν διαλαμβάνοντα, ὅταν ἄνωθεν λάβῃ τὸ ἐνδόσιμον, ἀνατινάσσουσί τε αὐτὴν καὶ ὡς τῷ ἐπιτρέποντι φίλον ἐντινάσσουσιν· καὶ αἱ ὧραι δὲ τοῦ ἔτους ταχινῶς ἀλλήλαις ὑποχωροῦσαί τε καὶ ὑπαπιοῦσαι, τρόπον τινὰ ὑπ' ἀλλήλων ἀνατρέπονται, χειμῶνος μὲν ὑπὸ θέρους διὰ τοῦ ἔαρος μεσολαβοῦντος λυομένου, θέρους δὲ αὖ διὰ τοῦ μετοπώρου φθινοπώρου ἀφανιζομένου· ὥσπερ γε καὶ ἡμέραν μὲν κατέπαυσε νύξ, νύκτα δ' ἀπώλεσεν ἡ ἕως ἀνίσχουσα· πάλιν· Χειμὼν μὲν ἐπιγενόμενος ζοφοῖ τὸν ἀέρα καὶ σκοτάζει, ἥλιος δὲ λάμψας ἀστέρας ἀμαυροῖ· καὶ ἡλίῳ μὲν νέφος ἐπιπροσθοῦν διακόπτει τὴν αἴγλην (53), σελήνη δὲ φθίνουσα καὶ εἰς παντελῆ obscurum Orci locum et absque lumine fantasmatibus abundare præparat, ignea flumina quorum meminerunt Græci, gehennam et ignem inextinguibilem vocant prophetiæ divinæ, et flagella in ipsis, pœnas dico et animadversiones et dæmones, punientes puto potestates, nostrarum exsecutores animarum, quæ nobiscum cooperatæ sunt recenter ad peccatum, in tempore vero judicii juste quidem puniunt eas quæ per instigationes ipsarum comitatæ sunt; et ipsæ damnatorum duplices dabunt pœnas quæ suaserunt odiosa Deo unaque fecerunt, unde nostrarum animarum exsecutores dictæ sunt. Hæc omnia, inquit, fabula dicuntur et risu digna reponuntur ab impiis; tantum vero quod præsens est dulce et jucundum judicantes fortiter amant et ardent, dum tormenti a spe designati nullam curam habent. « Melius erat sontibus, » et seq. Id virum divinum demonstrasse per hæc carmina puto: Melius erat et magis expediebat peccatoribus impunita esse in vita futura mala nec quidquam de tormentis hisce experiri, licet in præsenti sæculo ærumnis miseriarum vitæ angar et affligar ego. Aut sic: Expedit sontibus qui a peccato soluti sunt, a tormentis immunes transire, me sic in malis vitæ relicto.

109 *Sed quid mihi, quid tantopere necesse est mortalium ærumnas canere?* etc.

Consolationes inter adversa atque dolores corporis meditans sanctissimus sacerdos: Cur, inquit, adeo grandibus tristia hominum condolere verbis et miserias opprimentes repetere? « Omnibus adest afflictio: omnibus animantibus et omnibus quæ in mundo continentur afflictio et oppositio occurrit, et non solum his, sed et item incorporeis entibus. In ipsam etiam incorporea quæque superantem Trinitatem insurgit contrarie incurrens et jacens: si enim animantium aliorumque prætermisero corruptiones, terra ipsa in elementis suis nec inconcussa nec absque ulla agitatione et quiete manet: spiritus ipsam clam invadunt, quando ex alto dona suscepit ipsam agitant et, quasi id permittenti placeat, peragitant. Et velociter se invicem propellentes et prosequentes horæ anni quodam modo inter se invicem subvertuntur, expulso ab æstate hieme mediante vere, æstate rursum per medium autumnum decedente; similiter et diem cessare fecit nox; noctem destruxit aurora surgens; rursum: Hiems superveniens obscurat aera et tenebrat, sol refulgens astra pallescere facit et soli superveniens nubes splendorem ejus frangit; luna decrescens et ad plenum senium inclinans rursus vita crescit sua et sicut recens nata contemplatur lucens; et

(49) Cod. θεάρχια, v. supra not. 20.
(50) Bill. in commentario pro καὶ ἐμὲ scribere vult ἢ ἐμέ, sed etiam supra Nicetas dixit εἴπερ, quod non intelligo.
(51) Cod. λλύπει.
(52) Cod. αὐτή.
(53) Cod. αἰγήν.

ipsum astris scintillans cœlum non totum quantum est unquam contemplari est, semper media parte tantum visibile est, et hemisphærio occultatur ; et visibilia mundi elementa eodem modo mutantur ; et tu, inquit, fascinator draco ipse, invidiæ pater et peccati radix ac fons, et tu, o Satana homicida, inter angelicos choros sicut inter astra lucifer lumine præstans appareus, deinde per tumorem in tenebras versus es, cœlestium tanquam opprobrium, tanquam abominatio habitantium evasisti ; hinc ergo sunt ista de natura creata : inde quid increata ingenitaque Trinitas, secundum essentiam suam incommutabilis et immota ; nunquid ipsa et omnino omnem præclusit oppositionem? Sed propitia mihi, propitia sis, Trinitas sancta aut summe sancta, inquit tuus sanctissimus piusque divina clamans, quæ nec ipsa penitus insipientium hominum evasisti loquacitatem : dicunt enim male tumentes temerarii quidam : In principio erat Pater, deinde magnum genuit Filium, deinde magni Dei Spiritum, quasi in graduum inæqualitate, secundum substantiæ mutationem. Sic diversiter ab hæreticis blasphematur. « Quo stabilies me auferens, » et seq. O pessima loquens lingua, quæ ad nefas et blasphemiam otio uteris, quo me auferens stabis a male dictis? ubi sollicitudo et grandis cogitationum stabit perplexitas ; siste et irrationales compesce impetus, ori tuo pone custodiam et vide quantum essentiæ suæ firmitate super omnia præstet Deus ; et coram ipsius majestate inferiora cuncta reponas, indignam verbo veritatis te agnoscens ; et cave ne ullo modo creaturis Creatorem assimiles, neve suspicaris vane creatum esse hominem : etenim palinodiam cantans et priora carmina, his in sermonibus firmiter persto contendens me minime a Deo in vanum plasmatum. Verbum enim et ratiocinium pusillanimitatis et vilitatis humanæ est. Namque nunc quidem, inquit, ignorantiæ obscuritas et sollicitudinum vitæ nubes diffusa non sinit veritatem et vicissitudinis mutationisque causam lucide considerari : post hæc vero scientiæ sermo sicut lux veritatem desiderantibus exsurgit, cujus lumine, inquit, clare intelliges quam pulchre et sapienter gubernentur universa ab omnium gubernatore et providente. Aut sicut lucem videns Deum, in ipso etiam illustres habens rerum notiones, aut sicut igne isto consumptus et tactus, scies omnia ab ipso fieri et justa et vera et utilia et fidelia. « Dum mihi hæc concinebat spiritus meus, » et seq. Dum talia ratiocinia in supradicto luco isto concinens spiritus meus me prostratum et afflictum mulceret, et corpus sedatum reficeret, ego, inquit, serius post horam ab horto surgens in domum redibam : et interdum ridere me contingebat, si quis aliter quam supra dixi sentiat ; etenim aliter sentiens quivis unicæ et primæ non sequitur ratiocina veritatis, nec in ipsis stabilitatem et securitatem habet. Nunc igitur taliom commiserans cæcitatem

φθίσιν ἰοῦσα, ἀναζῇ πάλιν καὶ ὡς ἀρτιγέννητος βλέπεται φωτιζομένη· αὐτὸς δὲ ὁ ἀστεροφανὴς οὐρανὸς οὐχ ὅλος ὅσος ἐστὶ πώποτε κατῶπται, ἀεὶ δὲ ἡμιφανὴς ὁρᾶται καὶ τῷ ἡμισφαιρίῳ κατακέκρυπται· καὶ τὰ μὲν ὁρώμενα τοῦ κόσμου στοιχεῖα τόνδε τὸν τρόπον μετατρέπεται, καὶ σὺ δὲ, φησὶν, αὐτὸς, ὦ βάσκανε δράκον, ὦ πάτερ φθόνου καὶ ἁμαρτίας ῥίζα καὶ πηγή, καὶ σὺ, ὦ Σατὰν ἀνθρωποκτόνε, ἐν τοῖς ἀγγελικοῖς χοροῖς ὥσπερ ἐν ἀστράσιν ἑωσφόρος δεικνύμενος λαμπρότατος, εἶτα σκότος διὰ τὴν ἔπαρσιν γενόμενος, τῶν οὐρανίων, ὡς αἶσχος, ὡς βδέλυγμα ἐξωλίσθησας οἰκητηρίων. Καὶ τὰ μὲν περὶ τῆς κτιστῆς φύσεως ἐχέτω ταύτῃ· τί δὲ ἡ ἄκτιστος καὶ ἀγέννητος Τριὰς καὶ κατά γε τὴν αὐτῆς φύσιν ἀναλλοίωτος καὶ ἄτρεπτος, ἆρά γε παντάπασι κἂν αὕτη πᾶσαν διεξέφυγεν ἀντιλογίαν; Ἀλλ' ἵλεώς μοι, ἵλεως γένοιο, Τριὰς ἁγία ἡ ὑπεραγία, ὁ ἀγιώτατός σου εὐλαβούμενος ἐπιφθέγγεται ἱερολόγος, ὡς οὐδ' αὐτὴ πάντῃ τῶν ἀφρόνων ἀνθρώπων διέδρασας τὴν γλωσσαλγίαν. Φασὶ γὰρ τολμητίαι κακῶς αὐθαδιζόμενοι· Πρῶτον ἦν ὁ Πατὴρ, εἶτα τὸν μέγαν ἐγέννησεν Υἱὸν, ἔπειτα τὸ τοῦ μεγάλου Θεοῦ Πνεῦμα, ὡς ἐν βαθμῶν ἀνισότητι κατ' οὐσίας ὑπόβασιν τοῖς αἱρεσιώταις ποικίλως βλασφημεῖται.

Ποῖ στήσεις με φέρουσα, κ. τ. ἑξ.

Ὦ γλῶσσα κακοφραδὲς, κακόσχολε καὶ βλάσφημε, ποῦ με φέρουσα στήσεις τῶν δυσφημιῶν; Ὅπου μέριμνα, καὶ βαθὺς νοημάτων ἴλιγγος προσίσταται. Ἵστασο τῆς ἀλογίστου ῥύμης ἐπέχουσα σαυτὴν, τῷ στόματί σου τιθεμένη φυλακὴν καὶ εἴδυια, ὡς ὑπερουσίως τῶν ὄντων ὑπερίδρυται κατὰ φύσιν ὁ Θεός· καὶ δεύτερα πάντα τῆς αὐτοῦ μεγαλειότητος ὑποχώρει, τῷ λόγῳ τῆς ἀληθείας ἠττωμένη, καὶ τοῖς κτίσμασι τὸν Κτίστην παντελῶς μὴ παρεικάζουσα, ἀλλὰ μηδ' ὅτι ματαίως τὸν ἄνθρωπον ἔκτισεν ὑπονοήσῃς· καὶ γὰρ παλινῳδίαν, τὸ δὴ λεγόμενον, ᾄδων ἵσταμαι, τοῖσδε τοῖς λόγοις ἐρεισθεὶς, ὡς ἥκιστά με εἰς κενὸν ἐδημιούργησεν ὁ Θεός· τοῦτο γὰρ ὀλιγοψυχίας καὶ ὀλιγοφροσύνης ἀνθρωπίνης ῥῆμά ἐστι καὶ λογισμός. Νῦν μὲν γὰρ, φησὶ, ζόφος ἀγνοίας καὶ ἀχλὺς τῶν πραγμάτων κατακεχυμένη οὐκ ἐᾷ τὴν ἀλήθειαν καὶ τὴν αἰτίαν τῆς αὐτῶν μεταβολῆς καὶ τροπῆς καθαρῶς καταθρεῖν· μετὰ ταῦτα δὲ λόγος γνώσεως ὡς φῶς τοῖς τῆς ἀληθείας ἐφιεμένοις ἀνατελεῖ, καὶ πάντα, φησὶ, τρανῶς κατανοήσεις, ὡς καλῶς καὶ σοφῶς οἰκονομεῖται τῷ τῶν ἁπάντων προμηθεῖ καὶ προνοητῇ· ἢ ὡς φῶς ὁρῶν τὸν Θεὸν καὶ ἐν αὐτῷ τοὺς λόγους τῶν γινομένων καταφωτιζόμενος, ἢ ὡς πυρὶ τούτῳ δαπτόμενος καὶ κολαζόμενος, εἴσῃ πάντα δι' αὐτοῦ γίνεσθαι καὶ δίκαια καὶ ἀληθινὰ καὶ λυσιτελῆ καὶ πιστά.

Ὡς μοι ταῦτ' ἐπάισε φίλος νόος, κ. τ. ἑξ.

Ὡς τοὺς τοιούτους λογισμοὺς κατὰ τὸ εἰρημένον ἄλσος ἐκεῖνο ἀνακεκλιμένῳ καὶ τρυχωμένῳ ὁ φίλος νοῦς κατεπάδων μοι παρεμυθεῖτο καὶ τὸ τοῦ σώματος ἔπεφε πραῦνθεν, κἀγὼ, φησὶ, τῆς ὥρας ὀψὲ διαναστὰς τοῦ παραδείσου εἰς τὴν οἰκίαν ὑπανῄειν, ἄλλοτε μὲν οὖν γελᾶν μοι τὸν ἄλλως ἢ οὕτως, ὡς προεῖρηται, φρονοῦντα ἐπῄει· καὶ γὰρ ἑτερόφρων ἅπας ὁ

μὴ τοῖς τῆς μιᾶς καὶ πρώτης ἀληθείας στοιχῶν λόγοις, καὶ αὐτοῖς ἀσφαλῶς ἐνιδρυμένος. Ἠὴ μὲν οὖν τῶν τοιούτων ταλανίζων τὴν ἄνοιαν ἐγέλων, πὴ δὲ καὶ τῇ λύπῃ τὴν ψυχὴν ἐπυροπολούμην· οὐ γὰρ κατὰ τὸν Δημόκριτον ἄκρατος ὁ γέλως, ἀλλὰ κατὰ τὸν φιλάνθρωπον Ἰησοῦν καὶ τῆς ὄντως φιλοσοφίας ἀρχηγόν. Οὕτω μοι τοῦ νοῦ τοῖς λογισμοῖς, τῷ γέλωτι καὶ τῇ λύπῃ ἀγαθοπρεπῶς μαχομένῳ καὶ μεριζομένῳ ἐπανῆκον. Ταύτης τῆς φιλοσοφίας καὶ ἡμᾶς διὰ τοῦ Θεολόγου σου, Χριστὲ Ἰησοῦ, καταξιώσας, καὶ τοῖς αὐτοῖς λογισμοῖς καὶ λόγοις καὶ δόγμασιν ἐμπεδώσας καὶ καρτιστάμενος, τῆς σῆς ἀληθείας καὶ θεοσοφίας μετόχους ἀνάδειξον εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν. Περὶ φύσεως ἀνθρωπίνης λόγος ια'.

ridebam, nunc mœrore in anima conficiebar. Non enim Democriti more merus risus, sed juxta hominum amatorem Jesum et veræ philosophiæ magistrum. Sic ab agitato ratiociniis, visu et afflictionibus convenienter tamen atque diviso spiritu ad me redibam. Hac philosophia et nos per theologum tuum, Christe Jesu, dignatus es, et iisdem ratiociniis, sermonibus et dogmatibus colligasti, et veritatis tuæ atque sapientiæ perfecisti participes, nos adhuc recipe in sæcula. Amen.

Ἐξήγησις τῶν ἀπορρήτων τοῦ μεγάλου Γρηγορίου τοῦ Θεολόγου ἐπῶν· Περὶ εὐτελείας τοῦ ἐκτὸς ἀνθρώπου καὶ τῆς τῶν παρόντων ματαιότητος, λόγος ια' (54).

Commentarius Arcanorum magni Gregorii Theologi carminum : de vilitate exterioris hominis et vanitate præsentium, sermo XI.

Περὶ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως διὰ τῶν φθασάντων τὰ εἰκότα φυσιολογήσας ὁ φιλοσοφώτατος, νῦν δὴ τὰς παρεπομένας αὐτῇ ταλαιπωρίας, εὐτελείας τε καὶ δυσπαθείας εὐτελίζων, κἂν τούτοις τῶν ὑψαυχενούντων τὸ φύσημα συστέλλων, οὕτω τὰς οὐδενίας αὐτῶν ἐκτραγῳδεῖ λέγων·

De humana natura per apprime supra dicta postquam studium adhibuit noster eximius philosophus, nunc consectarias miserias, et vilitates et ærumnas parvipendens per hæc superbientium tumorem retundit, nullitatemque ipsorum sic emphatice deplorat, dicens :

1 *Τίς γενόμην; τίς δ' εἰμί*; κ. τ. λ.

1 *Quis natus sum ? quis sum ?* etc.

Ἐννοήσας ὁ διορατικώτατος τὸ ἀείρυτον καὶ εὐμετάπτωτον τῆς ἀνθρωπίνης οὐσίας καὶ εὐρίπιστον, ναὶ δὴ καὶ τὸ ἀκιδνότατον καὶ ἀδρανέστατον αὐτῆς ταλανίζων, ἀποδυσπετεῖ καὶ λέγει· Ὢ τίς ἐγενόμην κατ' ἀρχάς; τίς δὲ νῦν εἰμι; καὶ τί μετὰ [οὐ] πολὺν ἔσομαι χρόνον; ποῦ δὲ καταλήξει καὶ ποῖ στήσεταί σοι τὸ μέγα τοῦτο πλάσμα, ὦ Δέσποτα, εἰ ἄρα καὶ μέγα ἐστίν; Ἐμοὶ γὰρ δοκεῖν, ὁ διδάσκαλός φησιν, ὡς οὐδὲν ὄντες οἱ ἄνθρωποι, μάτην ὠφρυωμένοι ἐπαιρόμεθα, εἴπερ τοῦτο μόνον ἐσμὲν ὅπερ ὁρᾶται τοῖς πολλοῖς, καὶ ἄλλο πλέον οὐδὲν τῆς ῥεούσης ἔχοιμεν καὶ φθειρομένης ζωῆς.

Meditatus perspicacissimus poeta naturam quæ semper transit mobilis et mutationi obnoxia et certe de ipsius vilissima et debilissima sorte gemens, moleste fert et dicit : O me, quis fui in principio ? et quis nunc sum ? et multum post tempus quis ero? Quando vero cessabit et ubi stabit tibi illud magnum opus, Dominator? si tamen magnum est. Meo enim judicio, ait magister, in vanum insolenter elati qui nihil sumus homines inflamur; qui re ipsa illud tantum sumus quod plerique vident et nihil amplius in fluente et ad corruptionem properante vita habemus.

Ἠέρτις μέν, κ. τ. ἑξ.

Vitula quidem, etc.

Διὰ παραδειγμάτων πλειόνων ταλαιπωροτέραν τὴν ζωὴν τῶν ἀνθρώπων τῆς τῶν κτηνῶν καὶ θηρίων καὶ αὐτῶν ἀποδείκνυσι πτηνῶν· λέγει δέ· Ὡς ὁ μόσχος μὲν τὴν γαστέρα τῆς αὐτὸν τεκούσης διεκδὺς, ἄλλεται μὲν εὐθὺς ἐπὶ γῆς, καὶ τὸν γλυκερὸν δὲ τῆς γεννησάσης μαστὸν ἐκμυζᾷ παραυτὰ καὶ ἐκπιέζει, τριέτης δὲ γεγονὼς τὸν ζυγὸν ἀναλαμβάνει, καὶ σκληρὸν ἄχθος καὶ δύσοιστον ἑφελκυσάμενος, ἁμάξης τὸν αὐχένα τὸν μέγαν, τὸν ἐπιβαλλόμενον αὐτῷ λέγω ζυγὸν, τῷ ἰδίῳ αὐτοῦ στιβαρῷ αὐχένι, ἤτοι τραχήλῳ, συνέμιξε καὶ συνέδησεν· καὶ ὁ μὲν οὕτως. Ἐλάφου δὲ μόσχος ποικιλόδερμος, ἡνίκ' ἂν τῆς μητρῴας ἐξολισθήσας διεκπέσῃ γαστρὸς, εὐθὺς παρὰ τῷ τῆς τεκούσης ποδὶ τὸν ἴδιον πόδα παρατίθησι, καὶ ποθεν κυνηγετῶν ὑποφανέντων αὐτίκα κύνας τε ὠμοβόρους καὶ δρόμον ἵππων ὠκύτατον ἅμα μητρὶ διαδιδράσκων ὁ νεογνὸς, ἐν ταῖς λαγύσι τῆς λόχμης κατεκρύβη· ὡσαύτως δὲ καὶ ἄρκτοι, σύες τε ἄγριοι καὶ λέοντες, παρδάλεις καὶ τίγρητες (55), ἀνέμοις τῇ τῶν ποδῶν ταχυτῆτι ἐοικότες, ὁμοῦ τε γεννῶνται καὶ αὐτίκα

Per plura exempla miseriorem vitam hominum quam jumentorum et bellnarum et volucrum ipsorum ostendit. Dicit : Vitulus quidem e matris utero prodiens, protinus super terram salit et delectabilem matris mammam statim sugit et pressat; triennis vero factus, jugum accipit et durum onus et arduum trahens, currus magnum timonem, superpositum dico jugum forti cello suo aut capiti junxit et colligatum habuit : sic iste. Hinnulus autem maculis distinctus cum ex utero matris prodiit, statim juxta genitricis pedem suum constitnit, et jam apparentibus venatoribus, protinus canes feroces et equorum quam maxime pernicium cursum una cum matre vitans, recens natus in saltibus opacis sese occultat. Similiter et ursi, et apri et leones, pantheræ et tigres ventis præ pedum velocitate æquiparabiles, ubi primum nascuntur, vix ferrum viderunt, et statim rigent crines et toto collo jubæ, et subito in eos qui venari volebant, ruunt. Et isti quidem

(54) Carm. XV, p. 88, ed. Colon.; p. 946 ed. Lovanicl. ed. nov. p. 477.

(55) Τίγρητες. Sic codex pro τίγρεις s. τίγριδες, contra usum linguæ et præcepta grammaticorum ; v. *Etymol.* Gudian. 528, 29 et Chœrob. *ad Theodos.* in Bekkeri *Anecd.* p. 1425.

sic ab infantia in robustos venatores irruunt.

19 *Avis primum implumis*, etc.

Sed quid aves? nonne et illi multo faciliorem magisque ærumnis expeditam quam homines sortiti sunt vitam? Namque statim ac ova fregerunt implumes, post tempus non longum alas induunt et multum in altum a mansione aera volitant. Et ipsa flava celebrata apis petram in qua manebat relinquit et in aere inter flores circumvolitat agri, idonea colligit domumque sibi accommodatam parat, et hexagonos alveolos ineffabili sapientia ceris coaptat et coagmentat, suavissimo fructu domum suam implens. Cuncta hæc, inquit, unius est veris opus. Et omnibus animantibus ultro producta sine labore a terra et abundans offertur esca : nec ultra maria lassantur iter facientes escarum gratia bellnæ, sicut homines, nec terram colunt, nec ipsis sunt præfecti a victu, escas transportantes aut servantes, nec pincernæ scyphis merum miscentes : ala qua hic volat avis, aptum, sine labore superabundantem, et idoneum affert cibum. Sed et quoad belluas ipsas, sylvarum recessus et montium latera et dumeta quotidianum paululum laborantibus præbent victum; dicunt et leonem qui magnam feram illico voravit, si quid forte remanserit in posterum, hesternam manducare dedignari; quandoque fit ut reposita ab anteriori die voraciter manducet et avide potum hauriat, ventri sic temperantiam afferens. Imo minus ærumnosa est pro animantibus vita quam pro hominibus, quod ipsis semper ad libitum et in vicino est domus sive rupes sive ramus, et quidem bonæ et sanæ, solidæ et tutæ, pulchræ et jucundæ domus sunt; cum autem forte morbus opprimit, indefleta placide decedunt. Non enim alii circa alios stantes lacrymosis et tristibus carminibus dolent, non cæsariem, sicut mos est hominibus, propter amicorum mortem tondent, et quod exprimi vix potest, sine trepidatione et absque metu e vita decedunt belluæ, nullas judicii aut pœnarum formidantes minas.

41 *Inspice hominum miserum genus*, etc.

Cum, inquit, dicti in irrationalibus animantibus conspiciuntur mores, reliquum considerandum est, et quantis deploranda hominum figura exercitatur malis, ita ut ipse ante conspectum creatoris apparens dicas nihil debilius, nihil miserabilius alere terram quam hominem. Prima ergo vilitatis demonstratio quod in principio coagulatione conceptionis fit, multisque doloribus subjacente parturitur et nutritur a matre; deinde lactatum super brachiis gestans mater circumducit sicut dulci oneri adhærens infanti; mox in strato positus supplodo, vagio doloribus pressus; inde quadrupedum more manibus

(56) Cod. καταλειποῦσα, unde fortasse scribi potest καταλιποῦσα.

τὴν ἔθειραν καὶ τοῦ τραχήλου τὴν λοφιάν, εἴπερ ἰδοτεν σίδηρον, φρίξαντες, κατὰ τῶν θηρεύειν ἐφορμῶσι βεβουλημένων· καὶ οἱ μὲν οὕτω νηπιόθεν ἐπὶ τοὺς ἰσχυροὺς ἐφάλλονται θηρατάς.

19 *Ἄρτι δὲ ἄπτερος ὄρνις*, κ. τ. λ.

Τί δαὶ οἱ ὄρνιθες; ἆρ' οὐ πολλῷ καὶ οὗτοι κουφοτέραν τῶν ἀνθρώπων καὶ ἀμοχθοτέραν εἰλήχασι ζωήν; Οἱ γὰρ ἄρτι τῶν ὠῶν ἐκραγέντες ἄπτεροι, οὐ μετὰ πολὺ πτεροφυοῦντες χρόνον, κατὰ πολὺ τῆς οἰκίας ὑπερθε τὸν ἀέρα διαπέτανται· καὶ αὐτὴ δὲ ἡ ξουθὴ ἐπωνομασμένη μέλισσα, τὸ πετρίδιον, ἐν ᾧ μεμενήκει, καταλείπουσα (56), καὶ ἐν ἤρι τὰ ἄνθη περιπταμένη τοῦ ἀγροῦ καὶ τὰ ἐπιτήδεια συλῶσα, οἶκον ἀντίθετον ἑαυτῇ κατασκευάζει, καὶ τὰς ἐξαγώνους σύριγγας ἐν σοφίᾳ ἀῤῥήτῳ τοῖς κηρίοις συνυφαίνουσα καὶ συμπηγνύουσα, γλυκυτάτου τὸν αὐτῆς δόμον ἐμπίμπλησι (57) καρποῦ· ταῦτα δέ φησι πάντα ἔαρος ἑνὸς ἔργα. Καὶ πᾶσι δὲ ζώοις αὐτομάτη καὶ ἄμοχθος ἀπὸ τῆς γῆς καὶ δαψιλὴς παρίσταται τροφή· καὶ οὐ διαποντίους ἀποδημίας πονοῦσιν οἱ θῆρες τροφῆς χάριν καθάπερ ἄνθρωποι, οὐ γεωργοῦσι τὴν γῆν, οὐ ταμίαι σίτου αὐτοῖς καὶ σιτῶναι καὶ σιταγωγοί, οὐκ οἰνοχόοι κυπέλλοις τὸν οἶνον ἐγκιρνῶσι· καὶ πτερὸν δὲ τὸν ὄρνιν ὧδε κακεῖ περιπετόμενον τὴν ἁρμόδιον ἀπόνως προσεπορίσατο τῷ πτηνῷ βρῶσιν. Ἀλλὰ καὶ τοὺς θῆρας αὐτοὺς αἱ λόχμαι καὶ τὰ τῶν ὀρῶν κοῖλα καὶ λάσια τὴν ἡμερήσιον μικρὰ πονησαμένοις παρέχεται τροφήν. Φασὶ δὲ καὶ λέοντα, τὸν μέγαν θῆρα, ὃν προσφάτως κατεθοινήσατο, εἴ τί ποτε τούτου λείψανον εἰς τὴν ἐξῆς ὑπολειφθείη, ἕωλον ἐμφαγεῖν μὴ καταδέχεσθαι· ἔστι δ' ὅτε καὶ ἑτερήμερον ἐσθίων, βριαρῶς καὶ λάβρως τῷ ποτῷ χρῆται, μέτρα δ' οὖν ὅμως ἐπιβάλλει τῇ γαστρί· τοσοῦτον δὲ τοῖς ἄλλοις ζώοις ἀπονώτερος ὁ βίος τοῦ τῶν ἀνθρώπων πέλει, καθ' ὅσον καὶ οἶκος ἐκείνοις ἀεὶ σχέδιος καὶ αὐτόματος ἢ πέτρα ἢ κλαδέων, καὶ αὐτοὶ ἀτρεμεῖς καὶ ὑγιεῖς, κρατεροὶ καὶ εὐσθενεῖς, περικαλλεῖς καὶ εὐειδεῖς· ὅταν δέ ποτε καὶ νόσος κατακάμψῃ, ἀθρήνητοι ἐξέπνευσαν ἡσυχῇ, οὐδενὸν ἄλλος ἄλλοθεν περιιστάμενοι τούτους πενθίμοις καὶ γοεροῖς μέλεσιν ἀπολοφύρονται, οὐ πλοκάμους, ὡς ἀνθρώποις ἔθος, ἐπὶ τῇ τῶν φίλων ἀποκείρονται τελευτῇ· καὶ τὸ τῶν εἰρημένων μεῖζον ὅτι ἀταρβεῖς ἐντεῦθεν οἱ θῆρες καὶ ἄφοβοι τὴν κατ' αὐτοὺς ὑπεκδύνουσι ζωὴν, οὐδεμίαν κρίσεως ἢ κολάσεως ὑποπτεύοντες ἀπειλήν.

41 *Θρεῖ καὶ μερόπων δειλὸν γένος*, κ. τ. λ.

Ἐπειδή, φησὶ, τὰ εἰρημένα ἐν τοῖς ἀλόγοις ἐθεωρήθη ζώοις ἰδιώματα, σκεπτέον ἐπὶ τούτοις λοιπὸν, καὶ οἵοις ἡ δειλαία τῶν ἀνθρώπων μορφὴ ταλαιπωρεῖται κακοῖς, ὡς ἂν καὶ αὐτὸς κατὰ τὸν ποιητὴν ἀποφηνάμενος εἴποις, ὡς οὐδὲν ἀκιδνότερον ἢ ἀθλιώτερον ἡ γῆ τοῦ ἀνθρώπου τρέφει. Πρώτη μὲν οὖν εὐτελείας ἔνδειξις, τὸ ῥοιᾶς πηγνυμένης, ἤτοι ῥεύσεως, εἶναι γόνον ἐν ἀρχαῖς, μόγῳ δὲ καὶ πολλαῖς κακοπαθείαις γεννᾶσθαι καὶ ἀνατρέφεσθαι τῆς μητρός· εἶτα γαλακτοτροφούμενον ἐπ' ἀγκαλῶν ἡ μήτηρ ὀχοῦσα περιάγει, ὡς γλυκεῖ πόνῳ προσέχουσα τῷ βρέφει· ἔπειτα πρὸς τῷ ἑδάφει τιθέμενος ἐπι-

(57) Ἐμπίμπλησι, sic codex. v. Lobeck, *ad Phryn.* p. 95.

τρίβω τὴν γῆν καὶ κλαυθμυρίζω, τοῖς ἄλγεσι πονούμενος · ἐντεῦθεν τετραπόδων ὁμοιότητι χερσὶ καὶ ποσὶ κατὰ τοῦ ἐδάφους ἐπισύρομαι · πάλιν ἐντεῦθεν ἀρθεὶς, καὶ τρομεροῖς ἴχνεσι βηματίζειν ἐπιχειρῶν, δειλίᾳ τῆς πτώσεως τὰς παλάμας διακλεπτόμενος ἐκτέτακα · μετὰ ταῦτα φωνῆς ἀνάρθρου ψελλίσμασι νοὸς ἀνθρωπίνου ἴχνος ἐπιφαίνεται · μετὰ ταῦτα καὶ λόγος τῷ παιδὶ διαρθρούμενος, οὐκ ἀδακρυτὶ, ὑφ' ἡγεμόσι δὲ τοῖς δάκρυσι κατὰ μικρὸν τῆς πρώτης τε καὶ δευτέρας ἡλικίας παροδευούσης σαφῶς διατρανοῦται.

ac pedibus super solo repto ; rursum inde surgens et tremulo pede gradive tentans, præ casus metu manus protendens pertento. Præterea linguæ titubantis male articulatæ vestigium spiritus humani ostendunt, postea et sermo in puero emendatus non sine lacrymis, ipsis rectoribus lacrymis, transeuntibus teneræ ætatis primis et secundis annis incipit clare manifestari.

Εἰκοσέτης συνάγειρα μέρος, κ. τ. ἑξ.

Μόλις, φησὶν, εἰκοσαέτης γενόμενος, τὴν ἀνδρὶ καθήκουσαν δύναμιν συνήθροισα· καὶ ὥσπερ τις ἀθλητὴς ἐν θεάτρῳ τῷ βίῳ καταστὰς, πολλοῖς ὅτι μάλιστα πόνοις καὶ κόποις κατὰ πρόσωπον ἀντιβολοῦσι συνεκύρησα. Ἄλλο μὲν οὖν σε τῶν λυπούντων κατὰ τὸ νῦν ὀλίβον ἐπιτίθεται, ἄλλο δ' ἀπῆλθε τῷ χρόνῳ συμπαρῳχηκὸς, ἄλλοις δὲ, ὦ ψυχὴ, εὖ ἴσθι, τὸν βίον περῶσα συναντήσεις ἐς τὸ ἐπιὸν μοχθηροῖς· καὶ γὰρ βίον περᾷς ὥσπερ τινὰ ὀλκὸν ποταμοῦ ἀνάῤῥουν αὐτὸν ἐκθιαζόμενος, ἔμπαλιν ἢ αὐτὸς βούλει σε συνέλκοντα, ἢ ὡς τι ῥεῦμα θαλάσσης βίαιον, ὥδε κακεῖ περιέλκον καὶ περισπῶν, ὃ δὴ πυκναῖς πνευμάτων ἐμπτώσεσι ἀναβράττεται καὶ ῥιπίζεται. Πολλὰ μὲν οὖν, φησὶν ὁ διδάσκαλος, ταῖς ἑαυτῶν ἀνοίαις καὶ ἀφροσύναις ἐπόμενοι πειραζόμεθα · ὅτα δηλαδὴ ταῖς ἀνοήτοις ἐπιθυμίαις καὶ βλαβεραῖς ὑπηρετούμενοι ἐκτρυχόμεθα · πλεῖστα δ' ὅσα καὶ ὁ τῆς ἡμετέρας πρὸς Θεὸν νεύσεως καὶ τῆς κατὰ Χριστὸν ζωῆς Ἀντικείμενος ἐκ φθόνου καὶ βασκανίας ἐπινοεῖ δυσχερῆ.

Vicesimum attingens annum fortitudinem collegi, etc.

Vix, inquit, viginti annos natus, fortitudinem viro convenientem assecutus sum, et sicut athleta quidam in vitæ theatro apparens multis et quam maximis laboribus et ærumnis obviam irruentibus occurri. Aliud quidem dolore te in præsenti conterens apponitur, aliud vero una cum tempore simul fugit, aliis adhuc, o anima, certe id scias, per vitam transiens in futurum duris obvia eris ; namque per vitam transis quasi per amnis cursum te vi magna abripientis. Et rursum vel ipse te trahenti assentis, vel sicut fluctus quidam maris coactus, sic abripiens et avellens qui iterum atque iterum ventorum flatibus turbatur et tumidus fit. Multum ergo, inquit magister, nostris profanis cogitationibus et deliramentis insequentibus tentamur : quam multis profecto insanis et nocivis desideriis consumimur, tantum et plus nostri erga Deum obsequii atque vitæ secundum Christum Adversarius præ invidia suggestionibus dolosis difficilia suscitat.

59 *Εἰ γάρ κεν ὅσα τερπνὰ καὶ ἁπάσσα λυγρὰ* [*βίοιο*

60 *Ἀντιταλαντεύοις*, κ. τ. λ.

59 *Etenim si omnia bona omniaque vitæ mala*

60 *Appenderis*, etc.

Εἴπερ δὴ οὖν, φησὶν ὁ τῆς ἀληθείας καθηγητὴς, τὰ χρηστὰ τοῦ βίου τοῦδε τοῖς λυπηροῖς ἀντιταλαντεύοις σταθμώμενος ὡς ἐν ζυγῷ, κατὰ πολὺ ἂν ἡ τῶν κακῶν πλάστιγξ βαρυνθεῖσα κατενεχθείη ἐπὶ γῆν, ἡ δὲ τῶν ἀγαθῶν καὶ τερπνῶν ἐφ' ὕψος κουφισθείη πρὸς οὐρανόν· οὕτως, εἰπὼν, κατ' εἶδος ἀριθμεῖται πρῶτον τὰ λυπηρὰ, ὅῆρις καὶ μάχαι τοῖς τὸν τρόπον πολεμικοῖς, πόντος καὶ κίνδυνοι τοῖς ναυτιλλομένοις, ἄρουρα καὶ κόπωσις τοῖς γεωργοῖς, τοῖς ἐμπορευομένοις καὶ πλουτεῖν ἐθέλουσιν ἐπίβουλοι ἄνδρες παρέπονται καὶ λῃστρικοί · καὶ τοῖς εὐρυόδαις μὲν καὶ πολυκτησίαις χαίρουσι δασμογράφοι καὶ ἐξισωταὶ, καὶ τῶν φόρων πράκτορες ἀπαραίτητοι παρίστανται. Τοῖς πολιτευομένοις δὲ καὶ περὶ βίβλους καὶ λόγους σχολάζουσι ῥήτορες ἔστιν ὅτε δεινοὶ καὶ συκοφάνται καὶ κριτὴς ἄδικος καὶ ἄρχων τὰς ψήφους οὐκ εὐθείας διατιθείς. Καὶ ταῦτα μὲν τὰ ἐπώδυνα τοῦ ἐλεεινοῦ βίου παίγνια, τῶν ματαίων ἀνθρώπων κατορχούμενα τῆς ζωῆς. Σκοπεῖν δὴ οὖν ἄξιον καὶ ὁποῖά ἐστι τὰ τερπνὰ, κόρος καὶ γαστρὸς πλησμονή · καὶ τοῦτο βαρύ τε καὶ ἐπαχθές · ᾆσμα καὶ γέλωτες · ἄλλο παίγνιον · λαμπραὶ τύμβων κατασκευαί · αὐταὶ δὲ πλήρεις ὀδωδότων ὁρῶνται νεκρῶν · ἔδνα περισπούδαστα καὶ προγαμιαῖαι δωρεαὶ, καὶ προλὶς, καὶ γάμος, καὶ δεύτερος πολλάκις τοῦ πρώτου διακοπέντος τῷ

Si ergo, inquit orator juxta veritatem, commoda vitæ hujus calamitosis æquiparaveris quasi in bilance, malorum lanicula premente pondere ferretur ad terram, bonorum vero et jucundorum lanicula in altum alleviata ad cœlum attolletur. Sic dicens per species supputat primo calamitosa ; rixæ et prœlia pro bellatoribus ex ipsorum conditione, mare et pericula pro navigantibus, aratio et fatigatio pro agricolis, pro negotiatoribus et iis qui divites volunt fieri sunt insidiantes viri et latrones ; et arroganter loquentibus et possessionibus multis gaudentibus circumcurrunt exactores et vectigalia imperantes et tributorum censum imponentes quos nullo modo flexeris. Subnectit et ut qui libris et eloquentiæ studia adhibent doctores contingit ut sint formidandi et calumniatores, sunt et judex injustus et princeps causas non recte pronuntians. Et ista quidem ærumnosa miserandæ vitæ crepundia, quibus stulti homines in ævo distinentur. Considerare etiam dignum est quæ sint jucunda, saturitas et ventris expletio ; grave quoque id est atque toleratu difficile ; cantus et risus alia crepundia ; splendidæ sepulcrorum structuræ, et ipsæ redundantes videntur mortuorum putoribus : munuscula amatoriis studiis oblata, donaque nup-

tias aucupantia, et dos et matrimonium, et primis morte abolitis secundæ nuptiæ, ipsas sequuntur adulteria et adulterarum venatores; infantes, sollicitudo inquieta pro patribus, namque sollicitudine semper urgentur parentes et anxietate ne quid mali natis occurrat; et venustas amata quidem sed infida : semper enim habenti anxietas est. Dedecus vero nec in suspicione, nec in timore, odiosum illud, et pro egregia prole anxiæ cogitationes, semper enim sollicitudo cruciabit patres quomodo filii bene victuri sint, augor autem et dolor ob deditam malo prolem insequetur. Et rursum, divitiæ et paupertas quæ duplex generant malum: divitiæ contumelia male utenti, paupertas, tribulatio et jugis labor. Ista omnia humana, inquit, similia pilæ quam pueriles manus vicissim alii ad alios dant et jaciunt torquentes et projicientes.

75 *Hæc igitur inspiciens mente discrucior, si quis optimum*

76 *Existimat quod plus habet bon quam mali.*

Hæc omnia, inquit admirabilis Theologus, mente alta recogitans, et quod multo plura tristia in hominibus quam amœna, quia quæ jucundissima videntur plus ærumnæ quam eorum quæ vane bonum nuncupantur habent : hæc videns mente consumor super his qui optima credunt ea quibus bona malum et jucunda dolendum superant. Tu ergo quisquis sis, arguit tibi Gregorius, non ploras audiens quot in veteres inciderunt mala? Nescio enim, inquit, utrum plorabis an ridebis audiens quæ et agere placuit antiquis duobus viris philosophis et doctis quorum alter semper lugebat, Heraclitus nempe, alter, Democritus, indesinenter ridebat, quippe qui lacrymis sane et risibus digna æstimabant quæ plerique studiis insectantur. Quomodo enim digna lamentationibus aut risibus non gemuissent aut æstimavissent? hic Achivi et Troes alii in alios prœliantes atque multo tempore invicem sese interneeantes unius Helenæ meretricis gratia. Curetes et Ætoli pro capite et setis suillis pugnantes et sese invicem occidentes; illic magnum Æacidum decus, nempe Ajacis et Achillis, sed et famosi isti quorum alter in medio hostium furente sua se manu occidit, alter in luxuriam se ingurgitans periit; quid et illustris Amphitryonis filius, Hercules omnium domitor, viribus belluas hominesque superans? Et ipse, ut aiunt, venenatam tunicam cum induisset, domitus est introrsum crematus. Et quid hi, Cyrus et Crœsus reges, inquam, Persarum et Lydorum? Non hi solum, sed etiam isti quotquot heri et nudius tertius Romanorum et nostri reges, quis odibile fatum vitavit?

(58) Cod. ἀνύπτοπτον.

(59) Ἀχιλέως: Sic codex uno lambda. V. Zonaram. Lex. Gudianum et Eustath. ad Hom. *Iliad.* A, 15. 15 ed. Lips.

(60) Bill. verba μαχλοσύνῃ ἑαλωκώς interpretatur : *in adulterio deprehensus*, atque Agamemnonem intelligit; sed egregie fallitur, nam et μαχλοσυνη, de quo vocabulo v. Suidas, tantum propensionem ad Venerem significat, neque Agamemnon

Θανάτῳ. Τούτοις ἔπονται μοιχεῖαι καὶ μοιχῶν θηρατοί. Παῖδες ὕποπτον ἄχος τοῖς πατράσιν· καὶ γὰρ ὑποπτεύουσιν ἀεὶ οἱ τεκόντες καὶ ἀγωνιῶσι, μή τι τοῖς τέκνοις συναντήσοι πονηρόν· καὶ τὸ κάλλος μὲν φιλητόν, ἄπιστον δέ· ἀεὶ γὰρ ὑποπτεύεται τῷ ἔχοντι· τὸ αἶσχος δὲ [τὸ] ἀνύποπτον (58) μὲν καὶ ἄφοβον, μισητὸν δέ· καὶ τῇ εὐτεκνίᾳ μὲν φροντίδες ἀεὶ καὶ διαπονήσεις τοῖς τοκεῦσι, πῶς ἂν οἱ παῖδες εὖ διαβιώσκοιεν· ἄλγη δὲ καὶ ὀδύναι τῇ δυστεκνίᾳ παρακολουθοῦσι. Πλοῦτος δὲ αὖ καὶ πενία δισσὸν πέφυκε κακόν· πλοῦτος μὲν ὕβρις τῷ κακῶς χρωμένῳ, πενία θλῖψις καὶ διηνεκὴς πόνος. Ταῦτα δὲ καὶ πάντα τὰ ἀνθρώπινα ἔοικε, φησὶ, σφαῖρα νεωτέρων χερσὶν ἀμοιβαδὸν ἐξ ἄλλων εἰς ἄλλους ἀνταποπεμπομένη καὶ μεταπίπτουσα.

75 *Ταῦτ' οὖν εἰσορῶν φρένα δάπτομαι, εἴ τις ἄριστον*

76 *Οἴεται, ᾧ τὸ κακὸν πλεῖον ἀρειοτέρου.*

Ταῦτα πάντα, ὁ θεσπέσιός φησι Θεολόγος, ἀναθεωρῶν τῇ διανοίᾳ, καὶ ὡς πολλῷ πλείω τὰ ἀνιαρὰ ἐν ἀνθρώποις ἢ τὰ τερπνὰ, ὅτι καὶ αὐτὰ τὰ ἥδιστα δοκοῦντα πλέον τοῦ νομιζομένου καλοῦ τὸ λυποῦν ἔχει, καὶ ταῦτα βλέπων ἐκτήκομαι τὰς φρένας ἐπὶ τοὺς οἰομένους ἄριστα εἶναι, οἷς ὑπερβάλλει τὸ κακὸν τοῦ ἀγαθοῦ καὶ τὸ λυπηρὸν τοῦ τερπνοῦ. Σὺ οὖν, ᾧ οὗτος, διακατελέγχεταί σοι ὁ Γρηγόριος, οὐ δακρύεις ἀκούων οἷα καὶ τοῖς πάλαι συνέπιπτεν ἀλγηρά; Καὶ γὰρ οὐκ οἶδα, φησὶν, εἴτε δακρύσεις εἴτε καὶ γελάσεις ἀκούων, ἃ καὶ τοῖς πρότερον ποιεῖν ἤρεσεν ἄμφω ἀνδράσι φιλοσόφοις καὶ συνετοῖς, ὥστε τὸν μὲν ἀεὶ κλαίειν, τὸν Ἡράκλειτον, ἀεὶ δὲ τὸν Δημόκριτον γελᾷν, κλαυθμοῦ τε τῷ ὄντι καὶ γέλωτος ἄξια τὰ τοῖς πολλοῖς περισπούδαστα λογιζομένους. Καὶ πῶς γὰρ οὐκ ἄξια θρήνων καὶ γέλωτος ἔπασχον καὶ ἔδρων; Ἀχαιοὶ μὲν καὶ Τρῶες ἀλλήλοις ἐφορμῶντες, καὶ ἐπὶ πλείους χρόνους εἵνεκεν πόρνης μιᾶς τῆς Ἑλένης ἀλληλοκτονοῦντες· Κουρῆτές τε καὶ Αἰτωλοὶ περὶ κεφαλῇ καὶ θριξὶ χοιρείαις ἐκμεμαχωμένοι καὶ ὑπ' ἀλλήλων ἀναιρούμενοι· μέγα δὲ κῦδος τῶν Αἰακιδῶν, Αἴαντός φημι καὶ Ἀχιλέως (59), ἀλλὰ καὶ οἱ περιβόητοι οὗτοι, ὁ μὲν ἐν μέσῳ τῶν δυσμενῶν μαινομένῃ τῇ αὐτοῦ ἀνηρεῖτο χειρὶ, ὁ δὲ μαχλοσύνῃ διεφθάρη ἐαλωκώς (60). Τί δὲ ὁ περίφημος τοῦ Ἀμφιτρύωνος παῖς, Ἡρακλῆς ὁ παντολέτης, καὶ θηρῶν καὶ ἀνθρώπων κατευμεγεθῶν; Καὶτὸς, ὥς φασιν, ἱμάτιον πεφαρμακευμένον περιβαλλόμενος ἐν αὐτῷ ἐδαμάσθη καταφλεγείς· τί δαὶ οἱ Κῦροι καὶ Κροῖσοι, ἄνακτες, φημὶ, Περσῶν καὶ Λυδῶν; οὐ μὴν ἀλλὰ δὲ καὶ αὐτοὶ ὅσοι χθιζοί τε καὶ πρώϊζοι Ῥωμαίων τε καὶ ἡμῶν βασιλεῖς, τίς τὸν στυγητὸν ὑπεξέφυγεν

dici potest in adulterio deprehensus, neque Gregorius memoria lapsus est, ut ait Billius, sed illam fabulam sequitur de morte Achillis, quam ipse Billius nosse debebat ex Nonni monachi collectione et expositione historiarum, quarum meminit Gregorius in priore invectiva adversus Julianum Apostatam; v. edit. Leuvene. p. 807. Cfr. de hac fabula etiam Servius ad Virg. *Æn.* VI, 57.

μόρων; Ἀλλὰ καὶ σὲ, φησὶν, ὦ Ἀλέξανδρε, δράκοντος ὢς κομπάζεις υἱὸς εἶναι, τῷ ἀκατάσχετος εἶναι τὴν ὀλκὴν καὶ ἀνυπόστατος, καὶ σὲ μετὰ τὸ πᾶσαν σχεδὸν τὴν γῆν ἐπελθεῖν, οἶνος ἀμέτρως ἐναπέπνιξε ποθεινός. Τί δὲ πλέον ἐν νεκροῖς βασιλεῦσιν ἢ πένησι; μία πᾶσι κόνις, ἴσος πᾶσι καὶ ὅμοιος ὁ σκελετὸς, ὁστᾶ γυμνὰ μόνον αὐτῷ τε τῷ ἥρωϊ Ἀτρείδῃ καὶ Ἴρῳ τῷ ἀλητοδόρῳ καὶ ἐπαιτήσει ἄρτου διαζῶντι. Αὐτός τε, φησὶν, ὁ μέγας Κωνσταντῖνος καὶ Θεράπων οἰκέτης ἐμὸς, ὅστις τε ἄνολβος καὶ ὅστις πολύολβος καὶ βαρυκτήμων, οὐδὲν ἄλλο θανόντες ἔχουσι πλέον ἢ τὸν τάφον.

97 *Καὶ τὰ μὲν ἐνθάδε τοῖα, τὰ δ' ἄλλοθι τίς κεν ἐνίσποι*, κ. τ. λ.

Ὅσα μὲν τῆς ἐν κόσμῳ ζωῆς μετὰ σώματος ὀδυνηρὰ καὶ τερπνὰ, τοιαῦτα, ὁλοσχερῶς εἰπεῖν, καὶ οὕτως ἔχοντα· τίς δ' ἂν ἐκλαλήσαι, φησὶ, τὰ ἄλλοθι τοῖς ἀδίκοις ἀπειλούμενα, ἃ ἡ ἐσχάτη ἡμέρα ἀποκαλυπτομένη ἐπιδείξει; Πῦρ γὰρ ἐκεῖ βρύμεον, ἤγουν φοβερὸν, καὶ γέεννα ἠπείληται καὶ σκότος ἐξώτερον τοῖς μακρυνομένοις καὶ πόρρω πίπτουσι τοῦ φωτός· ἐκεῖ καὶ σκώληξ ἀκοίμητος, τῆς ἡμετέρας κακίας ὑπόμνησις καὶ τοῦ συνειδότος ἡ νύξις καὶ κατάγνωσις.

Ἀώϊον, εἰ βιότοιο, κ. τ. ἑξ.

Βέλτιον ἦν σοι καὶ λυσιτελοῦν μᾶλλον, ὦ τῆς κολάσεως ἐκείνης ὑπόδικε, εἰ μὴ τὰς εἰς τὸν βίον φερούσας ἐπέρασας ὁδούς. Καλόν σοι μὴ γεννηθῆναι τὴν ἀρχὴν ἢ γεννηθέντι καὶ πεπερακότι τὸν βίον ὁμοίως θηρσὶν ἢ κτήνεσι λυθῆναι καὶ θανεῖν, ἢ ἵνα κἂν τῷ βίῳ τῷδε τοσούτοις κακοῖς ταλαιπωρῇ καὶ ὕστερον πάλιν πολλῷ τῶν ἐνταῦθα χείρονα προσδέχῃ, καθ' ὅσον τὰ μὲν τέλος ἔχειν προσδοκᾶται, τὰ δ' ἀτελεύτητον ἐπάγειν τοῖς κολαζομένοις ποινήν. Ποῦ μοι, πάλιν φησὶν ὁ Θεόλημπτος, ἡ μεγάλη τοῦ πρωτοπλάστου δόξα, ὅτι χειρὶ Θεοῦ καὶ κατὰ τὴν αὐτοῦ εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν ἐπλάσθη, καὶ αὕτη μιᾷ γεύσει ξύλου ἀπειρημένῃ ἀπολώλει; ποῦ δὲ τοῦ Σαλομὼν ἡ σοφία καὶ τὸ κῦδος τῆς φρονήσεως; δεδάμασται δὲ καὶ οὗτος καὶ ἠτίμωται γυναιξίν. Ποῦ δὲ Ἰούδας ὁ τὸν δωδεκάριθμόν (61) ποτε τῶν ἀποστόλων χορὸν συμπληρῶν; ἀλλὰ καὶ αὐτὸς βραχέος ἔκατι κέρδους αἰώνιον σκότον ἀντηλλάξατο.

109 *Χριστὲ ἄναξ*, κ. τ. ἑ.

Δέομαί σου, φησὶν ὁ Θεόπνευστος, ὦ μακάριε Χριστὲ καὶ παμβασιλεῦ, αὐτίκα νῦν ἀναστήσας ἢ μεταστήσας με τῶν τοῦ βίου συμφορῶν, τῷ σῷ δούλῳ τὴν ἴασιν παράσχου· καὶ γὰρ τοῦτο μόνον καλὸν τῷ ὄντι καὶ βέβαιον ἀνθρώποις ὑπάρχει παρὰ σοῦ, αἱ τῆς οὐρανίας ἐλπίδες βασιλείας, ἐν αἷς κἀμὲ μικρόν τε ἀναπνέοντα ζῆσον, τὸ ἐλπιζόμενον παράσχων. Τῶν ἄλλων δὲ τοῦ βίου ποθεινῶν καὶ ἐραστῶν, ὧν πολὺς ὁ κόρος, πολλὴ ἡ πλημμύρα καὶ ἡ πλησμονὴ, ὅσα ἐπὶ γῆς ἐν ἀνθρώποις περισύρεται καὶ ποθεῖται καὶ ζητεῖται ἄλλοτε εἰς ἄλλους μεταριπτούμενα καὶ μεταπίπτοντα, πάντα καταλιπεῖν ἐθέλω, πάντα ἀφῆσειν εὔχομαι, οἷον τὴν καλουμένην ἐπὶ γῆς πατρίδα, καὶ αὐτὴν τὴν ἀλλοδαπὴν καὶ ξένην, τούς τε περιμαχήτους

Sed etiam te, ait, o Alexander, qui te effercbas draconis filium, quasi invictus et indomabilis fortitudine habendus esses; te quoque pene omni peragrata terra, vinum immoderanter domavit potatum! Et quid amplius est mortuis regibus quam pauperibus? Una omnibus pulvis, simile omnibus et æquale cadaver, ossa nuda tantum herois Atridæ et Iri victu parci et mendicato viventis pane. Ipse, inquit, Magnus Constantinus et qui mihi ministrat servus, et quicunque egenus sive opulentus et magnas possessiones habens, omnes morientes nihil aliud, nihil amplius habent nisi sepulcrum.

97 *Et quidem res in hac vita tales; quales vero in altera quis dixerit?*

Quam multa quidem in hoc mundo dum in corpore vivimus dolorosa sunt et amœna, tam multa absolute dicta sunt sic se habentia: quis vero, inquit, narrabit quæ injustis in altero impendent, quæ ultima dies revelabit? Nam ibi ignis devorans terribilis vehementer, et gehenna impendet et tenebræ exteriores pro his qui elongantur et longe a lumine cadunt; ibi et qui non dormit vermis, nostræ malitiæ recordatio et conscientiæ aculeus et accusans morsus.

Melius erat si vitæ, etc.

Melius fuisset tibi et magni expedivisset, o qui hac animadversione dignus es, si vias quæ ad vitam ducunt non ingressus esses. Bonum tibi si natus non fuisses in initio, aut natum et vitam ingressum sicut belluas et jumenta mori et putrescere, quam ut hoc in ævo tot et tantis malis opprimaris, et novissime multo pejoribus adhuc patiendis subjaceas, quoad finem hæc habitura sperantur, illa vero pœnam damnatis æternam sunt adducturæ. Quo mihi, inquit divinus interpres, magna primi parentis gloria, qui manu Dei et ad ejus imaginem et similitudinem plasmatus est, quæ gloria unica e ligno gustatione corrupta periit? Quo Salomonis sapientia et prudentiæ decus? Domitus est et ipse contemptibilisque factus per mulieres. Quo Judas qui duodenarium Apostolorum numerum complebat? Sed et ipse parvi lucri causa æternas obtinuit tenebras.

109 *Christe rex*, etc.

Obsecro te, ait inspiratus a Deo, o beate Christe, rex omnium, propera nunc erigens aut allevians me e vitæ calamitatibus; servo tuo medelam affer; namque illud tantum revera bonum et firmum a te in hominibus restat, spes regni cœlestis ad quod paululum aspirantem me vivere fac, sperata concedens. Quoad alia vero vitæ desiderabilia et amabilia, de quibus satietas multa, multa superfluitas et exuberantia, quotquot super terra circa homines volutantur, et desiderio quæsituique sunt, alio in alios jactata et incidentia, cuncta relinquere volo, cuncta prætermittere precor, nempe illam quam in terra patriam vocamus, et ipsam hospitalem et alienam plagam, et thronos circa quos pu-

(61) Δωδεκάριθμος finxit Nonnus Paraphr. c. 15, 125. ἀλλ' ὅτε νόῳ δυωδεκάριθμος Ἰούδας, et 2, 67.

gratia opus est, et gloriationem e solio procedentem, cum elatione et decore quæ ex eorum ambitione fluit, similiter et eos qui proximi sunt ex genere, et qui alieno, et qui pii æstimantur et impii, simplices et eos qui spiritu sinceri sunt et candidi, et tectos malaque dolose agentes; omnium, precor, inveniar superior, et illorum qui sine invidia bonum oculum in nos intendunt, et istorum qui invidia tabescunt, malitia ipsismet ad mortem usque nociva, intus adversum nos sentientes.

Aliis amœna vitæ, etc.

Aliis sint amœnissima mundi magnipendentibus quæ duleia sunt carni; ego vero fortiter hæc rejiciam tanquam animæ vincula. Hei mihi! Longæ vitæ diuturnis doloribus afflictus usquequo, inquit, in alimentis ventris et in limo delectabor? usquequo recipiam et ejiciam? namque quod sumitur ad vitam hominum bonum, oblectatio duplex est, primum in sumendo, deinde in rejiciendo, repleri alimentis, deinde expurgari, ita ut cellaria fructuum complere et evacuare oblectatio sit duplex, de die in diem mutata et vicissim transiens. Paululum, inquit, tanquam in transitu titillatum guttur, sicut vehiculo vel aquæductu, ventri cuncta et latrinis mittit. Postea perpendit et verum et congrui temporis vicissitudines et varietates: hiems frigus affert, æstas vero calorem spargit, ver hiemis vices supplet, et æstatis autumnus, sicut diebus noctes et noctibus iterum dies succedunt, duplicibus præsentis vitæ figuris vicissim immutatis et substitutis. Cur hæc dicu? Cœlum idem, terra, mare, et nihil novum et nihil recens, mihi, dicit Ecclesiastes, sub sole, nec quæcunque coagulata sunt et stant immutabilia sicut terra et quæ in ea sunt, nec quæcunque in orbem moventur, sicut cœlum et hoc quod continet, in circulum jugiter acta.

10 *Horum tædium; aliam mihi vitam*, etc.

Horum, inquit, sufficiens fuerit huiusque usus, transitoria videre me tædet, satis corruptibili mundo fruitus sum: aliam mihi vitam, alium mundum, o Christe, tribue, propter quam vitam laboro et patior fortiter cuncta ferens ærumnosa, cuncta duræ vitæ adversa suffero, ad incorruptibilem et solutionis immunem tendens. Utinam mihi et mori contigisset cum maternis visceribus ligabar! Nam statim natum, quemadmodum tenebræ et tribulatio, ita lacrymæ comitabantur.

135 *Quæ vita?* etc.

Quæ vita? quid in ipsa, inquit, desiderabile est et amabile? Nonne quasi e sepulcro, e maternis visceribus exiens, ad alterum sepulcrum vado, ad mortem? E secundo autem illo nonne in ignem iterum sepeliar immisericorditer pœnas impietatis præsentis ævi daturus? Et quantum vivere in voluptate mihi placet, tantum illic frui non fluminis torrente quam rapidissime fugientis omnino æquum

(62) Cod. ὀπῶρα.

θρόνους καὶ τὸ ἀπόθρονον εὔχος, ἤτοι τὸ ἐπὶ τῇ αὐτῶν παραιτήσει καύχημα καὶ κλέος, ὁμοίως καὶ τοὺς ἐγγὺς κατὰ γένος καὶ ἀλλογενεῖς, καὶ τοὺς εὐσεβεῖς φημιζομένους καὶ ἀσεβεῖς, τούς τε ἁπλοῦς καὶ εὐθεῖς τὸν νοῦν καὶ φανεροὺς, τούς τε κρυπτοὺς καὶ δολίως κακουργοῦντας· πάντων ὑπέρτερος εὔχομαι γενέσθαι, τῶν τ' ἀβάσκανον ὄμμα καὶ ἐπιεικὲς ἡμῖν ἐπερειδόντων, τῶν τε φθονερᾷ καὶ αὐτοφόνῳ κακίᾳ ἐκτηκομένων ἔνδον τῇ διανοίᾳ καθ' ἡμῶν.

Ἄλλοις τερπνὰ βίοιο, κ. τ. ἑξ.

Ἄλλοις ἔστω τὰ ἥδιστα τοῦ κόσμου τοῖς πολλοῦ τιμωμένοις τῆς σαρκὸς τὴν ἡδονὴν, ἐγὼ δὲ ταύτην προθύμως ὡς δεσμὸν ἀποφεύξομαι ψυχῆς. Οἴμοι τοῦ μακροῦ βίου! μακροῖς ἄλγεσι πονούμενος μέχρι τίνος, φησὶ, τοῖς τε βρώμασι τῆς γαστρὸς καὶ ταῖς κόπροις ἐμφιλοχωρήσω; μέχρι τίνος δέξομαι καὶ ἀποβλήσομαι; Καὶ γὰρ τὸ δοκοῦν ἅπαν τῇ ζωῇ τῶν ἀνθρώπων ὑπάρχειν ἀγαθὸν δίστομος χάρις ἐστὶ, λαβεῖν πρῶτον, εἶτα βῖψαι, πληρωθῆναι βρώσεως, εἶτα κενωθῆναι, ὥσπερ καὶ τὰ ταμεῖα τῶν καρπῶν πληροῦν καὶ κενοῦν δίστομός ἐστι χάρις, ἡμέραν ἐφ' ἡμέρας ἐν μέτρῳ ὑπαλλαττομένη καὶ ὑπαπιοῦσα. Μικρὰ μὲν, φησὶν, ὡς ἐν παρόδῳ τερφθεὶς ὁ λαιμὸς, ὡς ἐν ἁμάρᾳ καὶ ἀγωγῷ τῇ γαστρὶ πάντα καὶ τῷ ἀφεδρῶνι παραπέμπει· σκόπει δὲ πρὸς τούτοις καὶ τὸ τῶν στοιχείων καὶ τῶν καιρῶν ἀλλοιωτὸν καὶ τρεπτόν· χειμὼν μὲν καταψύχει, θέρος δὲ αὖθις ἀναφλέγει, ἔαρ μὲν ἀμείβει τὸν χειμῶνα, ὁπώρα (62) δὲ τὸ θέρος, ὥσπερ τὰς ἡμέρας μὲν αἱ νύκτες, τὰς νύκτας δὲ αὖ αἱ ἡμέραι, τὰ δισσὰ τοῦ παρόντος βίου φάσματα διαμείβουσι καὶ ὑπαλλάττουσι. Τί ταῦτά φημι; Οὐρανὸς ὁ αὐτὸς, γῆ, θάλασσα, καὶ οὐδὲν νεώτερον καὶ οὐδὲν καινὸν ἔμοιγε, φησὶν ὁ Ἐκκλησιαστὴς, ὑπὸ τὸν ἥλιον, οὔθ' ὅσα πηκτὰ πέλει καὶ βέβηκεν ἀκίνητα ὥσπερ γῆ καὶ τὰ περὶ αὐτὴν, οὔθ' ὅσα περιτρέπεται, ὥσπερ οὐρανὸς καὶ τὰ ἐν αὐτῷ ἀεννάως καὶ κυκλικῶς περιδινούμενα.

10 *Τῶν κόρος* (63)· *ἄλλον ἔμοιγε βίον*, κ. τ. λ.

Τούτων, φησὶν, ἄλις ἔμοιγε τῶν ἀπολαύσεων, κεκόρεσμαι τῶν τερπομένων τῆς ὁράσεως, ἀποχρώντως τοῦ φθαρτοῦ κόσμου κατετρύφησα· ἄλλον ἐμοὶ βίον καὶ κόσμον, ὦ Χριστὲ, δίδου, δι' ὃν πονῶν καὶ κοπαθῶν προθύμως πάντα φέρω τὰ ἀλγεινὰ, πάσας ἀνατλῶ συμφορὰς σκληροῦ βίου, πρὸς τὸν ἄφθαρτον καὶ ἄλυπον ἀφορῶν· αἴθε γάρ μοι καὶ θανεῖν ἐξεγένετο, ἡνίκα μητρῴοις ἐνεδέσμεις σπλάγχνοις· καὶ γὰρ εὐθὺς γεννηθέντι ὥσπερ σκοτία καὶ θλῖψις τὸ δάκρυον ἐπηκολούθει.

135 *Τίς βίος*; κ. τ. λ.

Τίς ὁ βίος; τί δὲ τὸ τούτου, φησὶ, ποθεινὸν καὶ ἐραστόν; Οὐχ ὥσπερ ἐκ τάφου τῆς μητρῴας ἐξιὼν γαστρὸς ἐφ' ἕτερον τάφον ὁδεύω τὸν μετὰ τὴν τελευτήν; ἐκ τοῦ δευτέρου δὲ τούτου ἆρ' οὐκ ἐν τῷ πυρὶ ταφήσομαι πάλιν ἀνελεημόνως, δίκας τῆς ἐνταῦθα ἀσεβείας ἀποτεινύς; αὐτὸ δ' ὅσον διαβιώσκειν ἐν εὐπαθείᾳ μοι δοκῶ, ὅσον ἐνταυθοῖ κατατρυφᾶν, οὐ ποταμοῦ ῥεύματι ὀξύτατα ῥέοντος κομιδῇ παρομοιοῦ-

(63) Cod. hoc loco τούτων κόρος.

ται, ποταμοῦ ἀενάως τρέχοντος καὶ ἀεὶ ἐκ τῶν ὄπισθεν ἰόντος, διηνεκῶς κινουμένου καὶ οὐδὲν ἔχοντος ἑστὼς, οὐδὲν μέρος αὐτοῦ πάγιον ἐπιδεικνύντος· κόνις ὅλος καθέστηκεν ὁ βίος, τοῖς ἐμοῖς ὄμμασιν ἐμπίπτουσα καὶ σκότον ἐμβάλλουσα τῷ νῷ, ὡς ἂν πόρρω Θεοῦ τῶν φωτισμῶν ἐκπεσών, καὶ τυφλῶν τρόπον τοὺς τοίχους ψηλαφῶν, καὶ ὧδε κἀκεῖ τοῖς λογισμοῖς περιπλανώμενος τῆς μεγάλης ἐν Χριστῷ ἀποτύχω ζωῆς.

Τολμήσω τινὰ μῦθον, κ. τ. ἑξ.

Τολμηρόν τινα λόγον ἔπειτί μοι διειπεῖν, ἀληθινὸν δ' οὖν ὅμως, δι' ὃ καὶ τολμήσας ἀποφαίνομαι, ὡς Θεοῦ παίγνιον (64) ὁ ἄνθρωπος, καὶ τοιοῦτον οἷον τοῖς πάλαι κατὰ πόλεις τινὰς ἐπιτετήδευτο· προσωπεῖα γὰρ διασκευάζοντες πλουσίων, πενήτων, βασιλέων καὶ στρατηγῶν, σοφῶν καὶ ἰδιωτῶν, ἀνδρῶν ὁμοίως καὶ γυναικῶν, καὶ ἐν θεάτροις παριόντες καὶ ἐν σκηναῖς, ταῦτα οἱ προμελετήσαντες περιτιθέμενοι, καὶ τὴν κατ' αὐτοὺς καθὰ προησκήσαντο πρᾶξιν ἐπίπροσθεν πάντων ὑποκριθέντες, καὶ ἀκριβῶς ὡς οἷόν τε κατὰ τὴν τῶν παλαιῶν ἱστορίαν διὰ μιμήσεως τὴν δραματουργίαν ἀποχρώντως ἐνδειξάμενοι, οὕτω τῆς σκευῆς ἀπ' αὐτῶν ἀρθείσης, ὅστις ποτ' ἦν αὐτῶν ἕκαστος ἀναφανέντες οἴκαδε ἐχώρουν. Ὡσαύτως τοίνυν κἀν τῷ βίῳ ἄλλος ἄλλο τι ἐπιτήδευμα, πρὸς ὃ εὐφυῶς ἔχουσιν, ἀσκούμενοι, καὶ ὡς ἐν σκηνῇ καὶ θεάτρῳ τὴν κατ' αὐτοὺς πρᾶξιν τῆς ἀρετῆς ἢ κακίας διὰ μιμήσεως ἐπιδειξάμενοι, ἐπειδὰν τὸ σχῆμα τούτοις τοῦ κόσμου τῷ θανάτῳ περιαιρεθῇ, ἐξαπίνης ὁποῖοι κατὰ φύσιν εἰσὶν ἅπαντες ἀναφανέντες, οὕτω γυμνοὶ πάσης ἐπικρύψεως ἐντεῦθεν ἀποχωροῦντες ἀπίασιν ἐκεῖ. Τοιοῦτος ὁ βίος τῶν ταλαιπώρων βροτῶν· καὶ οἷς ἡ τοῦ ματαίου καὶ ὀνειρώδους κόσμου τοῦδε ἐλπὶς ἐραστὴ καὶ περισπούδαστος, τούς τε καλουμένους πλούτους, ἡδονάς τε καὶ τρυφὰς καὶ δόξας ἐπ' ὀλίγον τὸν τῆς ζωῆς χρόνον κατατρυφῶντες (65) παιζέτωσαν καὶ παιζέσθωσαν.

147 *Αὐτὰρ ἐγὼ Χριστοῖο δεδραγμένος*, etc.

Οἱ μὲν τὰ ἐπίγεια φρονοῦντες, καὶ τῶν ῥεόντων ἁπρὶξ ἀντιποιούμενοι, τὸν εἰρημένον τρόπον τὴν κατ' αὐτοὺς πορευέσθωσαν ὁδόν· ἐγὼ δὲ, ἡ χριστοφόρος ψυχὴ λέγει, Χριστοῦ τῆς ἀγάπης καταδεδραγμένος οὔποτε λήξω δεσμὸν ἐπὶ δεσμῷ προστιθείς, ἄχρις ἂν τοῦ σαρκίνου τοῦδε βίου λυόμενος, τῷ τῶν ὀρεκτῶν ἀκροτάτῳ τελέως προσδεθῶ. Καὶ γὰρ διπλοῦς ὢν τὴν φύσιν, ἐπίγειος ἅμα καὶ οὐράνιος, τὸ σῶμα μὲν ἐντεῦθεν ἀπὸ τῆς γῆς ἔχω διαρτισθὲν, δι' ὃ καὶ τῆς αὐτοῦ συγγενείας ἐφιέμενον νεύει πρὸς τὴν γῆν· τὴν ψυχὴν δὲ Θεοῦ πνεύματος ἀπόῤῥοιαν καὶ μερίδα κρείσσω ὑπάρχουσαν, καὶ αὐτὴν ὡς οἰκείων τῶν θείων ἔχειν τὴν ἔφεσιν καὶ ἀεὶ τῶν πνευματικῶν καὶ οὐρανίων ὠδίνειν τὴν ἐπιθυμίαν ἀγαθῶν.

Ὡς πηγῆς ῥόος ἐστίν, κ. τ. ἑξ.

Ὥσπερ ὁ πηγῆς ἐξαλλόμενος τοῦ ὕδατος ῥοῦς κατὰ πρανοῦς τρέχει φυσικῶς ἐπὶ τὸ κάταντες, πῦρ

videtur, fluminis perpetuo currentis et semper a præterito redeuntis, jugiter agitati et nihil stabile habentis, nullam ipsius partem firmam ostendentis. Pulvis æstimanda est tota vita, meos obcæcans oculos et tenebras intelligentiæ ingerens, ita ut longe a Dei splendoribus cadens et cæcorum more muros pertentans et sic ibi in ratiociniis errans, magna in Christo vita frustrandus sim.

Audebo allegoriam quamdam, et seq.

Excedens quoddam verbum proferre mihi convenit et verum; ideirco audens exponam: Quasi ludibrium Dei homo, et quemadmodum inter veteres quibusdam in civitatibus exercitatio erat, personas enim exhibebant divitum, pauperum, regum et ducum, sapientium et insipientium, virorum similiter et mulierum, etiam theatris assistebant et in scenis; hæc qui curabant, personam agebant et destinatam sicut exerciti fuerant actionem coram omnibus tractabant et accurate sicut decet, juxta veterem historiam arte propria repræsentationem sufficienter exsequebantur, sic officium ab ipsis susceptum prout ipsorum cujusque erat præ se ferebant, deinde in domum recedebant. Sic ergo et in vita alius aliud studium ad quod fert indoles exercet et quasi in scena et theatro, quantum in se est actionem virtutis aut nequitiæ repræsentationis instar ostendit, et postquam mundi figura pro ipsis morte præteriit, subito tales quales natura sunt omnes apparentes, sic nudi ab omni fuco inde cedunt et in locum destinatum abeunt; ea miserorum mortalium vita, et hi quibus insipientis et inanis mundi hujus spes delectabilis est et omni ope curaque exquirenda, ea quæ vocantur divitiæ et voluptates et delicias et glorias modicum vitæ tempus exaltantes, ludant et ludantur.

147 *Ego vero, Christum amplexus*, etc.

Qui quidem quæ super terram sunt sapiunt et fluxa fortiter ambiunt dicto more, ipsis placitum iter pergant. Ego vero, ait Christum portans anima, Christi amori adhærens, non cessabo vinculum vinculo adjungens, quin carnali vita ista soluta summo voto omnino configar. Namque duplex qui sum natura, terrenus simul et cœlestis, corpus quidem hinc e terra habeo plasmatum; ideoque affinitate propria cupiens tendit ad terram; animam vero Dei spiritus emanationem et partem præcellentem, quam divinorum quasi ipsi propriorum desideria tenent, semperque spiritualium atque cœlestium appetitio bonorum incendit.

Sicut fontis rivulus est, et seq.

Sicut fontis salientis undæ rivulus præceps naturaliter ad declivitatem currit, et ignis urens pro-

(64) Bill. animadvertit Gregorium hic alludere ad Platonem, qui hominem vocet παίγνιον θεῶν. Loci sunt *de Legg.* l. I, p. 644 (p. 219, 3 ed. Bekk.) et l. VII, p. 803 C (p. 52, 5 ed. Bekk.) Vide etiam supra π. ἀρετῆς v. 103 et Boissonad. ad Gregorium Cyprium in *Anecd. Gr.* I, 345.

(65) Cod. κατατρυφόντες.

priam immutabiliter novit viam sæviens in altum, sic et homo magnus qui magis quæ Dei sunt quam quæ e corporis sunt sapit, et angelus esset, si serpentis instar, quasi senectutem maculosam passionum in arcta et angusta via cutem aut deformitatem apprime rejiciens et spiritualem juventutem renovans, sic ad cœlos ascensionem nullo modo retrospiciendo perfecerit.

O sacerdotes, stupete, etc.

Uniformis cum sit, eorum a quibus suscipitur, naturæ unita, unicuique quod est commodum tribuit. Itidem et ignis uniformis cum sit, variis modis operatur, calefacit, purgat, concoquit, probat, illuminat, ardet. Ad eumdem modum et sanctus Spiritus, cum sit unus, unius formæ et ejusdem modi, uniusque substantiæ, indivisus et absque defectu, unicuique dividit gratiam sicut vult. Utque in plantis fieri solet, ut quandiu quidem hiemis asperitas prævalet, infrugiferæ maneant : postquam vero pluviis rigatæ, sole foventur, renascuntur et germinant, sic et mortalium animæ, quandiu quidem hieme vitiorum detinentur, difficiles et omnis communionis expertes mores erga proximos ostendentes, mortuæ et infrugiferæ sunt. Cum autem divinam Spiritus pluviam per doctrinam institutionis susceperint, et turpitudinem quæ est ex vitiositate, absterserint, multisque affectibus obnoxium corporeæ molis vestimentum deposuerint, mox in eis suscitatur ratio, et quasi renascuntur per divinam rigationem et calorem spiritus, et *fructum ferunt*, secundum Domini sermonem, *alius quidem tricesimum, alius vero sexagesimum, alius vero centesimum* [76]. Nam alii quidem ad sapientiam accommodat linguam, alii ad vaticinium, alii ad dæmonum expulsionem, alii ad declarationem rerum divinarum. Alium ad sobrie vivendum instruit, alium ad misericordiam, alium ad temperantiam confirmat. Alium ad martyrium ungit et excitat, ac diversus in alio esse videtur, cum ipse non sit alius, quemadmodum eximius ille et mentis vi præstans scribit Apostolus : *Unicuique*, inquit, *datur declaratio Spiritus, prout expedit. Nam alii quidem per Spiritum datur oratio sapientiæ, alii vero oratio scientiæ secundum eumdem Spiritum, alii fides in eodem Spiritu, alii prodigiorum effectiones, alii vaticinatio, alii dijudicationes spirituum, alii genera linguarum, alii interpretatio linguarum. Sed omnia hæc efficit unus ille et idem Spiritus, dispertiens peculiariter unicuique sicuti vult* [77]. Quemadmodum igitur aqua vim habet producendi herbas, et putrefaciendi; ignis, urendi et illuminandi : sic divini Spiritus est, benefacere et castigare.

ὑπάρχων, τῇ τῶν ὑποδεχομένων φύσει ἑνούμενος, ἑκάστῳ πρόσφορον νέμει. Τὸ πῦρ πάλιν, μονοειδὲς ὑπάρχει, πολυτρόπως ἐνεργεῖ, θερμαίνει, καθαίρει, πέπτει, δοκιμάζεται, φωτίζει, φλέγει. Ὡσαύτως καὶ τὸ θεῖον Πνεῦμα, ἓν ὑπάρχον, μονοειδὲς, μονότροπον, μονοούσιον, ἀδιαίρετον, ἀλώβητον, ἑκάστῳ διαιρεῖ τὴν χάριν, καθὼς βούλεται· καὶ οἷον ἐπὶ τῶν φυτῶν γίνεσθαι πέφυκεν, ἕως μὲν τὸ ἀμειδὲς τοῦ χειμῶνος αὐτῶν ἐπικρατεῖ, ἄκαρπα μένει· ἐπειδὰν δὲ ὑετῷ νοτιζόμενα, ἡλίῳ διαθάλπεται, ἀναβιοῖ καὶ βλαστάνει· οὕτω καὶ αἱ βροτῶν ψυχαὶ, ἕως μὲν τῷ τῆς κακίας χειμῶνι κατέχονται, τὸ ἀμειδὲς καὶ ἀκοινώνητον πρὸς τοὺς πέλας ἐπιδεικνύμεναι, νεκραὶ καὶ ἄκαρποι τυγχάνουσιν, ἐπεὶ δ' ἂν τὸν θεῖον τοῦ Πνεύματος ὑετὸν διὰ λόγου κατηχήσεως δέξωνται, καὶ τὸ ἀπὸ κακίας αἶσχος ἀποτρίψωνται, τὸ πολυπαθὲς τῆς ὕλης ἱμάτιον ἀποθέμεναι, αὖθις ἀναζωπυροῦται τὸ λογικὸν, καὶ οἱονεὶ ἀναβιοῦσι τῇ θείᾳ νοτίδι καὶ θέρμῃ τοῦ Πνεύματος, καὶ *Καρποφοροῦσι*, κατὰ τὴν Θεηγορίαν, *ὁ μὲν τριάκοντα, ὁ δὲ ἑξήκοντα, ὁ δὲ ἑκατόν*. Τῷ μὲν γὰρ συγκέχρηται γλώττῃ εἰς σοφίαν, τῷ δὲ εἰς προφητείαν, ἑτέρῳ δὲ εἰς δαιμόνων δραπέτειαν, θατέρῳ δὲ εἰς σαφήνειαν τῶν θειοτέρων, ἕτερον δὲ σωφρονεῖν παιδεύει, θάτερον δὲ ἐλεεῖν, ἄλλον πρὸς ἐγκράτειαν ῥώννυσιν, ἕτερον πρὸς μαρτύριον ἀλείφει καὶ ὑποφωνεῖ, θάτερον ἐν ἑτέρῳ φαινόμενον, αὐτὸ δὲ οὐχ ἕτερον· καθὼς ὁ ὑψηλὸς ἐκεῖνος καὶ πολὺς τὴν διάνοιαν γράφει Ἀπόστολος· *Ἑκάστῳ*, φησὶ, *δίδοται ἡ φανέρωσις τοῦ Πνεύματος πρὸς τὸ συμφέρον. Ὧ μὲν γὰρ διὰ τοῦ Πνεύματος δίδοται λόγος σοφίας, ἄλλῳ δὲ λόγος γνώσεως κατὰ τὸ αὐτὸ Πνεῦμα, ἑτέρῳ δὲ πίστις ἐν τῷ αὐτῷ Πνεύματι· ἄλλῳ δὲ ἐνεργήματα δυνάμεων, ἄλλῳ δὲ προφητεία, ἄλλῳ δὲ διακρίσεις πνευμάτων, ἑτέρῳ γένη γλωσσῶν, ἄλλῳ δὲ ἑρμηνεία γλωσσῶν· πάντα δὲ ταῦτα ἐνεργεῖ τὸ ἓν καὶ τὸ αὐτὸ Πνεῦμα, διαιροῦν ἰδίᾳ ἑκάστῳ καθὼς βούλεται.* Ὥσπερ γὰρ ὕδατος τὸ χλοοποιεῖν καὶ σήπ[τ]ειν, καὶ πυρὸς καίειν καὶ φωτίζειν· οὕτως καὶ τοῦ θείου Πνεύματος, εὐεργετεῖν καὶ κολάζειν.

INTERROGATIO XLIV.

Quia te medicum animæ deprehendimus, affatim demonstrationes adhibentem animis nostris medicinam, et ab errore asserentem, quæsumus ut adjicias ad præmissa de angelis, num aliqui sint eorum ordines, et quot, et quales sint natura, num item quæ futura sunt sciant.

Responsio.

Creati quidem sunt angeli, et obnoxii mutationi, spiritus rationales ad ministerium missi, quemadmodum inquit divinorum carminum auctor, et cum ipso Paulus consentiens : *Qui facit angelos suos spiritus, et ministros suos ignis flammam* [78] ; quibus verbis simul et naturam et majestatem co-

ΠΕΥΣΙΣ ΜΔ'.

Ἰατρόν σε ψυχικὸν εὑράμενοι, ἱκανῶς διὰ τῶν ἀποδείξεων θεραπεύοντα ἡμῶν τὰς ψυχὰς, καὶ τῆς πλάνης ῥυόμενον, δεόμεθά σου προσθεῖναι τοῖς ῥηθεῖσι περὶ ἀγγέλων, κεἰ εἰ τάγματά ἐστιν αὐτῶν, καὶ πόσαι (14'), καὶ τίνες τὴν φύσιν, καὶ εἰ τὰ μέλλοντα οἴδασι.

Ἀπόκρισις.

Κτιστοὶ μὲν οἱ ἄγγελοι καὶ τρεπτοὶ, πνεύματα λογικὰ εἰς διακονίας ἀποστελλόμενα, καθώς φησιν ὁ τῶν θείων μελῳδὸς, καὶ μετ' αὐτὸν Παῦλος, ὁμοφώνως· *Ὁ ποιῶν τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ πνεύματα, καὶ τοὺς λειτουργοὺς αὐτοῦ πυρὸς φλόγα·* ὁμοῦ τὴν φύσιν καὶ τὴν ἀξίαν δηλοῦντες. Ἐπτὰ δὲ τυγ-

[76] Matth. XIII, 8. [77] I Cor. XII, 7-11. [78] Psal. CIII, 4; Hebr. I, 7.

(14') *Πόσαι.* Forte πόστοι, vel πόσοι. Edit.

χανουσι τάγματα, καθὼς Ἰούδας ἔγραψε, καὶ ὁ ὑψηλὸς ἐξαριθμεῖται Ἀπόστολος· ᾧ καὶ ἑπόμενοι οἱ τῆς θείας τελετῆς ἱερεῖς ἀναφωνοῦσι Θεῷ· *Σὲ ὑμνοῦσιν ἄγγελοι, ἀρχάγγελοι, θρόνοι, κυριότητες, ἀρχαί, ἐξουσίαι, δυνάμεις.* Ὅτι δὲ τρεπτοί, ἐναργὴς ἀπόδειξις· Ἐπὶ τὸ χεῖρον τραπεὶς ἀρχέκακος διάβολος, συναποστήσας ἑαυτῷ ἱκανοὺς τῶν ἀγγέλων, οὐ φύσει, ἀλλὰ γνώμῃ τραπέντας τῇ ὑποσπορᾷ τοῦ σφῶν ἡγουμένου, αὐτῷ κατάλληλον τοῦ δράματος τὴν προσηγορίαν δεξαμένου. Ἐκ γὰρ τοῦ διαβάλλειν τὸ ὁμόφυλον φερωνύμως κέκληται διάβολος· Σατὰν δὲ, ἐκ τοῦ Θεῷ καὶ ἀνθρώποις ἀντικεῖσθαι· διὸ καὶ τῶν ὑπερκοσμίων κατήρρακται· καὶ ὑπὸ Ἰεζεκιὴλ (15) τοῦ θεσπεσίου τῶν Χερουβὶμ ἐξηγητοῦ ὀνειδίζεται· *Πῶς ἐξέπεσας ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ὁ ἑωσφόρος, ὁ πρωῒ ἀνατέλλων*; ὁμοῦ τὸ πυρῶδες καὶ φωτιστικὸν τῆς φύσεως, καὶ ἡγεμονικὸν τῆς τάξεως τῇ εἰκόνι τοῦ φωστῆρος παριστῶν. Συμφώνως δὲ τούτῳ Δανιὴλ τὴν μοχθηρίαν αὐτοῦ διαβάλλων, καὶ τὴν ὑπαγωγὴν τῶν ἑπομένων φησίν.

rum significant. Septem vero sunt ordines, ut scripsit Judas [79], et eximius enumerat Apostolus [80], quem et sequuntur sacri ministri officii divini, dum alta clamant voce ad Deum : *Te laudibus celebrant angeli, archangeli, throni, dominationes, principatus, potestates, virtutes.* Quod vero mutabiles sint, evidens est demonstratio : ad malum versus auctor ille mali diabolus, secum ad defectionem multos angelorum trahens, non natura, sed voluntate mutatos per ducis sui suggestionem, qui congruentem suo facto suscepit appellationem. Nam ab eo quod alios sui generis calumniatur, proprie nominatus est diabolus ; Satan vero ex eo quod Deo et hominibus adversatur ; quapropter etiam de locis illis ultramundanis ejectus est : et apud Ezechielem [Isaiam] divinum vatem Cheruborum, probris incessitur : *Quomodo decidisti de cœlo, lucifer, qui mane oriebaris* [81]? Simul et ignem lucentemque naturam ejus, et principatus dignitatem, in ordine, per similitudinem luminaris illius exprimens. Cum hoc autem consentiens Danielus, nequitiam ejus traducit, et subductionem sectatorum exponit.

Ἀγνοοῦσι δὲ ἅμα βροτοῖς καὶ ἄγγελοι τὰ μέλλοντα· μόνης γὰρ τῆς θείας Τριάδος γινώσκειν τὰ ὄντα, καὶ προγινώσκειν τὰ ἐσόμενα. Διακονοῦσι δὲ ταύτῃ καὶ ἡμῖν· τῇ μὲν θεοπρεπῶς δουλεύοντες, τοῖς δὲ οἰκονομικῶς, πρὸς σωτηρίαν τὰ παρ' ἐκείνης προστατ̣τόμενα· τοὺς μὲν ἀναιροῦντες διὰ κακίαν ἀδιόρθωτον, ὅπως μὴ τῆς λύμης ἐμφορεῖσθαι τοὺς ἐγγίζοντας· κατὰ τοὺς σοφοὺς τῶν ἰατρῶν, οἱ πρὸ τοῦ διαχεθῆναι κατὰ παντὸς τοῦ σώματος τὴν τοῦ πάθους λώβην, καυτῆρι ἢ τομῇ τὴν ῥύμην ἀνακόπτοντες. Ὅπερ καὶ γεωργοῖς σπουδάζεται, ἅμα τῷ ἀνατεῖλαι αὖθις ἐκριζοῦν τὰ ζιζάνια, μήποτε συμφυόμενα καὶ ὑψούμενα, τὸν σῖτον λυμήνωνται· καὶ ἀμπελουργοὶ δὲ ἔτι ποάζουσαν πρὶν περιπλακῆναι τῇ ἀμπέλῳ τὴν ἀγχομένην ἀνασπῶσιν, ἢ τῇ δρεπάνῃ ὑποτέμνουσι, πρὸς τὸ μὴ τὸν βότρυν λυμήνασθαι. Τοῦτο καὶ ὁ γεωργὸς τῆς ἡμετέρας φύσεως καὶ τῆς Ἐκκλησίας ἀμπελουργὸς ποιεῖν εἴωθεν· προγινώσκων τοῦ ὑποτίτθου τὴν ὀλεθρίαν αὔξησιν· καὶ ἅμα τῷ φῦναι ἐκριζῶν καὶ ἀνασπῶν τὸν ἑτέρους ἀνασπᾶν μέλλοντα δράμασι καὶ δόγμασιν ἀπωλείας· ἢ διὰ τὸ κουφότερον γενέσθαι τῷ ἀναιρουμένῳ τὴν ὀφειλομένην τῶν βεβιωμένων μάστιγα. Οἱ γὰρ ἐνταῦθα τὰς εὐθύνας ὑπέχοντες, καὶ τὴν ἐκεῖ προαποτινοῦντες (15') ταμιευομένην δίκην, ἀμεθόδευτοι δοκοῦσί μοι ἔσεσθαι ὑπὲρ ὧν ἀπολελόγηνται· οὐχ ὑπὲρ ὧν διαφόρως ἀνεῖλεν ὁ μιαιφόνος, ἀλλ' ὑπὲρ οὗ καὶ δι' οὗ τὴν ἐπὶ θανάτου ἀρτίως ἐπάγεται. Ὀφθαλμὸν γὰρ ἀντὶ ὀφθαλμοῦ, καὶ ὀδόντα ἀντὶ ὀδόντος, καὶ τὸν ἐκχέοντα αἷμα ἀναιρεῖσθαι ὁ θεῖος διακελεύεται νόμος.

Ignorant autem una cum hominibus et angeli res futuras ; solius enim sanctæ Trinitatis est, omnia habere cognita, et præscire ea quæ futura sunt. Ministrant autem et huic et nobis : huic quidem, ut erga Deum par est, servientes ; nobis vero præstantes ea quæ ad salutem nostri certo consilio ipsis ab ea mandantur. Itaque nonnullos propter malitiam in qua nullus emendationi locus est, perimunt, ne proximi quique pernicici implicentur, ut prudentes medici solent, qui, antequam per totum corpus diffundatur morbi vitium, cauterio aut sectione impetum ejus amputant. Id quod ab agricolis etiam studiose observatur, ut mox in exortu malas herbas eradicent, ne forte simul natæ et sursum tendentes, triticum opprimant. Sed et vinitores herbam vites suffocantem, dum adhuc tenera est, antequam viti sese implicet, revellunt, aut falce resecant, ne uva lædatur. Hoc et agricola ille nostræ naturæ et Ecclesiæ vinitor facere solet. Prævidens ejus qui adhuc lactens ab uberibus pendet, perniciosum incrementum, interim dum crescit, eradicat et evellit eum qui alios evulsurus erat per opera et doctrinas exitiales. Aut propterea, ut sit levius ipso sublato flagellum aliis ob ea quæ in vita designarunt, debitum ; nam qui hic pœnas subeunt, et pœnam futuræ vitæ prævenientes dependunt, in eos mihi videtur non amplius inquisitum iri super iis de quibus satisfecerunt : non propter ea quæ varie commisit homicida, sed ob id cujus causa reccus damnatus ad mortem ducitur, ut oculum pendat pro oculo, dentem pro dente : item ut ille qui sanguinem effudit, interficiatur, lex divina præcipit.

Καὶ τὸ μὴ πάλιν αὐτοὺς ἐκτιμωρεῖσθαι ὑπὲρ ἐκεί-

Et ne rursus iidem afficiantur supplicio propter

[79] Judæ v, 6. [80] Ephes. i, 21 ; Coloss. i, 16. [81] Isa. xiv, 12.

(15) Ὑπὸ Ἰεζεκιήλ. Locus ab auctore citatus non exstat apud Ezechielem, sed legitur Isa. xiv, 12.

(15') Προαποτινοῦντες, Forte προαποτινύντες. Edit.

cadem delicta, aperte dicitur : *Non capiet ultionem Dominus bis de eodem*[82]. Neque enim hoc apud nos æquum est, sub duobus judicibus puniri aliquem reum. Nam *dum hic judicamur, a Domino castigamur, ne cum mundo damnemur*[83]. Et eximius inquit Apostolus : *Quem diligit Dominus castigat, et corripit omnem filium quem suscipit*[84]. Non alios quidem suscipit, alios vero rejicit ; sed alii quidem hic, alii vero illic id faciunt, recipientes ipsum, aut repudiantes per ipsa mandata. Non enim via regia causam præbet offendentibus aut cadentibus, sed ipsimet dum oculis circumvagantur, et incautis pedibus incedunt. Tollunt igitur angeli eos qui in malitia perseverant, conservant vero eos qui ad virtutem sese convertunt. *Egressus* enim *est angelus Domini ex castris, et interfecit centum octoginta quinque millia alienigenarum*[85], inquiunt Litteræ sacræ. Item angelus suffocavit primogenita Ægypti. Et angelus impediebat profectionem Balaami, euntis ad Balaacum, ut Israel exsecraretur, quem ubi conspexit jumentum, quod ipsum portabat, metu perhorrescens, substitit, humana voce vectorem reprehendens. Michaelus archangelus ad Jesum Nave filium mittitur ; Gabrielus ad Danielum, ut interpretaretur ei somnia ; ad Zachariam, ut annuntiaret Joannis nativitatem ; ad matrem et semper manentem virginem Mariam, de Dei et Verbi conceptione ; ad Tobiam Raphaelus mittitur, ad portandum ejus peram, et ad comitandum quatuordecim dies, uxoremque legitimam copulandum ; et ad separandum ab interfectore dæmone eam quæ viro per ipsum juncta erat, et ad aperiendum oculos socero sponsæ, voluerum stercore cæcatos, et expressa piscis bile restitutos. Sed et alia plurima angelorum invenies ministeria, in Abrahami vita, et Mosis, et Manoæ, apud Bethlehemum, et pastores, apud monumentum Christi, et in ejus ascensione.

INTERROGATIO XLV, XLVI.

Atqui si res futuras ignorant angeli, quomodo Danielo prædicit in Babylone Gabriel, post quadringentos octoginta tresque annos nasciturum Christum ? Nam sexaginta novem hebdomadas, de quibus ad ipsum loquebatur, septuaginta annorum hebdomadas esse interpretes tradunt.

Responsio.

Sed non propria præscientia id indicavit ; verum quæcumque angeli a superna sapientia discunt, illa dicunt. Sanctas enim res a sacra Trinitate discunt, et ab ipsis rursus homines, et ab hominibus alii loco inferiores quæ sequuntur.

INTERROGATIO XLVII.

Si ergo per doctrinam percipiunt, necesse est ipsos libellis et chartis uti more nostro. Voces enim et decreta non scripta mox oblivioni dantur. Nam si voces in memoria durabiles essent, non sane Moses in tabulis lapideis in monte ipsas scri-

νων, διαῤῥήδην βοᾷ· *Οὐκ ἐκδικήσει Κύριος δὶς ἐπὶ τὸ αὐτό.* Οὐδὲ γὰρ παρ' ἡμῖν τοῦτο δίκαιον ὑπὸ δύο κριτῶν κολάζεσθαι τὸν κατάδικον. *Κρινόμενοι* γὰρ *ἐνταῦθα, ὑπὸ Κυρίου παιδευόμεθα, ἵνα μὴ σὺν τῷ κόσμῳ κατακριθῶμεν·* καί φησιν ὁ ὕψηλος Ἀπόστολος· *Ὃν ἀγαπᾷ Κύριος, παιδεύει· μαστιγοῖ δὲ πάντα υἱὸν ὃν παραδέχεται.* Οὐ τοὺς μὲν ἀποδέχεται, τοὺς δὲ ἀπωθεῖται· ἀλλ' οἱ μὲν ἐνταῦθα, οἱ δὲ ἐκεῖ τοῦτο ποιοῦσι, παραδεχόμενοι αὐτόν, ἢ ἀπωθούμενοι διὰ τῶν ἐντολῶν. Οὐ γὰρ αἰτία ἡ λεωφόρος τοῖς προσκόπτουσιν ἢ πίπτουσιν, ἀλλ' ἐκεῖνοι ἔξω ταύτης τὸν ὀφθαλμὸν περιάγοντες, καὶ ἀφυλάκτοις ποσὶ βαδίζοντες. Ἀναιροῦσι τοίνυν ἄγγελοι πονηρίᾳ ἐμμένοντας, διασώζουσι δὲ τοὺς ἐπ' ἀρετὴν τρεπομένους. *Ἐξῆλθε γὰρ ἄγγελος Κυρίου ἐκ τῆς παρεμβολῆς, καὶ ἀπέκτεινεν ἑκατὸν ὀγδοήκοντα πέντε χιλιάδας ἀλλογενῶν,* φησὶν ἡ θεία Ηυκτή· καὶ ἄγγελος, φησὶν, ἔπνιγε τὰ Αἰγύπτου πρωτότοκα, καὶ ἄγγελος εἶργε τῆς πορείας τὸν Βαλαάμ, πρὸς Βαλαὰκ πορευόμενον τὸν Ἰσραὴλ καταράσασθαι, ὃν τὸ φέρον αὐτὸν ὑποζύγιον, θεασάμενον, τῷ δέει πτῆξαν συνεκάθισε, ἀνθρωπείᾳ φωνῇ τὸν ἐποχούμενον διελέγχον. Μιχαὴλ ὁ ἀρχάγγελος πρὸς τὸν Ἰησοῦν τοῦ Ναυῆ ἀποστέλλεται· Γαβριὴλ πρὸς τὸν Δανιὴλ, διασαφηνίζειν αὐτῷ τὰ ὀνείρατα· πρὸς Ζαχαρίαν, τὴν Ἰωάννου γένεσιν αὐτῷ εὐαγγελίσασθαι· πρὸς τὴν μητέρα ἀείπαιδα Μαρίαν, περὶ τῆς τοῦ Θεοῦ Λόγου συλλήψεως· πρὸς τὸν Τωβὴτ ὁ Ῥαφαὴλ, τὴν πήραν αὐτοῦ βαστάσαι, καὶ συνοδεῦσαι τέτταρας καὶ δέκα ἡμέρας, καὶ γυναικὶ νομίμῳ συνάψαι, καὶ τοῦ ἀνδροκτόνου δαίμονος διαζεῦξαι τὴν τῷ ἀνδρὶ συναφθεῖσαν, καὶ τοῦ κηδεστοῦ τῆς γημάσης ὀφθαλμοὺς ἀνοῖξαι πτηνῶν ἀφοδίᾳ πηρωθέντας. Καὶ ἑτέρας πλείστας περὶ ἀγγέλων εὑρήσεις διακονίας ἐπὶ τοῦ Ἀβραὰμ, καὶ Μωσέως, καὶ Μανωὲ, ἐπὶ τῆς Βηθλεὲμ, καὶ τῶν ποιμένων, ἐπὶ τοῦ θείου μνήματος καὶ ἀναλήψεως.

ΠΕΥΣΙΣ ΜΕ,ΜΓ'.

Καὶ εἰ ἀγνοοῦσι τὰ μέλλοντα οἱ ἄγγελοι, πῶς προλέγει ὁ Γαβριὴλ ἐν Βαβυλῶνι τῷ Δανιὴλ, μετὰ υκγ' ἔτη γεννᾶσθαι τὸν Χριστόν ; Τὰς γὰρ ἑξήκοντα ἐννέα ἑβδομάδας, ἃς αὐτῷ εἶπεν, ἐτῶν ἑβδομήκοντα ὑπάρχειν αὐτὰς οἱ ἑρμηνεῖς διεσάφησαν.

Ἀπόκρισις.

Ἀλλ' οὐκ οἰκείᾳ προγνώσει τοῦτο ἔφραζεν· ἀλλ' ὅσα παρὰ τῆς ἄνω σοφίας παιδεύονται, ἐκεῖνά φασιν. Ἄγγελοι γὰρ παρὰ τῆς θείας Τριάδος διδάσκονται, παρ' αὐτῶν δὲ ἄνθρωποι, παρ' ἡμῶν δὲ τὰ ἑπόμενα.

ΠΕΥΣΙΣ ΜΖ'.

Εἰ οὖν διδακτοί εἰσιν, ἀνάγκη αὐτοὺς δέλτοις καὶ χάρταις κεχρῆσθαι καθ' ἡμᾶς. Φωναὶ γὰρ καὶ ῥῆφοι μὴ γραφόμεναι, ταχέως λήθῃ παραδίδονται. Εἰ γὰρ τῇ μνήμῃ παρέμενον αἱ φωναί, οὐκ ἂν Μωσῆς ἐν πλαξὶ λιθίναις ἐπὶ τοῦ ὄρους γεγραμμένας αὐτὰς

[82] Nahum i, 9 [83] I Cor. xi, 32. [84] Hebr. xii, 6. [85] Reg. xix, 35.

ἐδέξατο· τούτων δὲ συντριβέντων, δευτέρων οὐκ ἂν ἐδεήθη, εἰ τὰ ἐν ταῖς πρώταις γραφέντα ἐμνημόνευε.

Ἀπόκρισις.

Μωσῆς μὲν ἐν ταῖς πλαξὶ δέκα λόγους θείων δογμάτων, χωρὶς λαξευτηρίου ἢ γραφίδος θείῳ δακτύλῳ ἐντορευθέντας ἐδέξατο. Πῶς δ' ὁ αὐτὸς γέγραφεν, ἅπερ μόνῃ τῇ μνήμῃ κατασχὼν Θεοῦ φάσκοντος περὶ κόσμου γεννήσεως; πῶς δὲ μνήμῃ ἐντυπωσάμενος τὴν παραδειχθεῖσαν ἐπὶ τῆς ἀκρωρείας θείαν σκηνὴν διὰ τοῦ λόγου τὸν Βεσελεὴλ ἐπαίδευσε, δι' ὕλης τὴν ἄϋλον μιμήσασθαι; πῶς δὲ καὶ πάντες οἱ θεσπέσιοι προφῆται καὶ ἀπόστολοι, οὐ διὰ μαθημάτων, ἀλλ' ὡς αὐτοῖς ὁ Λόγος ἐνήχησε, καὶ τῇ μνήμῃ παρέθεντο, τῇ οἰκουμένῃ ἐκήρυττον, Γαλιλαῖοι παιδευταὶ Ῥωμαίοις ἐπιφοιτῶντες, πρὸς ἕκαστον ἔθνος τῇ γλώττῃ μετατυπούμενοι; Πάρθοι γὰρ, καὶ Μῆδοι, καὶ Ἐλαμῖται καὶ τὰ λοιπὰ ἔθνη ἤκουον τῆς σφῶν διαλέκτου ἕκαστος λαλούντων τὰ μεγαλεῖα τοῦ Θεοῦ. Ἅπερ οὐ γραμματικῇ παιδείᾳ, ἀλλὰ πνευματικῇ ἐνεργείᾳ ἐκήρυττον. Ὤφθησαν γὰρ αὐτοῖς διαμεριζόμεναι γλῶσσαι ὡσεὶ πυρὸς (πεντηκοστῇ δὲ τῆς ἀναστάσεως, δεκάτῃ δὲ τῆς ἀναλήψεως)· *Καὶ ἐκάθισεν ἐφ' ἕνα ἕκαστον αὐτῶν*, φησὶν ὁ Θεῖος Λουκᾶς, Ἱστορῶν τὰ κατ' αὐτούς.

ptas accepisset, iisque confractis, aliis non fuisset opus, siquidem eorum quæ in prioribus scripturis erant, memor fuisset.

Responsio.

Moses quidem in tabulis Decalogi divinorum decretorum absque cælatorio scriptoriove instrumento digito Dei exsculptas voces accepit. Quomodo vero idem perscripsit, de sola memoria prompta quæcunque Deus protulit de origine mundi? aut quomodo per memoriam expresso illo, quod demonstratum erat ipsi in monte tabernaculum divinum oratione sola Beseleelem docuit per materiam id imitari, quod erat expers materiæ? Quomodo item omnes divini vates et apostoli, non per disciplinas, sed quemadmodum in ipsis Verbum sonabat, licet aliquid in memoria reponerent, orbi terrarum prædicabant, Galilæi doctores cum Romanis consuetudinem habentes, lingua cuilibet genti conformes fiebant? Parthi enim, et Medi, et Elamitæ, et reliquæ gentes audiebant quisque sui sermonis forma proferentes ipsos amplitudinem rerum divinarum, quas non per disciplinam litterariam, sed per efficacitatem ac vim quamdam spiritualem prædicabant. Conspectæ sunt enim in ipsis divisæ linguæ velut ignæ, nempe quinquagesima die a resurrectione, decima vero ab ascensione. *Et sedit super unumquemque ipsorum* [86], inquit divus Lucas, eorum enarrans gesta.

ΨΕΥΣΙΣ ΜΗ'.

Εἰ ἀσώματοί εἰσιν οἱ ἄγγελοι, πῶς γυναιξὶ ἐμίγησαν, ἐξ ὧν προῆλθον οἱ γίγαντες; πῶς δὲ καὶ ἄνθρωποι τοῖς ἁγίοις φαίνονται, εἴπερ ἀσώματοί εἰσι; Φησὶ γὰρ ἡ θεία Γραφή· *Καὶ εἰσῆλθον υἱοὶ τοῦ Θεοῦ πρὸς τὰς θυγατέρας τῶν ἀνθρώπων*, ἐξ ὧν λέγουσί τινες γεννᾶσθαι τοὺς γίγαντας.

Ἀπόκρισις.

Ἀσώματοι μὲν οἱ ἄγγελοι καθ' ἡμᾶς· σῶμα δὲ καθ' ἑαυτούς, ὡς ἄνεμος, ἢ πῦρ, ἢ κατνὸς, ἢ ἀήρ. Σώματα γὰρ ὑπάρχουσι λεπτὰ καὶ ἄϋλα ἔξω τῆς ἡμετέρας παχύτητος· *Σώματα γὰρ ἐπουράνια, καὶ σώματα ἐπίγεια*, φησὶν ὁ ἱερὸς Ἀπόστολος. Ἄτοπον δὲ καὶ πάσης ἀνοίας, συγκαθεύδειν αὐτοὺς γυναιξὶν οἴεσθαι· ἐπεὶ ἂν καὶ δαίμονας συγκαθεύδειν γυναιξὶν οἴονται. Οὐ γὰρ τὴν φύσιν, ἀλλὰ τὴν τάξιν ἀπέλιπον· οὐδὲ τοῦ μεγέθους, ἀλλὰ τῆς παῤῥησίας ἀφῄρηνται. Βλασφημίας τοίνυν καὶ νηπιότητος ὑπάρχει τὸ οἴεσθαι ἀγγέλους θηλυμανεῖν. Οὐ περὶ τούτων γάρ φησιν ἡ θεία Γραφὴ, ὅτι *Εἰσῆλθον οἱ υἱοὶ τοῦ Θεοῦ πρὸς τὰς θυγατέρας τῶν ἀνθρώπων*· οὐδέπω γὰρ ἄγγελοι, υἱοὶ Θεοῦ προσαγορεύονται· ἀλλ' οἱ τοῦ Σὴθ καὶ Ἐνὼς υἱοὶ, ὑπὸ τῶν κατ' ἐκείνους καιροὺς ἤρξαντο. *Οὗτος γὰρ ἤρξατο πρῶτος ἐπικαλεῖσθαι Θεὸν*, φησὶν ἡ Γραφή. Καὶ τῷ Μωσεῖ φησιν ὁ Κύριος· *Θεὸν δέδωκά σε τῷ Φαραώ*· καὶ περὶ τῶν θείων κριτῶν φησι· *Θεοὺς οὐκ ἐρεῖς κακῶς, καὶ ἄρχοντα τοῦ λαοῦ σου*. Εἰκότως οὖν, οἱ τοῦ Σὴθ καὶ Ἐνὼς παῖδες, υἱοὶ Θεοῦ νοείσθωσαν· οἵτινες ἀκολασίᾳ ἁλόντες,

INTERROGATIO XLVIII.

Si incorporei sunt angeli, quomodo cum mulieribus consuetudinem habuerunt, ex quibus prognati gigantes? Quomodo item, ut homines, sanctis apparent, si quidem incorporei sunt? Inquit enim Scriptura sacra: *Et ingressi sunt filii Dei ad filias hominum* [87], ex quibus aliqui aiunt natos esse gigantes.

Responsio.

Incorporei sunt angeli, ratione respectuque naturæ nostræ; corpus vero habent, secundum naturam suam, ut ventus, vel ignis, vel fumus, vel aer: corpora enim sunt subtilia, crassæ materiei nostræ expertia. Quippe *corpora quædam sunt cælestia, quædam terrestria*, inquit sanctus ille Apostolus [88]. Absurdum vero et plane stultum fuerit, putare ipsos cubare cum mulieribus, sicut et dæmones dormire cum mulieribus existimantur: qui tamen haud naturam, sed statum reliquerunt; neque magnitudine, sed libertate destituti sunt. Blasphemiæ igitur et stultitiæ est, putare quod angeli feminas depereant. Neque enim de his inquit Scriptura sacra, quod ingressi sint filii Dei ad filias hominum: nusquam enim angeli filii Dei appellantur, sed filii Sethi et Enosi per illas corrupti sunt. Deificari enim Sethus et Enosus illis temporibus cœperunt: quia *Sethus cœpit primus invocare Deum*, inquit Scriptura [89]. Sed et Moysi inquit Dominus: *Deum te constitui Pharaoni* [90]. Et de divinis judicibus inquit: *Diis non maledices, nec principibus populi* [91]. Recte

[86] Act. II, 3. [87] Gen. VI, 2. [88] I Cor. XV, 40. [89] Gen. IV, 26. [90] Exod. VII, 1. [91] Exod. XXII, 28.

igitur filii Sethi et Enosi, filii Dei intelligendi sunt; qui per libidinem capti, ad filias Caini ingressi sunt, ex quorum mutua contaminatione nuptiali in vitam editi sunt gigantes, propter justum quidem robusti, propter Cainum autem mali. Et vero quonam pacto mulieres cum angelis dormire poterant, quando viri ad illorum aspectum obstupuerunt, iique non vulgares, sed virtute præstantes? Hac enim de causa Danielus Gabrieli aspectum non sustinens, mox in terram cadebat, et præ metu tantum non colliquescebat. Sed et Zacharias illum horruit, et ad primum aspectum mutus factus, timore palpitabat, linguæ usu carens usque ad Joannis nativitatem, nutibus tantum voluntatis placita significans. Id quod mihi videtur prænuntiare silentium legis et veteris cultus sacri, ad præstantioris adventum. Sed paulo post clarius ipsum sensum demonstrabimus. Præterea et mulierculæ ad Servatoris sepulcrum cum festinatione contendentes, illorum angelorum aspectu obstupuerunt, et timore percultæ non annuntiarunt apostolis quæ sibi erant injuncta : *Invaserat enim ipsas tremor et stupor, ut nihil cuiquam dicerent* [92], inquit divus evangelista. Si igitur ne angelorum quidem demissionem viri magni sustinere potuerunt, quomodo teneræ mulieres illorum contrectationem aut concubitum ferre possent? Nequaquam enim satis firma est adversus vim propinquam stipula. Perscriptum sacris est in Litteris : *Vixit Adamus annos ducentos et triginta, genuitque filium ad similitudinem suam et secundum imaginem suam* [93], hoc est, qualem habuit ab initio, quando factus est a Deo, imaginem et splendorem in facie, *et vocavit nomen ejus Sethus*, hoc est resuscitatio. Quoniam videbat in ipso pristinam et admirandam illam formam et gratiam renovatam, et splendorem sacrosancti Spiritus, quem videntes illius temporis homines Deum appellaverunt. Ac propterea Scriptura dicit, quod videntes filii Sethi filias hominum quæ erant ex genere Caini, acceperunt sibi eas in uxores. Particeps enim et ipsi erant gratiæ sancti Spiritus, usque dum dixit Deus : *Non permanebit Spiritus meus in hominibus istis* [94]. Atque Sethus quidem ad quingentos quinque annos hanc talem formam retinuit.

πρὸς τὰς θυγατέρας Καΐν εἰσῆλθον · ἐξ ὧν τῆς ἀκαταλλήλου μιαιγαμίας ζωογονοῦνται οἱ γίγαντες, διὰ μὲν τὸν δίκαιον ἰσχυροὶ, διὰ δὲ τὸν Καΐν, πονηροί. Πῶς δὲ γυναῖκες ἀγγέλοις συγκαθεύδειν δυνήσονται, ὁπόταν ἄνδρες τὴν ἐκείνων ἐνάρκησαν ὄψιν, καὶ οὐχ οἱ τυχόντες, ἀλλ' ὑπερέχοντες; Δανιὴλ γοῦν τοῦ Γαβριὴλ τὴν ὄψιν μὴ χωρήσας, αὖθις ἐπὶ τοῦ ἐδάφους πεσὼν, χωνεύεσθαι τῷ δέει ἐκινδύνευεν · ἀλλὰ καὶ Ζαχαρίας ἐκεῖνον πτήξας, ἅμα τοῦ ὀρθῆναι κωφωθεὶς, τῷ φόβῳ κραδαίνεται, τῇ γλώττῃ πεδούμενος, μέχρι τῆς Ἰωάννου γεννήσεως, νεύμασι μόνον σημαίνων τὰ ἐρούμενα· ὅπερ μοι δοκεῖ σιγᾶσθαι τὸν νόμον καὶ τὴν παλαιὰν τῶν ἱερῶν τελετὴν, προμηνύων (16), τῇ παρουσίᾳ τοῦ κρείττονος· μικρὸν δ' ὕστερον ἐμφανέστερον τὸ νοηθὲν ἀποδείξομεν. Καὶ τὰ γύναια δὲ, ἐπὶ τὸ σωτήριον μνῆμα ὠκυποδοῦντα, τὴν ἐκείνων ἀγγέλων (17) ναρκήσαντα, καὶ τῷ δέει συσταλέντα, οὐκ ἀπήγγειλαν τοῖς ἀποστόλοις τὰ προσταχθέντα. *Εἶχε γὰρ αὐτὰς φόβος, καὶ ἔκστασις, καὶ οὐδενὶ οὐδὲν εἶπον*, φησὶν ὁ θεῖος εὐαγγελιστής. Εἰ οὖν οὐδὲ συγκατάβασιν ἀγγέλων οἱ μεγάλοι ἐχώρησαν, πῶς εὐτελῆ γύναια τὴν ἐκείνων ἀφὴν ἢ συγκατεύνασιν φέρειν οἷά τε; σθένει γὰρ οὐδαμῶς καλάμη πρὸς πυρὸς ἐγγύτητα. Φησὶν ἡ Γραφή· *Ἔζησε δὲ Ἀδὰμ ἔτη σλ', καὶ ἐγέννησεν υἱὸν κατὰ τὴν ἰδέαν αὐτοῦ, καὶ κατὰ τὴν εἰκόνα αὐτοῦ* (τοῦτ' ἔστιν, οἵαν εἶχεν ἀπ' ἀρχῆς, ὅτε γέγονεν ὑπὸ Θεοῦ, εἰκόνα καὶ ἔκλαμψιν ἐπὶ τοῦ προσώπου), *καὶ ἐπωνόμασε τὸ ὄνομα αὐτοῦ Σήθ*, τοῦτ' ἔστιν ἐξανάστασιν. Ἐπεὶ εἶδεν ἐν αὐτῷ ἀνακαινισθεῖσαν τὴν ἀρχαίαν καὶ παράδοξον ἐκείνην μορφὴν, καὶ χάριν, καὶ ἔλλαμψιν τοῦ παναγίου Πνεύματος · ὃν ἰδόντες οἱ κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν, Θεὸν αὐτὸν προσηγόρευσαν. Καὶ διὰ τοῦτο λέγει ἡ Γραφὴ, ὅτι ἰδόντες υἱοὶ τοῦ Σὴθ τὰς θυγατέρας τῶν ἀνθρώπων, τὰς τοῦ γένους τοῦ Καΐν, ἔλαβον ἑαυτοῖς γυναῖκας. Μετεῖχον γὰρ καὶ αὐτοὶ τῆς χάριτος τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ἕως εἶπεν ὁ Θεὸς, ὅτι *Οὐ μὴ καταμείνῃ τὸ Πνεῦμά μου ἐν τοῖς ἀνθρώποις τούτοις*. Ὁ μέντοι Σὴθ ἐπὶ πεντακοσίους πέντε χρόνους διέμεινεν ἔχων τὴν τοιαύτην μορφήν.

INTERROGATIO XLIX.

Si versus ad deterius diabolus ex cœlis decidit, supra se habens eos qui permanserunt immutabiles, quomodo ipsi licet cœlis appropinquare, et cum angelis Deo assistere, ac deposcere Jobum? Inquit enim de ipso scripta historia : *Venerunt angeli Dei, et diabolus in medio ipsorum* [95], et cætera.

ΠΕΥΣΙΣ ΜΘ'.

Εἰ τραπεὶς ἐπὶ τὸ χεῖρον ὁ διάβολος, τῶν οὐρανῶν κατέπεσε, κατὰ κεφαλῆς δ' ἔχων τοὺς μείναντας ἀμεταθέτους, πῶς αὐτῷ ἔξεστιν ἐγγίζειν τοὺς οὐρανοὺς, καὶ μετ' ἀγγέλων Θεῷ παρίστασθαι, καὶ ἐξαιτεῖν τὸν Ἰώβ; Φησὶ γὰρ ἡ κατ' αὐτὸν Ἱστορία · *Καὶ ἦλθον οἱ ἄγγελοι τοῦ Θεοῦ, καὶ ὁ διάβολος ἦλθεν ἐν μέσῳ αὐτῶν*, καὶ τὰ ἑξῆς.

Responsio.

Non quod possit in cœlos ascendere, qui inde præcipitatus est ob furorem suum diabolus, aut cum angelis ad Deum accedere, aut ulla ex parte supra cœlorum circumferentiam venire, hoc ita perscriptum est, sed quia divina natura quantitatis

Ἀπόκρισις.

Οὐχ ὅτι οἷός τε ὑπάρχει εἰς οὐρανοὺς ἀναβαίνειν ὁ ἐκεῖθεν ἐξοιστρήσας διάβολος, ἢ μετ' ἀγγέλων πρὸς Θεὸν παραγίνεσθαι, ἢ ὅλως ὑπὲρ τὴν ἀψῖδα τῶν οὐρανῶν γίνεσθαι· ἀλλ' ἐπεὶ τὸ Θεῖον, ἄποσον, καὶ ἀμέγεθες, καὶ ἀπερίληπτον ὑπάρχον, πάντῃ πάρεστι,

[92] Marc. xvi, 8. [93] Gen. v, 3, sec. LXX. [94] Gen. vi, 3. [95] Job ii, 1.

(16) *Προμηνύων*. Forte προμηνύειν. Ed.

(17) Deesse videtur ὄψιν. Ed.

καὶ πάντα πληροῖ. Ὁ γὰρ Θεὸς ἡμῶν, ἐν τῷ οὐρανῷ, καὶ ἐν τῇ γῇ, ἐν ταῖς θαλάσσαις, καὶ ἐν πάσαις ταῖς ἀβύσσοις, φησὶν ὁ Δαβὶδ, ὁ τῶν θείων μελῳδός. Ἐξ ὧν παιδευόμεθα, ὅτι ἐνώπιον αὐτοῦ ὑπάρχουσι, καὶ ὁρᾶσθαι αὐτῷ οὐ μόνον ἀγγέλους, ἀλλὰ καὶ διάβολον, καὶ δαίμονας, καὶ ἀνθρώπους, καὶ κτήνη, καὶ τὰ σύμπαντα. Καὶ γὰρ ἐπὶ γῆς ὄντες, Θεῷ παριστάμεθα· καθὼς φησιν Ἠλίας ὁ θεσπέσιος· *Ζῇ Κύριος, ᾧ παρέστην ἐνώπιον αὐτοῦ σήμερον.* Εἰ γὰρ τῷ ἀέρι πάντα ἐμπεριέχεται, πολλῷ μᾶλλον τῷ ἐκείνου ποιητῇ ἐναπείληπται ἡ τετραφυὴς τῶν ὅλων κατάστασις, ἡ ἄσαρκος, νοερά τε καὶ λογικὴ, ἡ αἰσθητὴ καὶ ἔνσαρκος, ἡ κτηνώδης καὶ ἄλογος, ἡ ἄψυχος καὶ ἀναίσθητος. *Πάντα γὰρ γυμνὰ καὶ τετραχηλισμένα τοῖς ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἔστι κτίσις ἀφανὴς ἐνώπιον αὐτοῦ,* φησὶν ὁ θεῖος Ἀπόστολος.

ΠΕΥΣΙΣ Ν'.

Διατί Μωϋσῆς μὴ ἀπ' ἀγγέλων ἤρξατο καὶ τῶν ἄνω, τῆς συγγραφῆς· ἀλλὰ παραδραμὼν τοὺς δήμους ἀγγέλων, καὶ τὰ ὑπερουράνια πάντα, ἀπ' οὐρανοῦ καὶ γῆς τοῦ συντάγματος ἤρξατο;

Ἀπόκρισις.

Ἁρμόττουσαν τοῖς καιροῖς, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συμφέρουσαν τὴν ἀρχὴν τοῦ γράμματος τέθεικε, προσφάτως Ἰουδαίων τῆς Αἰγύπτου ἀπαράντων, καὶ ἔνυλα ταῖς ἀκοαῖς τὰ τῆς ἐκείνων πλάνης ἐχόντων. Οἱ μὲν γὰρ τῶν ἀθέων τὸν οὐρανὸν, οἱ δὲ τὴν γῆν ἐθεοποίησαν, πνεύμασι καὶ νεφέλαις ἀλλοιούμενα καὶ τρεπόμενα. Ἕτεροι δὲ ἡλίῳ καὶ σελήνῃ τὸ σέβας ἀπένεμον· ἵν' οἱ μὲν νύκτωρ, οἱ δὲ ἡμέρας τῇ δύσει τῶν φωστήρων ἄθεοι μείνωσιν. Οἱ μὲν γὰρ τὸν νυκτὶ, καὶ ὁμίχλῃ, καὶ κόνει ἐπισκοτούμενον ἐκθειάζουσιν· οἱ δὲ τὴν φθίνουσαν, καὶ εἰς τὸ βραχὺ ἀπολήγουσαν προσκυνοῦσιν. Ἕτεροι δὲ κρήνας καὶ ποταμοὺς θεολογοῦσιν, ἵνα ἐν θέρει μὲν λήγοντας, ἐν δὲ χειμῶνι κορυφουμένους καὶ ἐξοιδαίνοντας τῇ πλημμύρᾳ, Θεοὺς ἔχωσιν. Θάτεροι δὲ τὸ πῦρ ὡς Θεὸν πεφρίκασι· τὸ δ' ἐπιβολῇ ὕδατος σβεννύμενον, ἢ ἐνδείᾳ τῆς ὑποτρεφούσης ὕλης μαραινόμενον. Ὦ τῆς ἀβουλίας! τὰ σφῶν εὐτελέστερα ἐκθειάζουσιν οἱ εἰκαιόβουλοι καὶ ματαιόφρονες, ὄντως Θεοῦ ὑπὸ τῆς πλάνης ἀπαγόμενοι. Δι' οὓς Μωϋσῆς, ὁ τῶν θείων συγγραφεὺς, καταλιπὼν τὰ ὑπερκόσμια, ἐκ τῶν ὑποκειμένων τῇ ἐξηγήσει ἄρχεται, διὰ τῶν αἰσθητῶν καὶ ὁρωμένων ποδηγῶν αὐτοὺς πρὸς τὰ νοερὰ, καὶ τὸν ἀόρατον ὄντως Θεόν. Παραπλησίως δὲ τούτῳ καὶ οἱ περὶ τὸν Ἀνανίαν θεσπέσιοι τὸν Βαβυλώνιον Θεὸν, δίκην πυροῦ τὸ πῦρ καταπατοῦντες, τὸ νάφθῃ, καὶ πίσσῃ, καὶ κληματίδι κορυφούμενον, ὕδατι δὲ θανατούμενον, *Εὐλογεῖτε, πάντα τὰ ἔργα Κυρίου, τὸν Κύριον,* φασὶν, ἐπὶ τὸν ἄῦλόν τε καὶ ἀχειροποίητον Θεὸν Χαλδαίους τοὺς ἀθέους καθηγούμενοι, πάντας τοὺς Ἕλληνας Θεοὺς κτίσματα καὶ ἔργα ὑπάρχειν τοῦ ὄντως ἀληθινοῦ καὶ ἀκτίστου Θεοῦ δηλοῦντες· *Εὐλογεῖτε γὰρ,*

et magnitudinis expers et incomprehensibilis, ubique præsens sit, et omnia impleat. Nam *Deus noster in cœlo est et in terra, in mari et in omnibus abyssis*, inquit Davides [96], divinorum carminum auctor. Ex quibus docemur in conspectu ejus esse, et conspici ab ipso non solum angelos, sed et diabolum et dæmones, et homines, et jumenta, et simul in universum omnia. Quemadmodum Elias ille divinus ait: *Vivit Dominus, in cujus conspectu ego sto hodie* [97]. Nam si aere omnia continentur, multo magis in illius conditore comprehensa est hæc quadripartita naturæ universitatis rerum constitutio, quarum una carnis est expers, intellectilis et rationalis, altera sensilis et carne prædita et rationalis, tertia animata et irrationalis, quarta inanimata et sensus expers. *Omnia enim nuda sunt et resupinata coram oculis ejus, nec est creatura occulta in conspectu ejus*, inquit divus Apostolus [98].

INTERROGATIO L.

Quare Moses non ab angelis, et ab iis quæ sunt in supernis, exorsus est descriptionem, sed præteritis angelorum nationibus, omnibusque quæ supra cœlos sunt, a cœlo et terra contextum orsus est?

Responsio.

Conveniens temporibus et hominibus utile principium scripti sui statuit, quando id temporis ex Ægypto Judæi exierant, et insinuatos auribus illorum errores habebant. Nam alii quidem impiorum, cœlum; alii vero terram deificaverunt: quæ duo a ventis et nubibus mutantur. Alii autem soli et lunæ venerationis cultum exhibuerunt, ut alii quidem noctu, alii vero interdiu per occasum luminarium impii manerent; nam hi quidem quæ nocte et nebula et pulvere obscurantur, inter deos referunt; illi vero intereuntem, et paulo post desituram adorant. Alii item fontes et flumina deos esse asserunt, ut in æstate quidem desinentia, in hieme vero aucta et exundantia deos habeant. Alii vero ignem quasi deum metuunt, qui tamen infusa aqua exstinguitur, aut defectu nutrientis materiæ marcescit. O dementiam! quæ se ipsis sunt abjectiora, deificant vani et insipientes, a vero Deo per errorem abducti. Propter quos Moses rerum divinarum scriptor relictis ultramundanis, ab iis quæ captui nostro sunt exposita, narrationem orditur, per sensilia et aspectabilia ducens ad intellectilia et ad inaspectabilem illum verumque Deum. Ad eumdem modum et illi socii Ananiæ divini hominis, Babylonium denm, supplicium fornacis et ignem conculcantes, qui naphtha et pice et sarmentis angebatur, aqua vero exstinguebatur, *Benedicite, omnia opera Domini, Dominum* [99], inquiunt. Ad immaterialem et nullis manibus factum Deum impios Chaldæos per institutionem hanc ducentes, ac omnes gentilium deos creaturas et opera esse vere subsistentis et veri et increati Dei innuentes. *Benedicite*, inquiunt,

[96] Psal. cxxxiv, 6. [97] IV Reg. iii, 14. [98] Hebr. iv, 13. [99] Dan. iii, 57 seqq.

omnia opera Domini, Dominum ; consequenter eo cantico demonstrantes, Deo simul in universum omnia ad serviendum esse obnoxia. *Benedicite* ipsum, aiunt, *angeli, cœli, aquæ, sol, luna, astra, ignis, terra, montes, colles, jumenta, bestiæ, reptilia, volatilia*, et cætera quæcunque gentiles in deorum numerum retulerunt.

INTERROGATIO LI.

Quomodo creavit Deus omnia, priusquam exsisteret materies qua uteretur?

Responsio.

Primo quidem die ex nullo subjecto materies produxit, simul cogitans, qualis unaquæque cujusque deberet esse materies. Deinde statim proferebat ea quæ cogitaverat. Atque hoc loco nolim te mihi delabi ad cogitationes, ut quærere velis quo id pacto sit factum ; nam et volebat, et poterat omnia vis illa effectrix omnium. Ex iis vero quæ die condidit primo, deinde reliqua creata fecit, videlicet cœlum primum, non illud quod cernimus, sed supra positum, de quo Davides canit, *Cœlum cœli Domino* [1], ad modum domus duplicem fornicem habentis, intersepiens et discernens a terrestribus ultramundana, et veluti tabulato quodam dirimens.

INTERROGATIO LII.

Quare non scripsit Moses, quod fecerit Deus aquam, aut ignem, aut aera, ut de cœlo et terra arboribus et cæteris ?

Responsio.

Num ergo, quia id etiam scriptum est, quod Deus, accepto pulvere terræ formaverit hominem, neque additum sit, quod ei fecerit oculos, aut aures, aut pedes, aut brachium ; ideo putandum est a Deo non esse creata omnia naturæ organa, tum interna tum externa? Nimirum in iis quæ composita, et aliquando sejuncta sunt, ex præstantiore ipsam rem repræsentare sacra Scriptura solet. Quemadmodum divinorum carminum auctor inquit, *Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum* [2] : non utique a beatitudine mulieres excludens ; sed cum eadem sit natura, ex principaliore carmen orditur. Ex iis igitur quæ in isto carmine præstantiora sunt, etiam de sequentibus judicium fiat. Nam commemoratione cœli et terræ, universum hoc comprehenditur, aer, tenebræ, abyssus.

INTERROGATIO LIII.

Cur autem quasi viribus inferior Moses, non aggressus est scribere tenebrarum et abyssi creationem ?

Responsio.

Enimvero quæ Moses præteriit, quominus scriberet, non viribus destitutus fecit, sed exercitium nobis reliquit. Solomon scripsit in persona Filii

[1] Psal. cxiii, 16. [2] Psal. i, 1.

φασὶ, *πάντα τὰ ἔργα Κυρίου, τὸν Κύριον* · ἀκολούθως τῇ μελῳδίᾳ, δοῦλα Θεῷ παριστῶντες τὰ σύμπαντα, *Εὐλογεῖτε*, φάσκοντες, *ἄγγελοι, οὐρανοί, ὕδατα, ἥλιος, σελήνη, ἄστρα, πῦρ, γῆ, ἔρη, βουνοί, κτήνη, θηρία, ἑρπετὰ, πετεινὰ*, καὶ λοιπὰ ὅσα Ἕλληνες ἐθεοποίησαν.

ΠΕΥΣΙΣ ΝΑ'.

Πῶς ἔκτισεν ὁ Θεὸς τὰ πάντα ; προϋπαρχούσῃ ὕλῃ χρησάμενος, ἢ καὶ τὰς ὕλας αὐτὸς παρήγαγεν ;

Ἀπόκρισις.

Τῇ μὲν πρώτῃ ἡμέρᾳ ἐκ μηδενὸς ὑποκειμένου τὰς ὕλας παρήγαγεν, ἅμα τῷ νοῆσαι, ὁποίαν τινὰ χρὴ ὑπάρχειν ἑκάστου ὕλην, αὖθις παραστήσας ἑαυτῷ τὸ νοηθέν. Καὶ μὴ καταπέσῃς πρὸς λογισμοὺς, πυθόμενος τὸ πῶς. Ἐβουλήθη γὰρ καὶ ἠδυνήθη, δραστικῶς δύναμις πάντων ὑπάρχουσα. Ἐκ δὲ τῶν ἐν τῇ πρώτῃ μετεσκεύασε τὰ λοιπὰ τῆς δημιουργίας· ἐποίησεν οὐρανὸν πρῶτον, οὐ τὸν ὁρώμενον, ἀλλ' ὑπερκείμενον, περὶ οὗ καὶ Δαβὶδ μελῳδεῖ, *Οὐρανὸν τοῦ οὐρανοῦ τῷ Κυρίῳ*, δίκην διορόφου οἰκίας, διαφράξας καὶ ἀποκρίνας τῶν ἐπιγείων τὰ ὑπερκόσμια, καὶ ὡσεὶ ὑπερῴῳ ἀπολαβόμενος.

ΠΕΥΣΙΣ ΝΒ'.

Διὰ τί μὴ ἔγραψε Μωσῆς, ὅτι ἐποίησεν ὁ Θεὸς ὕδωρ, ἢ πῦρ, ἢ ἀέρα, ὡς περὶ οὐρανοῦ, καὶ γῆς, καὶ δένδρων, καὶ τῶν λοιπῶν ;

Ἀπόκρισις.

Τί οὖν ; ἐπεὶ γέγραπται, ὅτι λαβὼν ὁ Θεὸς χοῦν ἀπὸ τῆς γῆς ἔπλασε τὸν ἄνθρωπον, καὶ οὐκ ἐπήγαγεν, ὅτι ἐποίησεν αὐτῷ ὀφθαλμοὺς, ἢ ὦτα, ἢ βάσεις, ἢ βραχίονα, παρὰ τοῦτο οἰέσθαι χρὴ, παρὰ Θεοῦ μὴ κτισθῆναι πάντα τὰ τῆς φύσεως ὄργανα, ἐντός τε καὶ ἐκτός ; Ἀλλ' ἐπὶ τῶν συνθέτων, καὶ λυομένων ποτὲ, ἐκ τοῦ τιμιωτέρου τὸ ὅλον παριστᾷν ἡ θεία πέφυκε [φύσις] Γραφή· καθὼς καὶ ὁ τῶν θείων ψηφὶ μελῳδός · *Μακάριος ἀνὴρ ὃς οὐκ ἐπορεύθη ἐν βουλῇ ἀσεβῶν*. Οὐκ ἄρα τοῦ μακαρισμοῦ τὰς γυναῖκας ἀποκλείσας, ἀλλὰ μιᾶς ὑπαρχούσας (18) τῆς φύσεως, ἐκ τοῦ ἡγεμονικωτέρου τῆς μελῳδίας, τὰ ἑπόμενα τῆς δημιουργίας νοείσθω. Τῇ γὰρ ποιήσει τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς τὸ πᾶν συμπεριέχεται, ἀὴρ, σκότος καὶ ἄβυσσος.

ΠΕΥΣΙΣ ΝΓ'.

Τί οὖν ἀτονήσας Μωσῆς, οὐχ εἵλετο γράψαι τὴν σκότων καὶ ἀβύσσου κτίσιν ;

Ἀπόκρισις.

Ἀλλ' εἴπερ Μωσῆς παρέδραμεν, οὐκ ἀτονήσας, γράψαι, ἀλλὰ γυμνάσιον ἡμῖν καταλείψας· Σολομὼν ἔγραψεν, ἐκ προσώπου τοῦ Υἱοῦ πρὸς τὸν Πατέρα φάσκων· *Πρὸ τοῦ τὰς ἀβύσσους ποιῆσαι, ἔμην*

(18) Ὑπαγεύσας. Forte ὑπαρχούσης. Lucr.

παρ' αὐτῷ ἁρμόζουσα ἡ δύναμις καὶ ἡ σοφία Θεοῦ, Χριστός.

ΠΕΥΣΙΣ ΝΔ'.

Ὁ ἀὴρ πότε γέγονε; Μὴ καὶ τοῦτον ἔχεις εἰπεῖν, ὅτι Σολομὼν ἔγραψεν;

Ἀπόκρισις.

Ἄκουε δὴ Μωσέως φάσκοντος· *Καὶ Πνεῦμα Θεοῦ ἐπεφέρετο ἐπάνω τοῦ ὕδατος.* Συμφώνως δὲ τούτῳ ὁ Ἀμμώς· *Κύριος στερεῶν βροντὴν καὶ κτίζων πνεῦμα.*

ΠΕΥΣΙΣ ΝΕ'.

Ἀλλ' οὐ περὶ τοῦ ἀέρος λέγει, περὶ δὲ τοῦ ἁγίου Πνεύματος μᾶλλον εἴρηται ὁ λόγος. Οὐ γὰρ ἄλλο λέγομεν εἶναι ἢ προσαγορεύεσθαι πνεῦμα, πλὴν τὸ ἅγιον Πνεῦμα.

Ἀπόκρισις.

Δέος μοι τῇ κτίσει συγκαταριθμῆσαι τὸ ἄκτιστον· πλὴν ὅμως οὐκ ἀναιρῶν τὸ εἰρημένον, δέχομαι καὶ τοῦτο, εἰκότως καὶ θεοπρεπῶς νοούμενον, ἐπιφέρεσθαι τοῖς ὕδασι πρὸς ζωογονίαν, αὐτὰ συνθάλποντος δίκην ἐπωαζούσης ὄρνιθος, ζωτικήν τινα δύναμιν ἀνιέντος (19) τοῖς ὑποθαλπομένοις ὕδασι, πρὸς τὸ ἐκβράσαι τὰ ἄπειρα τῶν ἰχθύων γένη.

ΠΕΥΣΙΣ ΝϚ'.

Μαθεῖν πρὸς τούτοις δεόμεθα περὶ τῆς τοῦ πυρὸς γενέσεως. Οὔτε γὰρ τῇ Γραφῇ εἴρηται, ὅτι εἶπεν ὁ Θεός· Γενηθήτω πῦρ.

Ἀπόκρισις.

Πάντων μάλιστα ἐνεργεστέρα ἡ τοῦ πυρὸς φύσις, συνυποστᾶσα καὶ ἐμψωλεύουσα τῇ ποιήσει τῆς γέρσου φαίνεται. Ὅποι δ' ἂν πατάξεις λίθον, ἀποκυεῖται πῦρ, καὶ σιδήρων τριβομένων, ὁμοίως γίνεσθαι πέφυκε, καὶ ξύλων συνθλιβομένων παραπλησίως ἀποδείκνυται· ὡς ὁ τῆς ἀπήνης ἄξων δηλοῖ, τῷ πιεσμῷ τοῦ φόρτου διασμυχόμενος τῷ ἐγκεκραμένῳ πυρί. Οὐ μὴν δὲ, ἀλλὰ καὶ μύλων διακενῆς στρεφομένων, θέα τὸ πῦρ ἐξαλλόμενον· καθ' ὧν τὴν εἰκόνα, καὶ τῶν νεφῶν παρατριβαί, τοῖς πνεύμασιν ἐλαυνομένοις, ὀστραπὰς ἀποτελεῖν εἰώθασι. Πάντα γὰρ πυρὶ κέκραται, καθὼς Πέτρος φησὶν, ὁ κλειδοῦχος τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν, οὕτω πως· *Οἱ γὰρ νῦν οὐρανοὶ καὶ ἡ γῆ πυρὶ τεθησαυρισμένοι εἰσὶ, τηρούμενοι εἰς ἡμέραν κρίσεως καὶ ἀπωλείας τῶν ἀσεβῶν ἀνθρώπων.*

ΠΕΥΣΙΣ ΝΖ'.

Καὶ πῶς χειμῶνος, τῶν αὐτῶν ὄντων νεφῶν καὶ ἀνέμων, οὐκ ἀστραπὴ, οὐ βροντὴ γίνεται;

Ἀπόκρισις.

Τὰ περὶ βροντῆς ἀνωτέρω πρὸς τὸ δοκοῦν μοι εἴρηται. Τὸ δὲ, χειμῶνος ἀστραπὰς μὴ ἐκφαίνεσθαι, διὰ τὴν τοῦ ἀέρος παχύτητα δοκῶ, καὶ τὴν διήκουσαν νοτίδα τῶν νεφῶν. Οὐ γὰρ ὁμοίως τὸ ἄνικμον καὶ ξηρὸν τῷ διαβρόχῳ καὶ ὑλώδει ἐν ταῖς παρατρίψεσι φαίνεσθαι πέφυκεν, τοῦ μὲν παραφλεγομένου, τοῦ δὲ παρολισθαίνοντος.

ad Patrem loquentis : *Antequam abyssos faceret, eram apud ipsum, apte omnia disponens* [3] : nimirum, *potentia et sapientia Dei, Christus* [4].

INTERROGATIO LIV.

Aer quando factus est? Num quod etiam de hoc scripserit Solomon, dicere potes?

Responsio.

Audi Mosem dicentem : *Et spiritus Dei ferebatur supra aquam* [5]. Cum hoc autem consentit et Amosus : *Dominus intendens tonitru, et creans spiritum* [6].

INTERROGATIO LV.

Verum non de hoc aere dicit, sed potius de Spiritu sancto dictum est id verbum. Non enim aliud dicimus esse aut vocari spiritum, quam ipsum Spiritum sacrosanctum.

Responsio.

Vereor ne cum creatura connumerem increatum. Verumtamen non negans hoc quod dictum est, admitto, et hunc, si ut par est et Deo competit, intelligatur, ferri supra aquas, ad viventia producenda ipsas fovente, et instar incubantis gallinæ vitalem quamdam vim immittentem aquis sub se fotis, ad producenda innumera piscium genera.

INTERROGATIO LVI.

Cupimus insuper ex te discere de ortu ignis. Nusquam enim in Scriptura legimus, quod dixerit Deus, Fiat ignis.

Responsio.

Omnium maxime efficax est natura ignis, videturque consistere et latitare in creatione terræ. Quando lapidem percusseris, ex eo concipitur ignis, et ferro colliso similiter effici solet. Sed et lignis collisis consimiliter conspicitur, ut ostendit axis in curru ex pressura oneris ardens per admistum ignem. Neque id tantum, sed et molæ si circumaguntur inanes, apparet ignis exsiliens; ad quarum similitudinem et nubium collisiones ventis impulsarum efficere fulgura consueverunt. Omnia enim igni mista sunt, ut inquit Petrus ille, claves regni cœlorum gestans, ad hunc fere modum : *Nam cœli qui nunc sunt et terra, igni repositi sunt, et servantur in diem judicii et perditionis impiorum hominum* [7].

INTERROGATIO LVII.

At qui fit ut hieme, cum eædem sunt nubes et venti, neque fulgur neque tonitru fiat?

Responsio.

Quod tonitru attinet, quid mihi videatur, supra dictum est. Quod vero fulgura non apparent hieme, propter aeris crassitudinem fieri puto, et propter penetrantem humorem nubium. Non enim quemadmodum quod siccum et aridum est, etiam madida et multam habentia materiem in collisionibus lucere solent; cum illud quidem per ignem incendatur, in hoc vero vis ejus flaccescat.

[3] Prov. VIII, 24, 30. [4] I Cor. I, 24. [5] Gen. I, 2. [6] Amos IV, 13. [7] II Petr. III, 7.

(19) Ἀνιέντος. Forte ἐνιέντος. Ed.

INTERROGATIO LVIII.

Satis quidem vera sunt quæ dicis : verum nos de fulgure quærimus, et de generatione ignis, ubinam dixerit Deus, Fiat ignis.

Responsio.

Moses scribit : *Et dixit Deus : Fiat lux ; et facta est lux* [8] : videlicet ignis natura. Non enim solummodo is ignis est, qui apud nos est ; sed et supernæ illæ potestates ignis esse videntur, cognatæ ei qui apud nos est.

INTERROGATIO LIX.

Sed quomodo supernus ei qui apud nos est, cognatus est, cum ille quidem inexstinguibilis, hic autem exstinguibilis sit ?

Responsio.

Propemodum angelos et nostras animas similitudinem quamdam dico habere. Utraque enim sunt spiritus, a Deo suum ortum habentes. Illi quidem in corporibus nostris lampadum instar lucentes, et quasi exstincti per separationem, agendi efficacitatem amittunt. Nam et a veteribus sapientibus homines appellantur φῶς, hoc est, lumen, propter vim rationis. Similiter et ignis dicuntur, ut paulo post demonstrabo, postquam oratio ad nostram generationem progressa fuerit. Angelos autem dico spiritus inexstinguibiles, non habentes corporalem disjunctionem aut copulationem. Porro animorum et angelorum similitudinem etiam tres illi sancti expresserunt pueri cum aiunt : *Benedicite, spiritus et animæ justorum, Dominum* [9]. Et rursus in canticis Davides inquit : *Qui facit angelos suos spiritus* [10]. Et similitudinem ipsorum ad animas nostras innuens inquit : *Velociter exaudi me, Domine, quia defecit spiritus meus* [11].

INTERROGATIO LX.

Quomodo vero ignis apud nos habet vim urendi ligna et quamlibet materiam ; supernus autem non adurit aridas arbores, aut ovium vellera, vel capillos nostros soli expositos ?

Responsio.

Sit ipse hac in parte sol prædagogus noster, ac doceat nos tam sui, quam ejus qui apud nos est, ignis cognationem. Nam sæpenumero aliqui caprarii, aut bubulci, aut pastores equorum in tabernaculis solitariis agentes, cum coquere carnes aut frumenta volunt, mundo vitreo vase aqua impleto, si ex opposito solarium radiorum id tenuerint, tetigerintque cum vase aquario lignum aridum, a superno lumine ignem concipiunt.

INTERROGATIO LXI.

Tenebras quis fecit ? Num Deus ? an ab initio fuerunt ? Aut num diabolus eas fecit, ut adversarius lucis ? Arbitrantur enim plerique, quod ab initio fuerint ante mundum. Nusquam enim Moses dicit, quod aliquis tenebras fecerit, sed quod fuerint.

ΠΕΥΣΙΣ ΝΗ'.

Καλῶς μὲν ἔχει τὰ εἰρημένα, ἀλλὰ ἡμῖν περὶ ἀστραπῆς ἡ ζήτησις. Ἀλλὰ περὶ γενέσεως πυρός, ποῦ εἶπεν ὁ Θεὸς, Γενηθήτω πῦρ;

Ἀπόκρισις.

Μωσῆς γράφει· *Καὶ εἶπεν ὁ Θεός· Γενηθήτω φῶς, καὶ ἐγένετο φῶς*, ἡ τοῦ πυρὸς δηλονότι φύσις. Οὐ γὰρ μόνον τὸ παρ' ἡμῖν πῦρ ὑπάρχει, ἀλλὰ καὶ αἱ ἄνω δυνάμεις πῦρ εἶναί μοι δοκοῦσι, συγγενεῖς (19') τοῦ παρ' ἡμῖν.

ΠΕΥΣΙΣ ΝΘ'.

Καὶ πῶς τὸ ἄνω τοῦ παρ' ἡμῖν ἐστι συγγενὲς, τοῦ μὲν ἀσβέστου ὄντος, τοῦ δὲ σβεννυμένου ;

Ἀπόκρισις.

Παραπλησίως ἀγγέλων καὶ τῶν ἡμετέρων ψυχῶν τὸ ὅμοιον ἔχειν φημί. Ἀμφότερα γὰρ πνεύματα ὑπάρχει, παρὰ Θεοῦ τὴν γένεσιν ἔχοντα, τὰ μὲν ἐν τοῖς σώμασιν ἡμῶν λαμπάδων δίκην φαίνοντα, καὶ οἱονεὶ σβεννύμενα τῇ διαζεύξει, τῆς ἐνεργείας παυόμενα. Φῶς γὰρ καὶ βροτοὶ παρὰ τοῖς πάλαι σοφοῖς προσαγορεύονται, ὡς μικρὸν ὕστερον ἀποδείξω, τοῦ λόγου προϊόντος ἐπὶ τὴν ἡμετέραν γένεσιν. Τοὺς δ' ἀγγέλους φημὶ πνεύματα ἄσβεστα, μὴ ἔχοντα σωματικὴν συνάφειαν καὶ διάστασιν. Τὴν δὲ ψυχῶν καὶ ἀγγέλων ὁμοιότητα, καὶ οἱ τρεῖς ἅγιοι παρέστησαν παῖδες, *Εὐλογεῖτε*, φάσκοντες, *πνεύματα καὶ ψυχαὶ δικαίων, τὸν Κύριον*. Καὶ πάλιν ἐν μελῳδίαις ὁ Δαβὶδ φησιν· *Ὁ ποιῶν τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ πνεύματα*. Τὸ δ' ὅμοιον αὐτῶν πρὸς τὰς ἡμῶν ψυχὰς παριστῶν, φησί· *Ταχὺ εἰσάκουσόν μου, Κύριε, ἐξέλιπε τὸ πνεῦμά μου.*

ΠΕΥΣΙΣ Ξ'.

Καὶ πῶς τὸ παρ' ἡμῖν πῦρ, καυστικὸν ὑπάρχει τῶν ξύλων, καὶ πάσης ὕλης· τὸ δ' ἄνω οὐ φλέγει τὰ ξηρὰ τῶν δένδρων, ἢ τὰ ἔρια τῶν προβάτων, ἢ τὰς ἡμῶν τρίχας ἡλιωμένας ;

Ἀπόκρισις.

Ὁ ἥλιος μὲν παιδαγωγὸς γένηται, διδάσκων ἡμᾶς τοῦ οἰκείου πυρὸς καὶ τοῦ παρ' ἡμῖν τὴν συγγένειαν. Πολλάκις γάρ τινες τῶν αἰπόλων ἢ βουκόλων ἢ ἱπποφορβῶν, ἐν σκηναῖς ἐπ' ἐρήμων διάγοντες, πέψαι κρέα ἢ σῖτα βουλόμενοι, ὑάλου καθαρᾶς σκεῦος πληρώσαντες ὕδατος, καὶ ἀντικρὺ τῶν ἡλιακῶν ἀκτίνων κρατήσαντες, εἰ ψαύσειαν τῇ ὑδροχόῃ ὑπόδος ξηρᾶς, ἐκ τῆς ἄνωθεν φρυκτωρίας τὸ πῦρ ἐφυτεύσαντο.

ΠΕΥΣΙΣ ΞΑ'.

Τὸ σκότος τίς ἐποίησε; ἢ ἀρχίγονον (20) ἦν, ἢ ὁ διάβολος αὐτὸ ἐποίησεν, ὡς ἀπεναντίας τοῦ φωτός ; Νομίζομεν δὲ, ὅτι ἦν ἀρχαῖον πρὸ τοῦ κόσμου. Οὐδαμοῦ γὰρ λέγει Μωσῆς, ὅτι ἐποίησέ τις τὸ σκότος, ἀλλ' ὅτι ἦν.

[8] Gen. I, 3. [9] Dan. III, 86. [10] Psal. CIII, 4. [11] Psal. CXLIII, 7.

(19') Συγγενεῖς. Forte συγγενές. Edit.

(20) Ἀρχίγονον. Forte ἀρχέγονον. Ed.

Ἀπόκρισις.

Οὔτε ὁ Θεὸς αὐτὸ ἐποίησεν, οὔτε ὁ διάβολος, οὔτε προῦπῆρχε τοῦ ὁρωμένου κόσμου· πᾶσαι γὰρ ἐν φωτὶ διῆγον αἱ ἄσαρκοι τῶν ἀγγέλων χορεῖαι, καὶ πρὸ τοῦ γενέσθαι τὸν κόσμον· ἀλλ' ὑπερταθέντος τοῦ οὐρανίου σώματος, ὥσπερ ἐκ φράγματός τινος τῷ ἀποσκιάσματι παρυπέστη τὸ σκότος, κατὰ τὴν εἰκόνα τοῦ ἐν σταθηρᾷ μεσημβρίᾳ, σκηνὴν ἐκ πυκνῆς τινος καὶ στεγανῆς ὕλης ἑαυτῷ περιπηξάμενος. Ὁμοίως καὶ ἐκ τῶν ναυτιλλομένων παιδευόμεθα, κατὰ τῆς ἐπομβρίας ὑπερτάσει δέρρεων ἐπισκοτούντων τὴν ὁλκάδα. Ἢ εἰ μὴ τοῦτο, δοκεῖ μοι, ἐκ τῆς ὁμιχλώδους ἀναθυμιάσεως τῆς ἀβύσσου παχυνομένης τῆς ἀχλύος καὶ τῶν ἀτμῶν, τὸ σκότος συνίστασθαι πέφυκε. *Καὶ εἶπεν ὁ Θεός· Γενηθήτω φῶς.* Πρώτη Θεοῦ φωνὴ φῶς ἐδημιούργησεν, ὅπερ καὶ ἡμέραν ἐκάλεσεν, ἡδείᾳ τινὶ προσηγορίᾳ τιμήσας τὸ πρᾶον καὶ ἥμερον. Ἔστι μὲν γὰρ καὶ ἕτερα ἱστορῆσαι φῶτα παρ' αὐτοῦ γενόμενα· οἷον, τὸ πῦρ ὡς τῷ Μωσεῖ φανταζόμενον, ἡνίκα τὴν βάτον ἔκαιεν, οὐ κατέκαιε δέ, ἵνα καὶ τὴν φύσιν παραδείξῃ, καὶ γνωρίσῃ τὴν δύναμιν· φῶς τὸ ἐν στύλῳ πυρὸς τοῦ Ἰσραὴλ προηγούμενον, καὶ ἡμερῶσαν τὴν ἔρημον· φῶς τὸ τοὺς ποιμένας περιαστράψαν· φῶς τὸν Ἠλίαν ἁρπάσαν ἐν τῷ πυρὸς ἅρματι, καὶ μὴ συμφλέξαν τὸν ἁρπαζόμενον· φῶς τὸ τοὺς ποιμένας περιαστράψαν, ἡνίκα τὸ ἄχρονον φῶς τῷ χρονικῷ ἐπεφοίτησε, Χριστός· φῶς τὸ τοῦ δραμόντος ἀστέρος ἐν Βηθλεὲμ, ἵνα καὶ Μάγους ὁδηγήσῃ, καὶ δορυφορήσῃ τὸ ὑπὲρ ἡμᾶς φῶς μεθ' ἡμῶν γενόμενον· φῶς ἡ παραδειχθεῖσα θεότης ἐπὶ τοῦ ὄρους τοῖς μαθηταῖς, μικροῦ στερρότερα καὶ ὄψεως· φῶς ἡ Παῦλον περιαστράψασα φαντασία, καὶ πληγῇ τῆς ὄψεως τὸν σκότον τῆς ψυχῆς θεραπεύουσα· φῶς καὶ ἐκεῖθεν λαμπρότης τοῖς ἐνταῦθα κεκαθαρμένοις, ἡνίκα ἐκλάμψουσιν οἱ δίκαιοι, ὡς ὁ ἥλιος, ὧν ἵσταται ὁ Θεὸς, ἐν μέσῳ θεῶν καὶ βασιλέων διαστέλλων, καὶ διαιρῶν πρὸς ἀξίαν ἑκάστῳ τῶν βεβιωμένων τὰ ἔπαθλα τῆς ἐκεῖθεν μακαριότητος· φῶς καὶ ἡ τῷ προπάτορι ἡμῶν δοθεῖσα ἐν παραδείσῳ ἐντολή· *Λύχνος γὰρ τοῖς ποσί μου ὁ νόμος σου καὶ φῶς ταῖς τρίβοις* (21) *μου*, φησὶν ὁ Δαβὶδ, ὁ τῶν θείων μελῳδός. Φῶς ἐστιν καὶ ἡ ἐν ἡμῖν τοῦ λόγου δύναμις, κατευθύνουσα ἡμῶν τὰ κατὰ Θεὸν διαβήματα· φῶς καὶ τὸ ὑπὲρ Θεοῦ μαρτυρῆσαν καὶ τὸ πρὸς αὐτὸν πυρσῷ τῆς θεότητος πατῆσαν τὴν φλόγα τῆς πλάνης, ὡς οἱ περὶ Ἀνανίαν ἐν Βαβυλῶνι, ἐν μέσῃ καμίνου φλογὶ χορεύοντες, μηδὲ τῶν σαραβάρων αὐτοῖς φθειρομένων· φῶς παρὰ ταῦτα ἰδιοτρόπως ὁ τοῦ βαπτίσματος φωτισμός· φῶς ὑπὲρ πάντα, ἡ ἐν τῇ θείᾳ Τριάδι ἰσοκλεὴς καὶ ἀμώμητος πίστις. Καὶ εἶπεν ὁ Θεός· *Γενηθήτω φῶς, καὶ ἐγένετο φῶς. Καὶ ἐκάλεσεν ὁ Θεὸς τὸ φῶς ἡμέραν, καὶ τὸ σκότος ἐκάλεσε νύκτα.*

Responsio.

Ἀλλ' ἐπὶ τὸ προκείμενον τοὺς οἴακας τοῦ λόγου τρέψωμεν, τοῖς προφητικοῖς ἑπόμενοι δόγμασιν. Οὐδέπω γὰρ ἔμψυχον τὴν γῆν ἀποφαίνονται, ἀλλὰ θείᾳ ῥώμῃ καὶ πνεύματι ἐμψυχοῦσθαι τὰ ἐκείνης ἀποβράσματα· τοῦ μὲν Θεσπεσίου Δαβὶδ μελῳδοῦντος· *Ἀποστελεῖς τὸ Πνεῦμά σου, καὶ κτισθήσονται* · τοῦ δὲ Ἡσαΐου ὡς ἐκ προσώπου τοῦ Θεοῦ διαῤῥήδην βοῶντος · *Ἐγὼ ὁ Θεὸς ὁ ποιήσας οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, καὶ διδοὺς πνοὴν ζωῆς τοῖς πατοῦσιν αὐτήν.*

Sed ad propositum sermonem gubernacula vertamus, prophetica secuti dogmata. Nusquam enim terram animatam pronuntiant, sed divina virtute et spiritu animari ex ipsa pullulantia, divino quidem Davide canente, *Mittes Spiritum tuum, et creabuntur*[76] : Isaia vero velut in persona Dei manifesto clamante : *Ego Deus qui feci cœlum et terram, et qui do flatum vitæ omnibus calcantibus eam*[77].

ΠΕΥΣΙΣ ΡΓ'.

Οὐδὲν μυκώμενον, ἢ ὠρυόμενον, ἄψυχον λέγομεν ὑπάρχειν· πῶς ὠρυᾶται (36) ἡ γῆ, εἴπερ ἄψυχός ἐστι, καὶ μυκᾶται σειομένη ;

Ἀπόκρισις.

Ὁμοίως τῇ θαλάττῃ τοῖς ὑπογείοις πνεύμασι διογκουμένη, οἷον ῥοιζόν τινα ἢ μυκηθμὸν ἀποδίδωσι. Καὶ γὰρ ἐκείνη πολλάκις τῇ ἀναθυμιάσει τοῦ βυθοῦ σαλευομένη καὶ ἐξοιδαίνουσα, ἦχον ἀποτελεῖ, προσαραττομένη ἑαυτὴν τρικυμίαις · τοῦ δὲ πνεύματος ἠρεμοῦντος εἶ (37) ἄψυχος · βοῶσα δὲ καὶ κοιμωμένη, βαθεῖαν ἔχει γαλήνην. Ἣν δοκεῖτε τὰς ὑδρίας, ἢ τοὺς πίθους, ἔμψυχα ὑπάρχειν, ὧν ἀκούομεν ῥοιζούντων καὶ μυκωμένων τῇ τοῦ ἀερίου πνεύματος διαφοιτήσει ; Σφαττομένης δὲ τῆς αἰγὸς καὶ πτησσομένης πάντη (38) δῆλον ἄψυχον ὑπάρχειν τὸ κώδιον· εἰς ἀσκὸν δ' ἐξεργασθέντος, καὶ πνεύματι διαταθέντος, εἶτα πάλιν τῷ πιεσμῷ τῶν χειρῶν ἡμῶν ἐκπνεόμενος, πῶς ῥοιζόν τινα, ἢ μυκηθμὸν ἀποδίδωσιν ὁ ἄψυχος ; Πῶς δὲ πάλιν τῷ μουσικῷ ὑποπνέον ὀργάνῳ, τῇ ποδηγίᾳ τοῦ ἀστάτως ἐφεστῶτος πᾶν μέλος διακεχυμένον, γοερόν τε καὶ ὕπτιον διὰ τῶν αὐλῶν ἐκφωνῇ ; ἆρ' οὖν παρὰ τούτου ἐμψύχους ἐροῦμεν τὰς ὑποπνεομένας τοῖς μουσικοῖς ὀργάνοις τῇ βροτῶν ἐπινοίᾳ ; τὰς δὲ κιννυρικὰς χορδὰς, καὶ τὰς τυμπανικὰς δέρρεις τινύσας καὶ βομβούσας, καὶ μυκωμένας τῇ ἁφῇ καὶ τῷ πλήκτρῳ τοῦ κατέχοντος ; Οὕτως μοι νόει καὶ τὴν γῆν ἐνεργείᾳ τινὸς ἑτέρου μυκωμένην καὶ σειομένην.

INTERROGATIO CIII.

Nihil quod mugit aut rugit, inanimum esse dicimus; quomodo igitur rugit terra, si quidem inanimata est, et quomodo mugit quando concutitur?

Responsio.

Similiter ac mare subterrancis spiritibus intumescens, quasi stridorem aliquem aut mugitum reddit. Etenim illud sæpenumero evaporante profundi æstu commotum et exundans, sonitum efficit, allidens semetipsum procellis vehementioribus. Quiescente vero flatu, velut inanimatum haud clamat, sed sopitum profunditatis tranquillitatem habet. Cæteroqui num putatis aquaria vasa vel dolia animata esse, quæ audimus stridentia et mugientia, cum penetrat aerius spiritus? occisa vero capra et excoriata, cuivis constat ipsam pellem inanimam esse; in utrem vero cute commutata et spiritu distenta, deinde rursus compressione manuum nostrarum emisso flatu, quomodo stridorem quemdam aut mugitum reddit inanimata? Quomodo item musico serviens instrumento, ductu hominis varie illo utentis quodvis carmen efficitur, ac tam lugubriter quam remisse per fistulas resonat? Num igitur animatas dicemus quod inflatæ musicis insonant instrumentis hominum excogitatione? Item citharārum chordas, et tympanorum pelles tinnitus et sonos edunt, perque tactum ejus a quo tenentur, strepunt. Ad hunc modum cogita et terram, per alterius alicujus operationem, mugire et concuti.

ΠΕΥΣΙΣ ΡΔ'.

Πῶς οὖν οἱ τρεῖς παῖδες πᾶσαν τὴν κτίσιν ἔμψυχον παριστῶσιν, ᾄδοντες ἐν τῇ καμίνῳ, *Εὐλογεῖτε, πάντα τὰ ἔργα Κυρίου, τὸν Κύριον· ὑμνεῖτε καὶ*

INTERROGATIO CIV.

Quomodo igitur tres illi pueri omnem creaturam animatam innuunt, canentes in fornace : *Benedicite, omnia opera Domini, Dominum, celebrate et*

[76] Psal. CIII, 30. [77] Isa. XLII, 5.

(36) *Ὠρυᾶται.* Forte ὠρύεται. Edit.
(37) *Εἶ.* Forte ἐστί. Ib.
(38) *Πτησσομένης πάντη.* Forte πτισσομένης, παντί. Ib.

exaltate ipsum in sæcula. Benedicite, angeli, cæli, terra, sol, luna, astra, rores, pluviæ nivales, glacies, nives, lux, tenebræ, noctes, dies, montes, colles, mare, flumina [78], et omnia quæ sequuntur ? Nam hoc esse illa animata significatur.

Responsio.

At non omnia animata ostendit esse illorum sanctorum hymnus, præter homines, etiam bestias et cetos et cætera terrestria et aquatilia. Angeli enim benedicunt ut rationales spiritus et ministeriales ; cæli autem, non sermone et voce, sed suppeditatione imbrium et firma constitutione ; sol autem et luna, exortu et mutua vicissitudine cursus et radiorum ejaculationibus. Præterea processione ordinata lucifer quidem diem annuntiat, hesperus vero diversum. Pleias conspecta securitatem navigantibus pollicetur ; occidens vero contrarium . . . . . aliquando quidem ad matutinas, aliquando vero ad vespertinas partes axem flectens, noctem et lucem significat. Terra vero fructibus benigniter fovens mortales, laudat Dominum. Mare prosperitate profectionum, et lignis permeabile, piscesque nobis proferens et conservans, Dominum laudat. Animalia autem bruta, et homines : nos quidem cum ratione laudes offerimus, illa autem portantia laudantes et vota facientes, ordinate ab illis gubernata et in timore cohibita, Dominum prædicant ; nihil enim minus quam pro nobis ipsis, etiam pro jumentis orare consuevimus.

INTERROGATIO CV.

Si in firmamento fixa sunt astra et luminaria, consistit autem immobile, ut dicitur, cœlum, quomodo currit per ipsum sol et luna, non secantes ipsius substantiam ? quomodo item in glacie figi potest ignis, ita ut non solvatur ?

Responsio.

Non sunt fixa, sed sub firmamento aptata, et feruntur quidem in æthere levitate naturæ, currunt vero sub firmamento : illius quidem refrigeratione secundum proportionem ad inferiora compulsa, verum aeris subjecta crassitudine sublata. Omnibus enim creatis levior est ignis natura, ideoque angeli etiam hanc sortiti sunt. *Qui facit angelos suos spiritus, et ministros suos, ignis flammam* [79], inquit in melodiis Davides. In Epistolis autem Paulus : *Astra superant luminaria levitate ignis.* Penitus autem ad firmamentum appellere, aut ejus aliquam partem inflammare non possunt, propter aspirans desuper frigus cœlestium aquarum.

INTERROGATIO CVI.

At quomodo ventorum violentia in astra non impinguut, aut impediuntur cursu ?

Responsio.

Spirant inferne flatus, et sub sole feruntur nubes, ut in alto meridie videre licet, quomodo nu-

[78] Dan. III, 57 seqq. [79] Psal. CIII, 4.

ὑπερυψοῦτε αὐτὸν εἰς τοὺς αἰῶνας. Εὐλογεῖτε, ἄγγελοι, οὐρανοί, γῆ, ἥλιος, σελήνη, ἄστρα, δρόσοι, ὑετοὶ, πάγοι, χιόνες, φῶς, σκότος, νύκτες, ἡμέραι, καὶ ὥρη καὶ βουνοὶ, θάλασσαι καὶ ποταμοὶ, καὶ πάντα ἃ καθ' ἑξῆς ἔμψυχα παριστῶσιν ;

Ἀπόκρισις

Ἀλλ' οὐ πάντα ἔμψυχα δείκνυσιν ὁ τῶν θεσπεσίων ὕμνος, πλὴν ἀνθρώπων, θηρίων καὶ τῶν κητῶν, καὶ τῶν λοιπῶν χερσαίων τε καὶ ἐνύδρων. Ἄγγελοι γὰρ εὐλογοῦσιν, ὡς λογικὰ πνεύματα καὶ λειτουργικά· οὐρανοὶ δὲ οὐ λόγῳ καὶ φωνῇ, ἀλλὰ τῇ χορηγίᾳ τῶν ὄμβρων καὶ τῇ ἑδραίᾳ στάσει, ἥλιος δὲ καὶ σελήνη τῇ ἀνατολῇ καὶ ἀντιπαραδόσει τοῦ δρόμου, καὶ ταῖς βολαῖς τῶν ἀκτίνων. Ἄρα δὲ τῇ εὐτάκτῳ χορείᾳ φωσφόρος μὲν ἑωσφόρος τὴν ἡμέραν εὐαγγελίζεται, ἕσπερος δὲ τοὐναντίον. Πλειὰς ὁρωμένη, τὸ ἀκίνδυνον τοῖς ναυτίλοις ἐπαγγέλλεται· δύνουσα δὲ, τοὐναντίον. Ἡ ἀπήνοια (39), ποτὲ μὲν ἐπὶ τὰ ἑσπέρια τὸν ἄξονα τρέπουσα, νυκτὸς καὶ ἐπιφαύσεως ὑπάρχει σημαντική· γῆ δὲ, τοῖς ἐκφορίοις δεξιουμένη βροτοὺς, ὑμνεῖ τὸν Κύριον. Θάλαττα καλωδίοις καὶ ξύλοις πεζευομένη, καὶ ἰχθῦν ἡμῖν ἀποκύουσα καὶ φοροῦσα, ὑμνεῖ τὸν Κύριον· τὰ δὲ ἄλογα ζῶα καὶ ἄνθρωποι, οἱ μὲν διὰ τοῦ λόγου τοὺς ὕμνους ἀναφέρομεν, τὰ δὲ τοὺς ὑμνοῦντας φέροντα εὐξομένους, εὐτάκτως ἡνιοχούμενα, καὶ φόβῳ χαλινούμενα, ὑμνεῖ τὸν Κύριον. Οὐδὲν γὰρ ἧττον, ὡς ὑπὲρ ἑαυτῶν, κτημάτων εὐχόμεθα.

ΠΕΥΣΙΣ ΡΕ'.

Εἰ ἐν τῷ στερεώματι πεπήγασι τὰ ἄστρα καὶ οἱ φωστῆρες, ἵσταται δὲ ἀκίνητος, ὡς λέγεις, ὁ οὐρανός· πῶς τρέχει δι' αὐτοῦ ὁ ἥλιος καὶ ἡ σελήνη, μὴ τέμνοντες αὐτοῦ τὴν οὐσίαν ; πῶς δὲ καὶ δυνατὸν ἐμπαγῆναι πῦρ, ἐκείνου μὴ λυομένου ;

Ἀπόκρισις.

Οὐ πεπήγασιν, ἀλλ' ὑπήρτηνται τοῦ στερεώματος· ἐποχούμενοι μὲν τῷ αἰθέρι κουφότητι φύσεως, ὑποθέοντες δὲ τοῦ στερεώματος· τῇ μὲν ἐκείνου καταψύξει ἀναλόγως πρὸς τὸ κάτω συνωθούμενοι, τῇ δὲ ὑποκειμένῃ τοῦ ἀέρος παχύτητι ἀνεχόμενοι. Πάντων γὰρ κτιστῶν κουφοτέρα ἡ τοῦ πυρὸς ὑπάρχει φύσις· διὸ καὶ ἄγγελοι ταύτης ἔλεγχον (40). Ὁ ποιῶν γὰρ *τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ πνεύματα, καὶ τοὺς λειτουργοὺς αὐτοῦ πυρὸς φλόγα*, φησὶν ἐν μελῳδίαις ὁ Δαβίδ· ἐν Ἐπιστολαῖς δὲ ὁ Παῦλος· *Τὸν ἀέρα οὖν ὑπερίπτανται οἱ φωστῆρες κουφότητι φύσεων* (41). Προσβαλεῖν δὲ τῷ στερεώματι, ἢ παραχωνεῦσαι αὐτοῦ τι, οὐχ οἷοί τε καθεστήκασιν τῇ ὑπερπνεούσῃ ψυχρότητι τῶν οὐρανίων ὑδάτων.

ΠΕΥΣΙΣ ΡΣ'.

Καὶ πῶς τῇ τῶν ἀνέμων βίᾳ τοῖς ἄστροις οὐ προσκρούονται, ἢ τὸν δρόμον οὐ κωλύονται ;

Ἀπόκρισις.

Ὑποπνευματεῖ τὰ πνεύματα, καὶ αἱ νεφέλαι ὑποφέρονται τοῦ ἡλίου, ὡς ἔστιν ἀθρῆσαι ἐν σταθηρᾷ

(39) Ἀπήνοια. Leg. ἀπήνη, *currus:* constellatio.
(40) Ἔλεγχον. Forte ἔλαχον. Edit.

(41) *Τὸν ἀέρα... φύσεων.* Hæc verba in Epistolis Paulinis nusquam exstant.

μεσημβρίᾳ, νεφῶν κινουμένων ὑποσκιάζεσθαι τὸν ἥλιον ὑπεριπτάμενον· ἡ δὲ τοῦ πνεύματος βία πρόσγειος τυγχάνουσα, εἰκότως ἐκμοχλεύει τὴν ἄβυσσον, καὶ πάσσει τὸν ἀέρα κόνει. Πῶς δὲ ἡ τῶν πνευμάτων βία ἕνα οἰκίσκον, ἢ λίθον κινῆσαι οὐχ οἵα τε ὑπάρχουσα, κινήσει ποτὲ, ἢ μεθιδρύσει τὸν πάσης πόλεως μεγέθει ὑπεροέχοντα ἥλιον, ἢ τοῖς ἄστροις προσαρράξειεν;

ΠΕΥΣΙΣ ΡΖ'.

Εἰ μηδὲν πρὸς τὴν ἀναγέννησιν συντελοῦσιν οἱ ἀστέρες, οὐδὲ ἔστιν ἐκεῖθεν τὰ ἡμέτερα στοχάσασθαι, πῶς τῇ γεννήσει τοῦ Χριστοῦ ἀστὴρ ἐπανέτειλεν, ὁδηγὸς τοῖς Μάγοις γενόμενος; πῶς δ' ἐκεῖνοι βασιλικὸν ἐπιγνόντες τὸν ἀστέρα, πρὸς τὴν ὁδοιπορίαν ἐκινήθησαν, προσκυνῆσαι τὸ παιδίον ὑπὸ τοῦ ἀστέρος ἐπεγόμενοι;

Ἀπόκρισις.

Σαμαριτῶν καὶ Σαδδουκαίων ἀγγέλους μὴ δεχομένων, εἰκότως ἀστέρα τὸν ἄγγελον ὁ θεῖος εὐαγγελιστής φησιν. Ἄλλως τε δὲ καὶ τὸ σέβας τῶν ἄστρων, εἰς Χριστὸν ἐπισπώμενος, τῆς πολυθέου πλάνης ἀπάγων βροτοὺς, ὡς ἀστέρα τὸν ἄγγελον ὁδηγὸν τῆς προσκυνήσεως τίθησιν. Οὐ γὰρ ἑτέρως οἱ Μάγοι εἰς προσκύνησιν συνηγέρθησαν, ἢ ἐν φαντασίᾳ τοῦ σφῶν σεβάσματος. Ἀτονωτέρας δὲ καὶ ἀνισχύρου τῆς μαγείας γινομένης, τῇ θεανδρικῇ γεννήσει τοῦ θεμελιώσαντος τοὺς ἀστέρας, καὶ τάξιν αὐτοῖς ὁρίσαντος, αἰσθόμενοι οἱ ἐκεῖνα πλανώμενοι Χαλδαῖοι, καὶ ἀνασφαλίσαντες ποτνιᾶσθαι λυτῆρι τῆς πλάνης, αὐτομολοῦσιν, εὐαγγελισταὶ καὶ πρῶτοι κήρυκες ἐθνῶν τῆς θεανδρικῆς ἐπιφοιτήσεως. Ἀναστάντες οὖν, τῆς προφητείας τοῦ ὑψηλοῦ Ἡσαΐου ἐπαΐοντες, βοῶντος· *Παιδίον ἐγεννήθη ἡμῖν, υἱὸς καὶ ἐδόθη ἡμῖν, καὶ καλεῖται τὸ ὄνομα αὐτοῦ Μεγάλης βουλῆς ἄγγελος, Θαυμαστὸς σύμβουλος, Θεὸς ἰσχυρὸς, Ἐξουσιαστὴς, Ἄρχων εἰρήνης, Πατὴρ τοῦ μέλλοντος αἰῶνος*. Τὰ δὲ πρὸ πεντακοσίων ἐτῶν ὑπὸ τοῦ θεσπεσίου προφανθέντα, καὶ μὴ ἀκούσαντες ἔργῳ παρέδωκαν, τοὺς νόμῳ καὶ προφήταις σχολάζοντας ἀνοήτους Ἰουδαίους, τῇ πίστει προβαίνοντες. Ὅτι δὲ οὐκ ἀστὴρ, ἀλλὰ νοερά τις καὶ λογικὴ ὑπῆρχε δύναμις ὁ τῶν Μάγων καθηγητὴς, ἐξ αὐτῆς παιδευόμεθα τῆς ἐκείνου κινήσεώς τε καὶ στάσεως. Τῶν γὰρ ἀστέρων οἱ μὲν ἀεικίνητοι, οὐκ ἠρεμοῦσι τῆς κινήσεως· οἱ δὲ ἱστάμενοι οὐ κινοῦνται. Οὗτος δὲ ἀμφιδέξιος φαίνεται, κινούμενος καὶ ἱστάμενος, καὶ ἀποκρυπτόμενος τοὺς ὁδηγουμένους· ὅπως πυθομένων αὐτῶν, *Ποῦ ὁ τεχθεὶς βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων*; ταραχθῇ ὁ Ἡρῴδης, καὶ πᾶσα Ἱεροσόλυμα, καὶ διαβοηθῇ ὁ θεῖος τόκος καὶ θρυλλούμενος ὑπὸ τῶν Μάγων, τοῦ καθηγεμόνος αὐτοῖς ἀποκρυβέντος. Πάλιν δὲ ἀναφανεὶς, ἐλθὼν ἔστη ἐπὶ τοῦ ἄντρου, οὗ ἦν τὸ παιδίον, φησὶν ὁ ὑψηλὸς Ματθαῖος. Εἰ γὰρ μὴ ἐκ διαλειμμάτων ἐφάνη, οὐκ ἂν ἐσείσθη Ἱεροσόλυμα τῇ πεύσει τῶν Μάγων, οὐκ ἂν ἐθυμώθη Ἡρῴδης περὶ βασιλέως ἀκούων· ἢ (42) νοερά τις καὶ λογικὴ δύναμις ὁ ἀστὴρ

[80] Isa. IX, 6. [81] Matth. II, 2.

(42) Ἢ. Forte εἰ. Edit.

bibus agitatis supervolans inumbretur sol. Flatus autem violentia terræ contermina cum sit, merito commovet abyssum, et in aera spargit pulverem. Quomodo vero flatuum vis exiguam aliquam domum aut lapidem movere cum non possit, movebit aliquando vel transferet solem quavis civitate majorem, aut ad astra collidet?

INTERROGATIO CVII.

Si nihil ad hominum nativitatem conferunt stellæ, neque possunt inde indagari quæ nobis accidunt, quomodo in nativitate Christi exorta est, quæ Magis dux viæ fieret? At quomodo illi regalem agnoscentes stellam, ad iter suscipiendum moti sunt, ad adorandum puerum per stellam deducti?

Responsio.

Quia Samaritani et Sadducæi angelos non recipiebant, merito stellam angelum divus evangelista vocat. Sed et cultum astris impensum ad Christum trahens, a multorum deorum errore mortales reducendo, velut stellam ponit angelum, viæ adorationis ducem. Non enim alia re Magi ad adorationem excitati sunt, quam opinione sui cultus. Cum autem remissior et infirmior magis facta fuisset per deificati hominis nativitatem, qui stellas fundaverat, et ordinem ipsis præscripserat, re intellecta errantes illi Chaldæi, confirmato ad supplicandum animo expiato errore, sua eunt sponte, tanquam evangelistæ et primi præcones gentium de divini hominis adventu. Surgentes igitur prophetia eximii Isaiæ audita, clamant: *Puer natus est nobis, et filius datus est nobis, et vocabitur nomen ejus, Admirabilis consiliarius, Magni consilii nuntius, Deus fortis, Dominator, Princeps pacis, Pater futuri sæculi* [80]. Hoc autem cum ante quingentos annos ab illo viro sancto prædictum fuisset, licet illi non audivissent, tamen re ipsa demonstrarunt, legi et prophetis vacantes, Judæos intelligentiæ expertes esse, atque ita in fide pergunt. Quod vero non stella, sed intellectilis quædam et rationalis potestas fuerit ille Magorum dux, ex ipsa discimus tum motione tum institutione. Nam stellarum illæ quidem quæ semper sunt mobiles nunquam a motu quiescunt; quæ vero fixæ sunt, non moventur. Hæc autem utrumque recipere videtur, nimirum quæ et mobilis esset et fixa, atque etiam ab iis qui ducebantur, sese subduceret: ita ut interrogantibus ipsis: *Ubi est natus ille rex Judæorum* [81]? turbatus sit rex Herodes et tota Hierosolyma, et divulgatus divinus partus, lateque sparsus a Magis, propter ademptum viæ ducem. Rursus autem apparens, constitit supra antrum ubi infans erat, inquit eximius Matthæus; nam nisi per intermissionem apparuisset, non fuisset commota Hierosolyma interrogatione Magorum, neque irritatus fuisset He-

rodes, de rege audiens. Nisi intellectilis aliqua et rationalis potentia illa stella fuisset, non utique ejus qui natus erat, ministram se declarasset. Nunc autem quod circa reges fieri solet, vocat quidem et præcedens divinus hic cursor deducit ad regem aliquos; postquam vero ad portam latioris plateæ venerint, vocatos ad limina stare jubet, usque dum adventum ipsorum regi significaverit, sicque deinceps ad ipsos reversus, ad tectum aureum et ad regem intus sedentem deducit. Ita hic stella quidem conspicitur, angelus autem esse intelligitur, et gentium dux. Quænam cæteroqui vobis videtur esse maxima stella? Num sol? Omnino dices maximum esse sidus solem. Quis igitur cum est in medio cœlo constitutus, dicere queat, quamnam urbium aut vicorum præcise ostendat, aut quamnam domum quasi digito designet? Compara igitur stellam cum sole, velut muscam vinariam ad elephantem, et astrum divinum ad omnium maximam civitatem, veluti cum camelo culicem. Si igitur non scimus quam maximarum urbium designet superne imminens ille luminarium rex, quomodo stellam exiguam ostendere speluncam dicam, si non angelus fuit, propinquum terræ in sublimi iter faciens, et Dominum indicans? Facessant igitur hinc cum sua dementia, qui stellam una cum uniuscujusque nostrum nativitate oriri putant, fabulosi nugatores, cum eodem moriente stellam quoque deficere delirantes. Cum enim duo tantum homines essent in mundo, Adamus inquam et Eva, plenum erat astris cœlum. Rursusque sublatis per aquas tempore gigantum omnibus animatis naturis, præter eos octo qui cum divino Noa servati sunt, non simul ablata sunt astra cum illis qui aqua deleti sunt, neque vel paululum a suo recesserunt ordine.

ἐγνωρίσθη, οὐκ ἂν οἰκέτης τοῦ γεννηθέντος ἐδείχθη. Νῦν δὲ, ὅπερ ἐπὶ τῶν βασιλέων δρᾶσθαι πέφυκε, φωνεῖ μὲν καὶ προηγεῖται ὁ θεῖος κοῦρσορ ἐπὶ τὸν βασιλέα τινάς· ἐπεὶ δ' ἂν ἐπὶ τῆς πύλης τῶν πλατῶν πλατειῶν (45) γένωνται, ἀφίτσι τοὺς κληθέντας ἐπὶ τῶν προαυλίων ἑστάναι, μέχρις ἂν μηνύσῃ τῷ βασιλεῖ τὴν αὐτῶν παρουσίαν· εἶθ' οὕτως πάλιν αὐτοῖς ἀναφανεὶς, ἐπὶ τὸν χρυσόροφον καὶ τὸν βασιλέα καθεζόμενον προηγεῖται, ἀστὴρ μὲν φαινόμενος, ἄγγελος δὲ νοούμενος ἐθνῶν ὁδηγός. Ἄλλως δὲ, τίς ὑμῖν δοκεῖ μείζων ὑπάρχειν ὁ ἀστὴρ, ἢ ὁ ἥλιος; Ἐρεῖς δὲ πάντως· Ὁ ἥλιος. Τίς οὖν, μεσουρανοῦντος αὐτοῦ, εἰπεῖν οἷός τε ὑπάρχει ποίαν τῶν πόλεων ἢ κωμῶν δι' ἀκριβείας καταμηνύει, ἢ τίνα οἶκον ὥσπερ δακτύλῳ σημαίνει; Σύγκρινον τοίνυν ἀστέρα πρὸς ἥλιον, ὡς ἐμπίδα (44) πρὸς ἐλέφαντα, καὶ τὸ θεῖον ἄστρον πρὸς τὴν πασῶν μείζονα πόλιν, ὡς πρὸς κάμηλον κώνωπα. Εἰ οὖν οὐ γινώσκομεν ποίαν τῶν μεγίστων πόλεων καταμηνύει ὑπερεστὼς ὁ τῶν φωστήρων ἄναξ, πῶς τὸν ἀμυδρὸν ἀστέρα καταμηνύειν τὸ σπήλαιον φήσωμεν, εἰ μὴ ἄγγελος ὑπῆρχεν πρόσγειον τὴν ἀκροπορίαν ποιούμενος, καὶ μηνύων τὴν δεσποτείαν; Παυσάσθωσαν τῆς παροινίας οἱ ἀστέρα ἑπανατέλλειν τῇ ἑκάστου ἡμῶν γενέσει οἰόμενοι, μυθολέσχαι τινὲς ὑπάρχοντες, καὶ συνεκλείπειν τῷ θνήσκοντι τὸν ἀστέρα ληροῦντες. Δύο γὰρ ἀνθρώπων ὄντων ἐν κόσμῳ, τοῦ Ἀδάμ φημι καὶ τῆς Εὔας, ὁ οὐρανὸς ἄστρων ἐπεπλήρωτο. Ὕδατι δὲ πάλιν ἀφανισθείσης ἐπὶ τῶν γιγάντων πάσης ἐμψύχου φύσεως, πλὴν ὀγδόου τοῦ θεσπεσίου Νῶε περισωθέντος, οὐ συναπῆχθη τὰ ἄστρα τοῖς ἐκτριβεῖσι τῷ ὕδατι, οὐδὲ βραχὺ τῆς οἰκείας παρεκινήθη τάξεως.

INTERROGATIO CVIII.

Quomodo vero Scriptura astrologum dicit Abrahamum? aut quomodo et alios invenimus plurimos, qui ex astris multa quæ fiunt apud nos prædicunt, veluti quod hic infans adultus, in homicidam evasurus sit, aut adulterum; ille vero in sobrium et modestiorem et fortunatum, beneficio sideris?

Responsio.

Patriarcham quidem Abrahamum historia astronomum vocans, nusquam ponit ipsum pro diis habuisse vel coluisse stellas. Verum ad agriculturam, et imbres, et siccitates tempestatesque ipse observasse patriarcha creditur, ut qui patre genitus esset gentili Thare, et cum Chaldæis versatus, qui multitudinem deorum credebant. Non enim juxta

ΠΕΥΣΙΣ ΡΙΗ'.

Καὶ πῶς ἡ Γραφὴ ἀστρολόγον τὸν Ἀβραὰμ λέγει; πῶς δὲ καὶ ἑτέρους πλείστους εὑρίσκομεν, ἀπὸ ἄστρων πολλὰ τῶν καθ' ἡμᾶς λέγοντας, ὅτι φονικὸν ἀποβήσεται τὸ παιδίον αὐξανόμενον, ἢ μοιχόν· τὸ δὲ ἕτερον, νηφάλιον, καὶ σωφρονέστερον, καὶ εὐτυχὲς, διὰ τὸ ἄστρον;

Ἀπόκρισις.

Ἡ μὲν ἱστορία τὸν πατριάρχην Ἀβραὰμ ἀστρονόμον φάσκουσα, οὐδέπω αὐτὸν θεοποιεῖν ἢ σέβειν τοὺς ἀστέρας παρίστησιν, ἀλλὰ πρὸς γεωργίας καὶ ἐομβρίας αὐχμούς τε καὶ χειμῶνας προσέχειν αὐτοῖς ὁ πατριάρχης πιστεύεται· καὶ ταῦτα πατρὸς ὑπάρχων Ἕλληνος τοῦ Θάῤῥα, καὶ Χαλδαίοις συνδιάγων πολυθεΐαν πυρέττουσιν. Οὐ γὰρ κατὰ ἀστρονομίαν,

(45) *Πλατῶν πλατειῶν.* Forte πλατῶν παλατίων, vel πλατέων παλ. Edit.

(44) *Ἐμπίδα.* Priores editiones ἔμπεδα· quæ quidem vox nihil huc facit: est enim ἔμπεδα, Hesychio auctore, ἐπιτηδῆ, ἀληθῆ, βέβαια, ἰσχυρὰ, ἀμετάλλακτα, ἀσφαλῆ. Hinc Leunclavius hiatum in sua versione relinquens, locum sic effert: *Compara igitur stellam cum sole, velut ... ad elephantem.* Mendum itaque sustulit Croius *Observ. in Nov. Test.* cap. xxviii, rescribens ἐμπίδα. Hesychio autem ἐμπὶς dicitur κώνωψ, ἢ εἶδος ζώου, παρὰ τοῖς ὕδασι γενόμενον [*f.* γεννώμ.] ὅμοιον κώνωπι, μεῖζον δέ. Croii restitutio probatur Cotelerio in not. ad cap. 19 *epist. S. Ignatii M. ad Magnesianos*, versionemque Leunclavianam ita supplet, prout edidimus: *Compara igitur stellam cum sole, velut muscam vinariam ad elephantem.* Neque aliter Grabius, *Spic. SS. Patr.* tom. I, pag. 557, licet Croii et Cotelerii haud meminerit.

ἀλλὰ θεοσέβειαν πρῶτον ἑαυτῷ, εἶθ' οὕτως Ἰσαὰκ τῷ παιδὶ, τὸ σιδήριον τῆς περιτομῆς τεθηγμένον ἐπήγαγεν. Οὐδὲ κατὰ ἀστρονομίαν, ἀλλὰ θεηγορίαν, ἐκ τῆς ἀγόνου καὶ παρήλικος συμβίου τὴν ἐκείνου γέννησιν ἐπιστώσατο· περὶ ἧς ἐκ νέας καὶ ἤδη σφριγώσης τῆς ἡλικίας, μέχρις αὐτῆς πολιᾶς καὶ βαθυτάτου γήρους, ἀλλήλοις συγκαθεύδοντες, οὐδέπω ἀστρονομίαις ἐπείθοντο. Οὐδ' αὖ πάλιν τοῦ ἀστροτέκτονος τὸν παῖδα πειραστικῶς αὐτὸν θύειν προστάξαντος, οὐδ' ἄστροις ἑπόμενος, ἀλλὰ Θεῷ πειθόμενος, τὴν Χαλδαίαν τῇ Μεσοποταμίᾳ Συρίας ἀμείβεται. Ἀξιῶ δέ σου τὴν ἀγχίνοιαν, ἀξιέραστε Κωνστάντιε, τῆς παρούσης θείας ὁμηγύρεως πρὸς τὴν ἀκρόασιν βραχὺ σιωπώσης, τὴν κατὰ σὲ ἀστρονομικὴν ἡμῶν γένεσιν διηγήσασθαί μοι, καὶ ἥτις αὐτῶν ὑπάρχει κρίσις καὶ συμπλοκή· οὕτω τῇ θείᾳ ῥώμῃ τε καὶ σοφίᾳ καθαιρουμένων τῶν παρὰ σοῦ δονουμένων δογμάτων, πάλιν διὰ νήψεως καὶ παιδείας κρειττόνων ὑπὸ σοῦ ἀνεγειρομένων, ὡς καὶ τοῦ ὑψηλοῦ Ἀποστόλου, καθαιρεθέντων μὲν τῶν νομικῶν, ἀνθυψωθέντων δὲ τῶν εὐαγγελικῶν, τῆς δὲ κακίας καταῤῥαγείσης καὶ κτιζομένης ἐπὶ τὸ κρεῖττον, καὶ εἰρήνης σοι πρὸς τὰ ἐμὰ γινομένης δόγματα, καὶ τῶν συνεγερθέντων ἐπὶ τὴν ἀκοὴν τοῦ λόγου ἀλωβήτως ἀποφοιτώντων, μηδὲν τῆς Ἑλληνικῆς ἐπαγομένων κακίας· ἐπάγει μὲν Δαβὶδ ὁ τῶν θείων μελῳδὸς· *Αὕτη ἡ ἀλλοίωσις τῆς δεξιᾶς τοῦ Ὑψίστου*· ἐπιβοήσειε δὲ καὶ ὁ τῶν προφητῶν ὑψηλὸς Ἡσαΐας ἐκ προσώπου τοῦ Θεοῦ· *Ἐγὼ ὁ ποιῶν εἰρήνην, καὶ κτίζων κακὰ ἐπὶ τὸ κρεῖττον.*

leges siderum, sed juxta pietatem in Deum primum sibimet ipsi, et deinceps Isaaco filio circumcisionis acutum cultrum adhibuit. Neque secundum astronomiam, sed divinam promissionem ex sterili et decrepita consorte soholem se procreaturum credidit, cum qua ab adolescentia et florenti ætate usque ad ipsam canitiem et extremam senectutem versatus erat. Nunquam certe astronomiæ paruit, ne tunc quidem, cum astrorum opifex per tentationem filium immolare præcepisset. Neque astra sequens, sed Deo obediens, Chaldæam cum Mesopotamia Syriæ permutat. Obsecro autem acumen illud tuum, præclarissime Constanti, ut in præsenti sacro cœtu paululum auscultandi gratia tacente, astronomicam genesim nostram quam tu statuis, explices mihi, quænam siderum sit tam mistio quam conjunctio, donec divina virtute ac sapientia subversis, quæ a te agitantur, dogmatis, rursus per sobrietatem et doctrinam melioribus in te excitatis, quemadmodum et ab excelso Apostolo dicitur, demolitis legalibus, et vicissim exaltatis Evangelicis, nequitia fracta, et in melius restituta, pacque cum meis dogmatis reconciliata, et illis qui una ad audiendum hunc sermonem excitati sunt, illæsis abeuntibus, nec improbitatis gentilitiæ quidquam secum asportantibus: Davides quidem auctor ille divinorum carminum subjiciat: *Hæc est mutatio dexteræ Altissimi*[81]; eximius autem vates Isaias acclamet in persona Dei: *Ego sum Deus, ille qui facit pacem et mala in melius revocat*[83].

ΠΕΥΣΙΣ ΡΘ'.

Τῆς ὑμετέρας ἀγιωσύνης λέγειν μοι ἐπιτρεπούσης, ἐντεῦθεν τοῦ λόγου ἄρχομαι, οὐ λυμήνασθαι τοὺς παρόντας, ἀλλ' ἀποθέσθαι τὴν λύμην βουλόμενος. Αὐτίκα γοῦν Ἄρης (45) κέντρον λαβὼν, οἰκείῳ οἴκῳ ἐκ τετραγώνου ἐπιθεωρῶν Κρόνον σὺν Ἑρμῇ ἐπὶ κέντρον, Σελήνης ἐπ' αὐτὸν πλήρους ἀρχομένης (46), ἐπὶ ἡμερινῆς γεννήτεως, ἐκτελεῖ ἀνδροφόνους καὶ κτεινομένους, ἐπωμώτας (47) καὶ αἱμοπότας, μεθύσους, λάγνους, δαιμονῶντας, μυστηρίων ἀποκρύφων ἱστορας, μάγους θύτας, καὶ τὰ τούτοις ἀκόλουθα, ἐξαιρέτως μηδενὸς τῶν ἀγαθοποιῶν ἀστέρων ἐπιθεωροῦντος. Αὐτὸς δὲ πάλιν Ἄρης πρὸς Ἀφροδίτην σχῆμα τετράγωνον, μοιρικῶς ἐπὶ κέντρον μὴ ἐπιθεωροῦντός τινος ἀγαθοποιοῦ, μοιχοὺς ἀποτελεῖ, ἀδελφαῖς καὶ μητράσι μιγνυμένους. Κύπρις σὺν Μήνῃ ἐν ὁρίοις καὶ οἴκοις Κρόνου, σὺν Κρόνῳ, ἐπιμαρτυροῦντος τοῦ Ἄρεος, ἀποτελεῖ γυναῖκας γεωργοὺς καὶ οἰκοδόμους, καὶ πάντων ἀνδρείων ἔργων ἐπιστήμονας, καὶ κοινοῦσθαι καὶ συγκαθεύδειν οἷς δ' ἂν βούλοιντο, καὶ μὴ κωλύεσθαι ὑπὸ τῶν οἰκείων ἀνδρῶν. Ἀνδρείους οὖν

INTERROGATIO CIX.

Facta mihi dicendi potestate a sanctitate vestra, orationem auspicabor, non ut corrumpam præsentes, sed uti rem perniciosam abjecturus. Quando igitur Mars centrum tenens in domo sua, quadrato aspectu cum Mercurio centrum lunæ quæ plena esse incipit, in generatione diurna intuetur, efficit homicidas et interfectores, juramentorum usurpatores et potores sanguinis, ebrios, effeminatos, dæmoniacas notitias absconditorum mysteriorum scrutantes, magos sacrificos et quæ sunt istis similia: si præsertim nullius alterius benefícæ stellæ aspectus sit. Rursus idem Mars intuens Venerem aspectu quadrato, si non sit aspectus alicujus stellæ benefícæ in centro, adulteros efficit, rem cum sororibus et matribus habentes. Venus cum luna in finibus et domibus Saturni, accedente Saturno, approbante Marte, efficit mulieres agrorum cultrices et architecturæ omniumque virilium operum gnaras, consuetudinem habentes et concumbentes cum quibus voluerint, nihil impedientibus in hoc eas maritis.

[81] Psal. LXXVI, 11. [83] Isa. XLV, 7.

(45) *Αὐτίκα γοῦν Ἄρης.* Quæ hac in *Interrog.* 109 et sequente 110 habet Cæsarius, excerpsit seu potius descripsit ex *Recognitionum Clementinarum* lib. IX, cap. 17 seqq. seu ex Bardesanis dialogo *De fato*, cujus insigne fragmentum nobis servavit Eusebius *Præp. Evang.* lib. VI, cap. 10.

(46) *Ἀρχομένης.* Legit Cotelerius ἐρχομένης, locumque integrum sic reddit: *Cum igitur Mars centrum tenens, in domo sua ex tetragono respexit Saturnum, luna veniente super eum plena, in genesi diurna*, etc.

(47) *Ἐπωμώτας.* Vel ἐπωμότας, verti etiam posset *perjuros*. COTELL.

Viriles autem ellicit mulieres in Capricorno, in Aquario, sed in re venerea infelices. In viris autem elicitur contrarium, si cum Marte sit in Ariete. Quo fit, ut nequeant vel metu, vel alicujus minis, vel arte continere libidines, propter inclinationem astrorum.

Responsio.

Admodum scite gentilitii erroris enuntiasti fabulas. Vicissim igitur et ego audacter aggrediar ea quæ a te dicta sunt, et fundæ vel arcus vice sermone utens refellere conabor, ne ad Martem et Venerem, nostras stellas, cædium causas referas. Prius autem obsecro, ut discere velis, posse hominem, si quidem velit, libidines et actiones vel castigare vel penitus excutere. Atque equidem excutere soleo per conscientiæ flagella et per memoriam inevitabilis judicii, quod vitia prohibet. Sed et principum leges, ante tentata tormenta, et angustias, atque catapultarum supplicia, solo auditu rerum terribilium quæ sunt in compensatione delictorum, modestum reddere possunt hominem intemperantem, et obtundere lascivientem vigorem juventutis in qualibet regione, sive scriptæ sint, sive non scriptæ, tam apud nos quam gentes. Nam apud aliquos lex scripta, apud alios vero consuetudo valet. Legibus enim qui destituti sunt, patrios mores pro legibus ducunt. Quorum primi Seres sunt, qui terræ extrema habitantes, pro lege habent patriam consuetudinem, ne quis scortetur, neve prædetur, ne quis adulterium committat, ne statuas adoret, ne dæmones veneretur, ne prorsus apud ipsos imago sit, aut scortum, aut adultera, aut prædo, aut homicida, aut fur. Et tamen nullius horum liberam potestatem coegit illa, de qua tu dicis, lucens igne Martis stella : neque vi compulit quemquam ipsorum interficere gladio proximum, aut lapide percutere. Non Venus cum Marte persuasit ipsi ut furiose ruat in uxorem vicini : si vel toto die medium cœli Mars obtineat. Nihilominus prævalet apud Seres astrorum necessitati lex patria. Lex autem et Bactrianis est sive Bragmanis, a majoribus accepta disciplina : Ne quid mactent, neque inanima gustent, ne vino simpliciter, aut ..... utantur, Deum meum reverentes, licet sint vicini ipsis Indi cædibus polluti et vino dediti, qui porcorum silvestrium aut suum instar cum insania feminas deperire solent, et affectibus indulgere. In Hesperiis autem regionibus ultra Indos, habitant quidem qui hospites devorant, et advenas interficientes comedunt. Neque ulla stellarum beneficarum a cæde ipsos avertere potuit, usque in hodiernum diem.

Alia Chaldæis, et Babyloniis consuetudo est, ut matres in uxores ducant, sorores violent, erga

ἀποτελεῖ γυναῖκας ἐν αἰγοκέρῳ, ὑδροχόῳ, κακοδαίμονας ἐν Ἀφροδίτῃ (48). Ἐπ' ἀνδρῶν δὲ τοὐναντίον σὺν Ἄρεϊ οὖσα, ἐν κριῷ. Ὅθεν οὐχ οἷόν τε φόβῳ ἢ τινος ἀπειλῇ ἢ μηχανῇ ἐπισχεῖν τὰς ἐπιθυμίας διὰ τὴν τῶν ἄστρων ἀποκλήρωσιν.

Ἀπόκρισις.

Ἐπιστημόνως πάνυ τῆς Ἑλλήνων πλάνης τοὺς μύθους ἀπήγγειλας. Αὔθις οὖν κἀγὼ θαρραλέως ἀποδύσομαι πρὸς τὰ ὑπὸ σοῦ ῥηθέντα, καὶ σφενδόνῃ ἢ τοξείᾳ τῷ λόγῳ χρώμενος, καθεῖλαι πειράσομαι Ἄρεα καὶ Ἀφροδίτην τοὺς ἡμετέρους ἀστέρας, ὅπως μοι ἀστροκτονίας γένεσιν ἐπιφημίσῃς. Πρότερον δὲ ἀξιῶ παιδευθῆναί σε, οἷόν τε ὑπάρχειν, τὸν βουλόμενον τὰς ἐπιθυμίας καὶ ἐνεργείας ἢ κολάζειν, ἢ παντελῶς ἀποσείεσθαι. Σείω δὲ ἐκ τοῦ συνειδότος αἰκιζομένου, καὶ μνήμῃ τοῦ ἀκλινοῦς κριτηρίου, τῶν κακῶν εἰργομένου. Ἀλλὰ καὶ οἱ τῶν ἀρχόντων νόμοι οἷοί τε πρὸ τῆς πείρας τῶν στρεβλωτηρίων, καὶ τηγάνων, καὶ καταπελτῶν, τῇ ἀκοῇ καὶ μόνῃ τῶν φοβερῶν τῆς κακίας ἀνταμείψεως, σωφρονίσαι τὴν ἀκόλαστον, καὶ ἀμβλύναι τὴν σφριγῶσαν ἀκμὴν τῆς νεότητος, ἐν ἑκάστῃ χώρᾳ, ἐγγράφως ἢ ἀγράφως ὑπάρχοντες παρ' ἡμῖν τε καὶ ἔθνεσιν· ἐν τοῖς μὲν τὸ γράμμα, ἐν τοῖς δὲ ἡ συνήθεια. Νόμος γὰρ ἀνόμοις τὰ πάτρια δοκεῖ· ὧν πρῶτοι Σῆρες, οἱ τὸ ἄκρον τῆς χέρσου οἰκοῦντες, νόμον ἔχοντες τὸ πατρῷον ἔθος, μὴ ἑταιρίζεσθαι, μηδὲ συλᾶν, μὴ μοιχᾶσθαι, μὴ ξοάνοις προσκυνεῖν, ἢ ποτνιᾶσθαι δαίμοσι, μηδ' ὅλως ἐν αὐτοῖς ὑπάρχειν εἴδωλον, ἢ ἑταίραν ἢ μοιχαλίδα, οὐ συλήτην, οὐ φονέα, οὐ λωποδύτην· καὶ ὅμως οὐδενὸς τὸ αὐτεξούσιον ἠνάγκασεν ὁ τοῦ κατὰ σὲ πυριλαμποῦς Ἄρεως ἀστήρ, οὐδὲ ἐβιάσατό τινα αὐτῶν φασγάνῳ τὸν πέλας ἀναιρεῖν, ἢ λίθῳ πατάξαι· οὐκ Ἀφροδίτη σὺν Ἄρει ἔπεισεν αὐτοὺς ἐπιλυττῆσαι τῇ γυναικὶ τοῦ γείτονος· πανημέριον μεσουρανοῦντος τοῦ Ἄρεως, καὶ ὅμως ἰσχυρότερος τῆς ἀνάγκης τῶν ἄστρων παρὰ Σηρσὶν ὁ πάτριος νόμος. Νόμος δὲ καὶ παρὰ Βακτριανοῖς, ἤτοι Βραγμανοῖς (49), ἡ ἐκ προγόνων παιδεία, μὴ μεθύειν, μηδὲ ἀψύχων ἀπογεύεσθαι, οὐκ οἴνου ἁπλοῦ ἢ νόθου (50) μετέχειν, Θεὸν τὸν ἐμὸν δεδοικότας· καίτοι τῶν παρακειμένων αὐτοῖς Ἰνδῶν μιαιφονούντων, καὶ οἰνοφλυγούντων, καὶ μονιῶν ἀγρίων ἢ συῶν δίκην θηλυμανούντων, καὶ τῷ πάθει κραδαινομένων. Ἐν δὲ τοῖς ἑσπερίοις κλίμασιν ἐνδοτέρω τῶν ἐκεῖσε Ἰνδῶν, ξενοβόροι τινὲς ὑπάρχοντες, τοὺς ἐπήλυδας ἀναιροῦντες ἐσθίουσι, καὶ οὐδεὶς τῶν ἀγαθοποιῶν ἀστέρων τῆς μιαιφονίας αὐτοὺς ἀπωσθῆναι ἴσχυσε μέχρι τήμερον.

Ἕτερος νόμος Χαλδαίοις τε καὶ Βαβυλωνίοις μητρογαμεῖν καὶ ἀδελφοφθορεῖν, καὶ ταῖς σφῶν παισὶν

(48) *Κακοδαίμονας ἐν Ἀφροδίτῃ.* Lego cum Cotelerio, κακοδαιμονοῦσα Ἀφροδίτη. *Viragines itaque efficit feminas in Capricorno, in Aquario cacodæmon Venus.* Sic sane infra ipsemet Cæsarius.

(49) *Βραγμανοῖς.* Malim cum Vigero Βραχμανοῖς. Scilicet apud Cæsarium hic τὸ χ in γ, succisa ubique parte, decurtatum fuerit. Nam sub hujus *Responsionis* finem legimus Βραχμᾶνας. Et in sequente Βραχμαίους.

(50) *Οἴνου ἁπλοῦ ἢ νόθου.* Vim vocis νόθου hoc loco usurpatæ Cæsario, non est assecutus interpres, adeoque versionem mutilam exhibet. Bardesanes quem auctor exscribit, hic habet, οἴνου καὶ σίκερος (σίκερα) μὴ γευόμενοι. Hinc Cæsarii verbis lux reddita ; quæ proinde sic verterem : *Ne vino mero aut fucatio utantur.*

ἐπιμαίνεσθαι, καὶ μιαιφθορεῖν· εἰ καὶ πόρρω τῆς ἐνεγκαμένης γένωνται, καὶ τοῖς σφῶν κεχρῆσθαι νόμοις, φανερῶς καὶ λελῃθότως διακελευόμενοι· ἐξ ὧν τινες αὐτῶν μέχρι καὶ νῦν ὑπάρχουσιν ἐν Μήδοις καὶ Πάρθοις καὶ Ἐλαμίταις καὶ Αἰγυπτίοις, ἐν Φρυξὶ καὶ Γαλάταις, ἔν τισι κώμαις μιαιβιοῦντες. Καὶ οὐδέπω Κύπρις σὺν Μήνῃ ἐν ὁρίοις καὶ οἴκοις Κρόνου ἐπιμαρτυροῦντος τοῦ Ἄρεως ἐν ταῖς πάντων αὐτῶν γενέσεσιν εὑρίσκεσθαι οἷα τε. Θάτερος δὲ παρὰ Γήλαις (51) νόμος, γυναῖκας γεωργεῖν καὶ οἰκοδομεῖν, καὶ τὰ ἀνδρῶν πράττειν, ἀλλὰ καὶ κοινωνεῖν οἷς δ' ἂν βούλωνται τῶν ἐπηλύδων, οὐκ ἐπιτιμώμεναι ὑπὸ τῶν προεχόντων ἀνδρῶν, οὐδὲ ζηλούμεναι. Οὐ μυρίζονται δὲ, οὐδὲ φυκίοις τὴν ὄψιν νοθεύονται, σφῶν παρειὰς ἐπιχρωννῦσαι, καθὼς αἱ παρ' ἡμῖν ἀλλότριαι ὑποδύνουσι προσωπεῖον. Οἱ δὲ ἄνδρες στιβάζονται ἐσθῆτι μαλακῇ, καὶ ἀνθοβάφῳ περιβολῇ. Ὑπάρχουσι δ' ἐν αὐταῖς καὶ πολεμικώταται, καὶ θηροῦσι τὰ μὴ λίαν ἰσχυρὰ τῶν θηρίων. Πῶς οὖν πᾶσαι αἱ Γήλων γυναῖκες, οὐκ ἔλαχον αἰγοκέρῳ ἢ ὑδροχόῳ, κακοδαιμονοῦσι (52) τῇ Κύπριδι; οὔτ' αὖ πάλιν οἱ ἄνδρες αὐτῶν ἔλαχον ἐν κριῷ σὺν Ἄρει τὴν Ἀφροδίτην, ἔνθα τοὺς ἀνδρείους καὶ σπατάλους φασὶν οἱ τῇ γνώμῃ Χαλδαῖοι; Ἐν δὲ Σούσοις τῆς Βαβυλῶνος αἱ γυναῖκες παντὶ μύρῳ διαφέροντι καὶ κόσμῳ χρῶνται, ὑπηρετούμεναι, καὶ φαιδρῶς προϊοῦσαι σὺν βλοσυρίᾳ καὶ διαχύσει πολλῇ· πᾶσι δὲ Ἕλλησιν ἀδεῶς τε καὶ ἀναιδῶς συγκαθεύδουσιν, ἄρχουσαι μᾶλλον τῶν οἰκείων ἀνδρῶν· καὶ οὐ πάντως ἐν πάσῃ γενέσει τῶν Σουσίδων γυναικῶν μεσουρανεῖ μετὰ Διὸς καὶ Ἄρεως ἐν Διὸς ὅροις ἡ Ἀφροδίτη. Ἐν δὲ τῇ ἑῴᾳ οἱ ἀῤῥενοφθοροῦντες, οἱ παρὰ Χριστιανοῖς, ἐὰν γνωσθῶσιν ὑπὸ τῶν ὁμαίμων ἀφειδῶς τιμωροῦνται. Ἐν Βρεττανίᾳ πλεῖστοι ἄνδρες μιᾷ συγκαθεύδουσι γυναικί· ὡσαύτως καὶ πολλαὶ γυναῖκες ἑνὶ ἑταιρίζονται ἀνδρί.

Καὶ πᾶσι τοῖς πατρίοις τὰ ἔθνη ὥσπερ νόμῳ στοιχοῦσιν ἀδάκνως καὶ ἀπόνως. Ἀμαζόνες δὲ ἄνδρας οὐκ ἔχουσιν· ἀλλ' ὡς τὰ ἄλογα ζῶα, ἅπαξ τοῦ ἔτους περὶ τὴν ἐαρινικὴν (53) ἰσημερίαν ὑπερόριοι γίνονται, μισγόμεναι τοῖς γειτνιῶσιν ἀνδράσιν, οἷον πανήγυρίν τινα καὶ ἑορτὴν τὸν καιρὸν τῆς ἑταιρείας ἡγούμεναι. Ἐξ ὧν κατὰ γαστρὸς φέρουσαι, παλινδρομοῦσιν οἴκαδε ἅμα πᾶσαι. Τῷ δὲ καιρῷ τῆς ἀποκυήσεως, τὸν μὲν ἄῤῥενα φθείρουσι, τὸ δὲ θῆλυ ζωογονοῦσι καὶ τιθηνοῦσιν ἐπιμελῶς. Ἄτοπον δὲ πιστεῦσαι ἐπὶ μὲν τῇ τῶν ἀῤῥένων σπορᾷ Ἄρεα μετὰ Κρόνου ἐπὶ τῆς ὥρας ἰσομοίρως τυχεῖν, ἐπὶ δὲ τοῦ θήλεως οὐδέποτε. Καὶ πῶς ἐν τῷ αὐτῷ νυχθημέρῳ πάντων ἐν ταῖς ὑποδεξαμέναις καταβληθέντων, καὶ ὁμοῦ πάλιν ὡς ἐκ μιᾶς νηδύος προερχομένων, τὰ μὲν διαφθείρεται, τοῦ ἅμα (54) τοῦ βίου γεύσασθαι, καὶ ὑπὸ τῶν μιαιφόνων θανατούμενα πρὸ τοῦ σπᾶσαι γάλα, ἢ ῥῆξαι φωνήν· τὰ δὲ ζωογονεῖται, καὶ περιέπεται ἐν τοῖς ἀνόμοις κόλποις τὰ κακὰ ἐνσκαίροντα; Πῶς

(51) *Παρὰ Γήλαις.* Bandesanes παρὰ Γέλοις, *apud Gelas.*

(52) *Κακοδαιμονοῦσι.* Forte κακοδαιμονούσῃ. Edit.

suos liberos insaniant eosque polluant. Et si procul a patria sint, suis utuntur legibus, aperte et privatim admoniti. Ex quibus aliqui etiamnum degunt inter Medos et Parthos, et Elamitas, et Ægyptios, inter Phryges et Galatas, in quibusdam pagis impie viventes, etiamsi nunquam Venus cum Luna in finibus et mansionibus Saturni, adjuvante Marte, in omnium ipsorum nativitatibus inveniri queat. Alia item apud Gelas lex, ut mulieres agros quidem colant et ædificent et opera virilia faciant, sed consuetudinem habeant cum quibuscumque velint peregrinis, nulla increpatione virorum qui ipsis præsunt, neque æmulatione impedite. Non unguntur autem odoramentis, neque fuco in facie inficiuntur, ut genas pingant, quemadmodum apud nos uxores alienæ quæ faciei medicamenta quædam adhibent. Viri vero induuntur ad pedes demissa veste molli, et tincto amictu. Sunt autem inter ipsas etiam bellicosissimæ, et venantur feras, quibus vix aliæ sunt fortiores. Quomodo igitur non omnes Gelarum mulieres sortitæ sunt Capricornum, aut Aquarium, infausto loco posita Venere? Aut vice versa cur non ipsorum viri sortiti sunt in Ariete cum Marte Venerem, ubi viriles et molles aiunt esse, qui cum Chaldæis sentiunt? Babylonicis autem Susis mulieres omnis generis unguento pretioso, et ornatu utuntur, ministris instructæ hilariter in publicum procedunt, cum immodestia vultus et hilaritate magna. Cum omnibus eædem advenis absque timore et pudore concumbunt, imperantes potius propriis viris. Neque tamen in omni nativitate Susidum mulierum, medium cœli cum Jove et Marte in finibus Jovis Venus tenet. In orientali autem plaga pædicones sunt, qui apud Christianos, si deprehendantur ab ipsis consanguineis, nullo parcente, supplicio afficiuntur. In Britannia plurimi viri cum unica concumbunt muliere. Similiter et multæ mulieres uni junguntur viro.

Utuntur denique patriis moribus gentes, veluti lege, citra morsum animi et molestiam. Amazones ne viros quidem habent, sed animalium brutorum ritu semel in anno circa vernum æquinoctium suis finibus egressæ, et cum viris qui sunt in vicinia coeuntes, quasi conventum aliquem publicum et festum tempus id coitus ducunt. Ex quibus postquam prægnantes factæ sunt, domum simul omnes remeant. Tempore vero partuum edendorum, prolem quidem masculam interimunt, femellam vero conservant et lactant accurate. Absurdum autem est credere, in conceptione quidem masculini seminis Martem cum Saturno ea hora æqualiter sortiri, in feminini autem nunquam. Quo cæteroqui pacto in eodem noctis dicive momento seminibus in alvos excipientes jactis, rursusque simul quasi ex eodem utero progredientibus, alii quidem fœtus interimuntur, simul atque vitam degustarunt, ab homicidis matribus leto dati, antequam lac traxerint

(53) *Ἐαρινικὴν.* Forte ἐαρινὴν. Id.

(54) *Τοῦ ἅμα.* Forte τῷ ἅμα vel ἅμα τῷ. Id.

aut vocem ediderint; alii vero in vita manent, et mala legibus præscripta amplectuntur? Aut quomodo eodem tempore mulieres apud nos et concipiunt et pariunt plurimæ, gemelloque partu edito, ambos infantes conservant, nullo astro cogente ut interimant, aut solo allidant, ut eos e vita tollant, velut Amazones miseros fœtus suos necant, sed suam potius cervicem pro illorum cæde objiciant, lactentiumque infantum vitam magis quam se ipsas ament?

Quod si Mercurius, ut dicitis, cum Venere in suis mansionibus exsistens efficit fictores, pictores, nummularios; in mansionibus autem Veneris, unguentarios, cantores, mimos, poetas: qui fit ut apud Elios et Saracenos, et apud eos qui sunt in Libya superiore, apud Mauros item qui juxta littora et ripas Oceani habitant, et in ulteriore Germania, et in Sarmatia superiore, et in Scythia, et apud omnes nationes quæ a Ponto procul dissitæ sunt, inveniri non possit nummularius, aut fictor, aut pictor, non architectus, non cantor, non actor poematum, ut apud nos? Quare Mercurius et Venus id non contulerunt etiam apud ipsos nato, ut assequatur ea studiorum et morum exercitia, quæ apud eos non sunt? Medi data opera omnes adhuc spirantes ægrotos canibus esca citra commiserationem objiciunt. Atque hi Medi anne cum Luna Martem, ut vos loqui soletis, in diurna nativitate in Cancro sortiti sunt? Indi cadavera mortuorum igni in cineres redigunt, et cum eis quorumdam uxores comburunt. Atqui nequaquam omnes igni absumptæ uxores Indorum, aut adhuc viventes, sortitæ sunt tempore nocturni parentum suorum coitus, cum Marte solem, in partibus Martis noctu non lucentem. Germanorum complures strangulatione se vita spoliant; non tamen omnino major pars Germanorum, lunam et horam intercepta a Saturno et Marte habent. Verum in omni gente si interdiu homines nati fuerint, non meliores pejoresve erunt secundum astrorum conjunctionem, uti vos dicitis, sed in unaquaque regione leges quædam et patriæ consuetudines prævalent, ex quibus proprium jus, et quid nobis omnibus faciendum sit, omnes discimus. Non enim potest de vestra sententia, genesis cogere Seres ut interficiant, aut Brachmanes ad vorandum carnes siceramve potandum, aut Persas ne cum matribus matrimonia jungant, et sorores violent; aut Indos ne igni mortuos tradant; aut Medos, ne canibus objiciant morituros; aut Parthos, ne multa conjugia contrahant; aut Mesopotamios, ut sint valde temperantes; aut Græcos, ne corporibus exercendis occupati sint; aut barbaras gentes, ut cum illis quæ a Græcis prædicantur, commercium habere velint. Verum, ut dixi jam

ἐν ταυτῷ καιρῷ αἱ παρ' ἡμῖν γυναῖκες καὶ συλλαμβάνουσαι καὶ ἀποκύουσαι πλεῖσται, καὶ διτοκοῦσαι ἅμφω τὰ βρέφη περιποιοῦνται (55), μηδὲν ὑπὸ τῶν ἄστρων βιαζόμεναι διαφθείρειν, ἢ τῷ ἐδάφει προσαράττειν, καὶ τῇ γῇ προσαναλύειν, ὡς Ἀμαζόνες τὰ δείλαια· ἀλλὰ τὸν σφῶν αὐχένα τῆς ἐκείνων σφαγῆς προϋπεχούσας, ἑαυτὰς μᾶλλον ἢ τὰ ὑπότιτθα τοῦ ζῆν ἱμειρόμενα ἀπορρήγνυσθαι;

Εἰ δὲ καὶ Ἑρμῆς, ὡς φατε, μετὰ Ἀφροδίτης ἐν οἴκοις ἰδίοις ἐπιτελεῖ πλάστας, ζωγράφους, κερματιστάς· ἐν οἴκοις δὲ Ἀφροδίτης, μυρεψούς, ψωνασκούς, ὑποκριτάς, ποιητάς· παρὰ δὲ Ἠλείοις (56) καὶ Σαρακηνοῖς, καὶ τοῖς ἐν τῇ ἀνωτέρᾳ Λιβύῃ, καὶ Μαύροις κατὰ τοὺς ἠϊόνας (57) καὶ ὄχθας τοῦ Ὠκεανοῦ ποταμοῦ οἰκοῦσι, καὶ ἐν τῇ ἐξωτέρᾳ Γερμανίᾳ, καὶ ἐν τῇ ἀνωτέρᾳ Σαρματίᾳ, καὶ ἐν Σκυθίᾳ, καὶ πᾶσι ἐν τοῖς ἐξωτικοῖς μέρεσι τοῦ Πόντου ἔθνεσιν, οὐχ οἷόν τε εὑρεῖν κολλυβιστήν, ἢ πλάστην, ἢ ζωγράφον, οὐκ ἀρχιτέκτονα, οὐ φωνασκόν, οὐχ ὑποκριτὴν ποιημάτων, ὡς παρ' ἡμῖν· διὰ τί Ἑρμῆς καὶ Ἀφροδίτη οὐ παρέσχον, κατ' ἐνιαυτὸν ἐπιτυχεῖν γεννωμένῳ τοῖς ἐκλείπουσι παρ' αὐτοῖς ἐπιτηδεύμασι; Μῆδοι δὲ πάντες μετὰ σπουδῆς ἔτι ἐμπνέοντας τοὺς κάμνοντας κυσὶ βορὰν προτιθέασιν ἀναλγήτως. Σὺν τῇ Μήνῃ, ὡς φατε, τὸν Ἄρεα ἐπὶ ἡμερινῆς γενέσεως ἐν καρκίνῳ Μῆδοι ἔλαχον; Ἰνδοὶ τοὺς νεκροὺς ἑαυτῶν τεφροποιοῦσι πυρί· μεθ' ὧν καταφλέγουσί τινων τὰς συμβίους· καὶ οὐ δήπου πᾶσαι αἱ πυριάλωτοι Ἰνδῶν γυναῖκες, ἢ αἱ ζῶσαι, ἔλαχον ὑπὸ τῆς νυκτερινῆς συνελεύσεως τῶν γονέων σὺν Ἄρει τὸν Ἥλιον, ἐν νυκτὶ μὴ φαίνοντα ἐν μοίραις Ἄρεως. Γερμανῶν δ' οἱ πλείους ἀγχόνῃ τὸ ζῆν ἀμείβονται· καὶ οὐ πάντως τὸ πλῆθος Γερμανῶν τὴν Σελήνην καὶ τὴν ὥραν μεσολαμβανομένας ὑπὸ Κρόνου καὶ Ἄρεως ἔχουσιν. Ἀλλ', εἰ παντὶ ἔθνει ἡμέραι βροτοῖς γένωνται, οὐ κρείττονες ἢ χείρονες κατὰ ἄστρων συμπλοκὴν, ὡς ὑμεῖς φατε, ἀλλ' ἐν ἑκάστῃ χώρᾳ νόμοι τινὲς καὶ πάτρια ἤθη κρατεῖ, ἐξ ὧν τὸ αὐτεξούσιον καὶ τὸ ἐφ' ἡμῖν τὰ πρακτέα ὑπάρχειν παιδευόμεθα πάντες. Οὐ γὰρ οἷά τε ἡ καθ' ὑμᾶς γένεσις ἀναγκάσαι Σῆρας ἀνακεῖν', ἢ Βραχμᾶνας κρεωβορεῖν καὶ σικεροποτεῖν, ἢ Πέρσας μὴ μητρογαμεῖν καὶ ἀδελφοφθορεῖν, ἢ Ἰνδοὺς μὴ πυρὶ διδόναι τοὺς νεκροὺς, ἢ Μήδους μὴ κυσὶ τοὺς θνῃξομένους προτιθέναι, ἢ Πάρθους μὴ πολυγαμεῖν, ἢ τοὺς Μεσοποταμίτας μὴ ἄκρως σωφρονεῖν, ἢ Ἕλληνας μὴ σωμασκεῖσθαι, ἢ τὰ βάρβαρα ἔθνη ταῖς ὑφ' Ἑλλήνων προσαγορευομέναις κοινωνεῖν· ἀλλ' ὡς προέφην, ἕκαστος βροτῶν χρῆται τῇ τοῦ νόμου ἐλευθερίᾳ, τὰ ἐκ τῶν ἄστρων μυθουργούμενα καθ' Ἕλληνας παραπεμπόμενος, τῷ ἐκ τῶν νόμων δέει, ἢ τῷ ἐξ ἔθνους ἔθει πατρίῳ τῶν φαύλων εἰργόμενος. Αἱ μὲν γὰρ τῶν ἀρετῶν ὑπάρχουσι προαιρετικαὶ,

(55) *Περιποιοῦνται.* Emendationem Cotelerianam proferimus ex *Monum. Eccl. Gr.* tom. II, pag. 557, quam contextus confirmat. Vulgo περιπατοῦνται, *proculcant.*

(56) *Παρὰ δὲ Ἠλείοις.* Bardesanes παρὰ Ταΐνοις καὶ Σαρακ. Nec satis noti quos *Elios* Cæsarius nominat. Forte τοὺς ἀπὸ τῆς Ἠλιδος intelligit, quam Stephanus πρὸς τῇ Αἰγυπτίᾳ, urbem esse ait. Vicer.

(57) *Τοὺς ἠϊόνας.* Forte τὰς ἠϊόν. Ed.

αἱ δὲ περιστατικαὶ, ἀνάγκῃ ἐπὶ τὸ κρεῖττον χωροῦντος τοῦ ζητουμένου ὑπὸ τῶν νόμων.

ante, quivis hominum suæ legis libertate utitur, et quæ ex astris secundum Græcos fabulose ficta sunt, propter legum metum omittit, aut propter consuetudinem patriam gentis a vitiis abstinet. Nam virtutum aliæ sunt ex liberæ voluntatis electione, aliæ vero ex circumstantiis ejus qui necessitate coactus accedit ad melius, utpote legibus ita poscentibus.

ΠΕΥΣΙΣ ΡΓ'.

Ἀλλ' ἑπτὰ ὄντων τῇ γενέσει ἡμῶν ἀνακειμένων ἀστέρων, εἰς ἑπτὰ λέγομεν κλίματα τὴν γῆν διαιρεῖσθαι, καὶ ἄρχεσθαι ἕκαστον κλίμα ὑφ' ἑνὸς τῶν ἀστέρων, καὶ πρὸς ἐκείνων συμπλοκὰς ἄγεσθαι, καὶ ἀποτελεῖσθαι τοὺς ἀρχομένους· ὅπερ νόμον τινὲς τὴν τοῦ ἄστρου ἐνέργειαν λέγουσιν.

INTERROGATIO CX.

Atqui cum sint septem uniuscujusque nostrum nativitati deputatæ stellæ, in septem plagas terram divisam esse dicimus, atque quamlibet plagam gubernari ab una stellarum illarum, et secundum illarum conjunctionem duci et perfici subjectos : quam effieacitatem stellæ aliqui legem vocant.

Ἀπόκρισις.

Καὶ πῶς εἰ ἑπταχῶς διαιρεῖται ἡ οἰκουμένη, ἐν μιᾷ μερίδι πολλοὺς καὶ διαφόρους νόμους εὑρίσκομεν; καὶ οὔτε ἑπτὰ μόνον κατὰ τοὺς ἀστέρας, οὔτε δὶς ἓξ κατὰ τοὺς ζωδιακοὺς (58), οὐδ' αὖ πάλιν τριάκοντα ἓξ κατὰ τοὺς δεκάνους (59), ἀλλὰ μυρίοι μνημονεύονται νόμοι, πάλαι ἀμειφθέντες, καὶ νῦν ὑπάρχοντες. Πῶς δὲ ἐν ταυτῷ τμήματι τοὺς ἀνθρωποβόρους Ἰνδοὺς, καὶ τοὺς ἐμψύχων καὶ θοίνης ἁπάσης ἀπεχομένους Βραχμαίους οἰκοῦντας ὁρῶμεν; πῶς δὲ οἱ ἐν Βαβυλῶνι ὅποι δ' ἂν γίνωνται, τῇ μιαιγαμίᾳ τῶν ὁμαίμων παροινοῦσι; πῶς δ' ἐν ἑτέρῳ τμήματι ὄντες οἱ Σκλαυηνοὶ καὶ Φυσωνῖται, οἱ καὶ Δανούβιοι προσαγορευόμενοι, οἱ μὲν γυναικομαστοβοροῦσιν ἡδέως, διὰ τὸ πεπληρῶσθαι τοῦ γάλακτος, μυῶν δίκην τοὺς ὑποτίθους ταῖς πέτραις ἐπαράττοντες· οἱ δὲ καὶ τῆς νομίμης καὶ ἀδιαβλήτου κρεωβορίας ἀπέχονται; καὶ οἱ μὲν ὑπάρχουσιν αὐθάδεις, αὐτόνομοι, ἀνηγεμόνευτοι, συνεχῶς ἀναιροῦντες, συνεσθιόμενοι ἢ συνοδεύοντες, τῶν σφῶν ἡγεμόνα καὶ ἄρχοντα, ἀλώπεκας καὶ τὰς ἐνδρύμους κάττας καὶ μονιοὺς ἐσθίοντες, καὶ τῇ λύκων ὠρυγῇ σφᾶς προσκαλούμενοι· οἱ δὲ καὶ ἀδδηφαγίας ἀπέχονται, καὶ τῷ τυχόντι ὑποταττόμενοι καὶ ὑπείκοντες;

Responsio.

Si in septem plagas dividitur orbis, quomodo in una parte multas atque diversas leges invenimus? Neque septem modo secundum numerum stellarum, neque duodecim secundum zodiaci signa, neque item triginta sex secundum decanos, sed innumeræ commemorantur leges, quæ olim mutatæ sunt, et nunc vigent. Quomodo vero in eadem sectione anthropophagos Indos, et ab animatis omnique mactatione abstinentes Brachmanes habitare cernimus? Quomodo Babylonii misti pollutis nuptiis consanguineorum delirant? Aut quomodo in sectione alia ejusdem tractus Sclaveni et Physonitæ qui et Danubiani appellantur, alii quidem ubera mulierum libenter comedunt, quod plena lacte fuerint, instar murium infantes saxis allidentes; alii vero etiam a legitimo et irreprehensibili carnium esu abstinent? Qui eorum alii præfracti sunt, suo jure viventes absque cujusquam imperio, ac nonnunquam comedentem secum vel iter facientem principem suum interficientes, vulpes et silvestres feles porcosque comedentes, et luporum ululatu se provocantes; alii vero a voracitate abstinent, et cuivis principi se subjicientes obediunt?

Καὶ πολὺς ὁ λόγος περὶ Λογγουβάρδων, καὶ Νόρων, καὶ Γάλλων τῶν ἑσπερίων, τῶν Ἑρμαϊκῆς καὶ Κρονικῆς ἀμοιρούντων ἐπιστήμης τῶν ἄστρων. Πόσοι βασιλεῖς καὶ ἄρχοντες παρήγαγον τοὺς κακῶς κειμένους νόμους, αὐτοὶ τὸ δοκοῦν νομοθετοῦντες! ἢ αὖ πάλιν τοὺς κρείττονας οἱ ἐναντίοι ἀπώσαντο, ὑπ' οὐδενὸς τῶν ἄστρων πρὸς τὰ αἱρεθέντα εἰργόμενοι! Ἓν δὲ φάναι βούλομαι, ὃ καὶ τῶν ἀπίστων πάντων ἀπορράψει τὰ στόματα· Ἰουδαῖοι πάντες τὸν διὰ Μωϋσέως δεξάμενοι νόμον, πᾶν ἄρρεν λογικὸν αὐτοῖς γινόμενον τῇ ὀγδόῃ ἡμέρᾳ περιτέμνοντες αἱμάττουσιν· ἀπὸ δὲ τοῦ αἰῶνος, οὐδεὶς Ἑλλήνων ἢ Χριστιανῶν περιτομὴν ἐδέξατο· πλείστων Ἰουδαίων καὶ Ἑλλήνων καὶ Χριστιανῶν κατὰ τοὺς αὐτοὺς μῆνας καὶ ἑβδομάδας καὶ ἡμέρας καὶ ὥρας γεννωμένων, Ἄρης ἢ Ἑρμῆς ἢ Κύπρις ἢ ὁ λοιπὸς Ἑλλήνων μῦθος, ἑνὸς κύκλου ἐμπεριέχοντος τὰ πάντα, καὶ μηδενὸς ὑπὸ ἀστέρων βιαζομένου. Οὐ γὰρ πάντες Ἕλληνες ἢ

Multa certe commemorantur de Longobardis et Noris et Gallis occidentalibus, tanquam ignaris Mercurialis et Saturninæ de astris scientiæ. Quot reges et principes sustulerunt male latas leges, ipsi sua placita sancientes? aut e diverso, meliores repudiarunt ab his diversi, a nullo astro in decretis sibi placitis impediti? Unum autem proferam quod incredulorum omnium ora quasi alapa cædet: Judæi omnes lege quam Moses tulit recepta, omnem fetum marem participem rationis ipsis natum, octavo die circumcidentes, sanguine perfundunt. A sæculo autem nullus Græcorum aut Christianorum circumcisionem recepit, licet plurimi Judæi et Græci et Christiani iisdem mensibus et hebdomadibus et diebus et horis nati sint. Nihil ergo Mars facit aut Mercurius, aut Venus, aut reliqua Græcorum fabula, uno circulo complectente omnia : nullusque ab astris vi cogitur. Annon

(58) *Ζωδιακούς*. Forte ζωδιακούς. Edit.

(59) *Κατὰ τοὺς δεκάνους*. Utique. Duodecim enim in Zodiaco signa. Signi autem cujusque partes a Genethliacis triginta constitutæ, ac tres in decurias tributæ : quarum principes, *Decani*, ex Romanæ militiæ usu nominati : omnes proinde triginta sex. Viger.

enim Græci aut Judæi aut Christiani eadem die vel hora, in maternum jacti sunt uterum, et simul in lucem editi? Quomodo igitur plurimis ipsorum Christo adjunctis, patrio abnegato errore, non potuit ei terrenæ parti dominans stella ipsos arcere ab vera in Deum pietate?

INTERROGATIO CXI.

At nobis dum de astris loquimur, non est sermo de fide, sed de moribus et ratione vivendi, et inde pendente actione, præterea de constitutione corporis. Nam quorum sub Ariete nativitas est, crispis sunt crinibus, gratiosi et magnamini, quia principis officio fungitur Aries : etiam liberæ voluntatis electionem habent, siquidem et Aries, deposito absque dolore vellere, rursus a natura vestitur. Subjectus autem Tauro, ærumnosus est, et servilis : taurus enim sub jugo est. Qui est sub Scorpione percussor est, propter eam quæ ab illis bestiis sumitur similitudinem. Nam et Libræ subjectus est justus, propter nostrarum librarum æqualitatem.

Responsio.

O gentilitiam dementiam! quid enim istis fuerit magis ridiculum? Nam Aries unde deliri nativitatem hominis repetunt, cœli duodecima pars est, in quo sol means, verna signa ingreditur. Sed et Libra, et Taurus, et Scorpius, et similiter horum quodvis duodecima portio est, et pars cœli in Zodiaco, quem vocant, circulo. Quomodo igitur inde mortalibus præcedentes causas exsistere dicunt, dum ex iis quæ apud nos balant, mores ipsis designantur? Animal enim ad impartiendum facile, Aries est : non quod hujusce moris effectrix sit ea pars cœli, sed quod ovis a creatore talem naturam accepit. Atque ex astris quidem satagis ostendere genesim nostram, id vero per balatus persuadere conaris. Siquidem a talibus animalibus cœlum gestatum tales habet morum causas : omnino et ipsum subjectum est alienis potestatibus, nimirum potestatibus astrorum; astra vero animalium, pendentes ab ipsis causas habentia. Si vero ridiculum hoc est, magis ridiculum illud erit, ex iis quæ nihil inter se commune habent, inducere velle probabilitatem eorum quæ de nativitate dicuntur. Quomodo enim quotidie innumerabiliter mutantur stellarum aspectus? Nam planetæ, ut sunt, semper mobiles appellantur. Atque alii quidem citius assequuntur se invicem, alii vero periodos eadem hora faciunt tardiores. Aliquoties etiam se invicem aspicientes, mox occultantur. Quod si ex natura ipsis bonum et malum adest, omnino ad opificem causa mali a nobis refertur. Quod si liberæ voluntatis electione moventur, primum quidem erunt animalia prædita libera voluntate, solutis et liberæ

Ἰουδαῖοι ἢ Χριστιανοὶ ἐν τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ἢ ὥρᾳ ἐν τῇ μητρῴᾳ κατεβλήθησαν νηδύϊ· οὐδ' αὖ πάλιν πάντες ἅμα ἀπεκυήθησαν. Πῶς οὖν οἱ πλεῖστοι αὐτῶν Χριστῷ συνέθεντο, τὴν πατρῴαν ἀρνησόμενοι πλάνην, μὴ ἰσχύσαντος τοῦ ἄρχοντος ἀστέρος τῆς χερσαίου μερίδος ἐμποδίσαι αὐτοὺς πρὸς θεοσέβειαν;

ΠΕΥΣΙΣ ΡΙΑ'.

Τίς δὲ παραστήσει λόγος τὴν ἐντὸς ἡμῶν τοῦ Δημιουργοῦ σοφίαν καὶ δύναμιν; τάς τε συντρήσεις καὶ ὑμενώδεις σύριγγας, τὰς τῶν ἰνῶν περιπλοκὰς, καὶ νεύρων τόνους καὶ ὀστέων στερρότητα, καὶ ὁδοὺς καὶ τρίβους τινὰς ἀφανῶς διοικονομούσας τὰ ἐγκρινόμενα, διὰ μιᾶς συμπνοίας τοῦ σώματος, ὁλκῆς πνεύμα-

Quænam autem exprimet oratio declaratam in membris nostris interioribus Opificis sapientiam et potestatem? meatus et membranacas cavernas, venarum complexiones, nervorum intensiones, ossium firmitatem, vias atque semitas quasdam latenter distribuentes quæ ingeruntur, idque per solam

quasi conspirationem membrorum totius corporis, item attractiones spiritus, aquæductus sanguinis, domicilium caloris, sedem frigoris, alia denique de quibus medicina commentata est, quorum explicationem iis relinquam qui medicinam studiose didicerunt.

Sancti viri, Gregorii Nysseni locus ex capite quo tradit, unam et eamdem exsistendi causam esse tam animæ quam corporis (97).

Quemadmodum de tritico dicimus, omnem potestate in spica formam ejus esse, herbam, calamum, medias junctiones, fructum, aristas, et nihil horum ratione naturæ vel prius esse, vel deinceps naturæ seminis accedere, sed ordine naturali ea quæ recensuimus, prodire : sic et humanam sationem comparatam esse dicimus, ita ut in ortus ejus principio simul ipsa naturæ vis seratur, quæ deinceps explicetur, et pateliat per naturalem seriem, primo quidem Dei voluntate fundamento quasi jacto, deinde generationis causis accedentibus. Quemadmodum enim in eo quod ad producendum hominem in officina naturæ deponitur, membra singula corporis cerni nequeunt ante factam formationem : ita neque animæ proprietates in eodem animadverti possunt, priusquam progrediantur in actum. Et quemadmodum impositum illud ex insita sibi vi facultateque in articulos et viscera formatur, sic et de anima intelligitur. Nam si forma hominis, qui producendus est, in eo potestate est, latet autem propter obscuritatem, ita rerum serie poscente : etiam anima in eo est, licet nunc quidem non appareat ; apparebit autem una cum corporali incremento promovens. Quandoquidem autem vis quædam ex animato et vivente ad conceptionem egeritur, non putabis inanimum esse quod in vitam prodit ; et quemadmodum illud quod in eo corporeum est, non carnem dicimus, nec ossa, nec pilos et cætera, sed vi et potestate horum unumquodque esse : ita et de eo quod ad animam pertinet, nondum vim rationalem, non affectus moventem neque appetentem, et cætera quæ ad animam pertinent in illo dicimus esse, sed cum corporis opificio etiam animæ operationes augeri. Præcedit autem in hac prima ejus structura, augescens nutriensque facultas sola. Neque enim plus capit suscipientis exignitas. Deinde in eo qui in lucem prodiit, sentiendi beneficium viget, et in adultiore rationalis elucet facultas, non tota tamen confestim, sed cum organi perfectione crescit, quantum subjecti facultas ejus est capax. Constat igitur anima non carere, quod a vivente avulsum corpore ad animalis naturam impositum est in officina naturæ.

Sciendum autem, quod si quidem hoc pacto se res habet, talem e viro fluxionem tum demum fieri, cum Deus hominem generari voluerit. Sin autem, inutiliter effluere, tametsi extrancorum quispiam hoc fortassis absurdum dicet. Volunt enim

(97) Cap. 29 libri *De hominis opificio*, quoad sensum.

τος, ὑδραγωγίας αἵματος, οἴκησιν τοῦ θερμοῦ, ἑστίασιν τοῦ ψυχροῦ, καὶ ὅσα ἰατρικῇ πεφιλοσόφηται· ὧν τὸν λόγον καταλείψω τοῖς περὶ αὐτὴν ἐσχολακόσιν.

Τοῦ ἁγίου Γρηγορίου τοῦ Νύσσης, ἐκ τοῦ ὅτι μία καὶ ἡ αὐτὴ αἰτία τῆς ψυχῆς καὶ τοῦ σώματος ὑπάρξεως.

Ὥσπερ ἐν τῷ σίτῳ φαμὲν ἅπαν εἶναι τῇ δυνάμει τὸ κατὰ τὸν στάχυν εἶδος, τὸν χόρτον, τὴν καλάμην, τὰς διὰ μέσου ζώνας, τὸν καρπὸν, τοὺς ἀθέρας, καὶ οὐδὲν τούτων ἐν τῷ τῆς φύσεως λόγῳ προϋπάρχειν, ἢ προσγίνεσθαι τῇ φύσει τοῦ σπέρματος· ἀλλὰ τάξει φυσικῇ τὰ εἰρημένα φανεροῦσθαι· οὕτω δὲ καὶ ἐπὶ τῆς ἀνθρωπίνης σπορᾶς, φαμὲν ἐν τῇ τῆς συστάσεως ἀφορμῇ, συνεσπαρμένην τὴν τῆς φύσεως δύναμιν· ἐξαπλοῦσθαι δὲ καὶ φανεροῦσθαι διὰ τῆς φυσικῆς ἀκολουθίας, κατὰ μὲν τὸ α' Θεοῦ βουλήματι καταβληθεῖσαν, κατὰ δὲ τὸ β' ἐν ταῖς τῆς γενέσεως ἀφορμαῖς συνισταμένην. Ὡς γὰρ οὐκ ἔστι τὴν καταδιανθρώπησιν ἰδεῖν ἐν τῷ πρὸς σύλληψιν τοῦ σώματος ἐντιθεμένῳ, πρὸ τῆς διαπλάσεως· οὕτως οὐδὲ τὰς τῆς ψυχῆς ἰδιότητας ἐν τῷ αὐτῷ δυνατόν ἐστι κατανοῆσαι, πρὶν προελθεῖν εἰς ἐνέργειαν. Καὶ ὥσπερ τὸ ἐντεθὲν ἐκεῖνο ἐκ τῆς ἐν αὐτῷ δυνάμεως πρὸς ἄρθρα καὶ σπλάγχνα σχηματίζεται· οὕτω καὶ περὶ ψυχῆς νοεῖται. Εἰ γὰρ καὶ τὸ εἶδος τοῦ μέλλοντος συνίστασθαι ἀνθρώπου, ἐν ἐκείνῃ ἐστὶ τῇ δυνάμει, λανθάνει δὲ διὰ τὸ πρὸς τῆς ἀκολουθίας ἄδηλον, καὶ ἡ ψυχὴ ἐστιν ἐν ἐκείνῳ καὶ μὴ φαινομένη. Φανήσεται δὲ τῇ σωματικῇ αὐξήσει συμπροϊοῦσα. Ἐπεὶ δὲ ἐξ ἐμψύχου καὶ ζῶντος ἡ πρὸς τὴν σύλληψιν ἐκκρίνεται δύναμις, οὐ τὸ ἄψυχον εἶναι τὸ εἰς ζωὴν προϊέμενον, καὶ ὥσπερ κατὰ τὸ σωματικὸν αὐτοῦ, οὐ σάρκα φαμὲν αὐτὸ καὶ ὀστέα, καὶ τρίχας καὶ τὰ λοιπὰ, ἀλλὰ τῇ δυνάμει ἕκαστον τοῦ εἶναι· οὕτως καὶ ἐπὶ τοῦ ψυχικοῦ, οὔπω τὸ λογικὸν, οὐ τὸ θυμικὸν, οὐδὲ τὸ ἐπιθυμητικὸν, καὶ τὰ λοιπὰ τὰ περὶ ψυχὴν ἐν ἐκείνῳ εἶναι, ἀλλὰ τῇ τοῦ σώματος κατασκευῇ, καὶ τὰς τῆς ψυχῆς ἐνεργείας συναυξάνεσθαι. Προηγεῖται δὲ ἐν πρώτῃ κατασκευῇ ἡ αὐξητικὴ τε καὶ θρεπτικὴ μόνη δύναμις. Οὐ γὰρ χωρεῖ πλέον ἡ τοῦ δεχομένου βραχύτης. Εἶτα προελθόντι εἰς φῶς, ἡ αἰσθητικὴ χάρις ἐπανθεῖ, ἀνδρωθέντι δὲ ἡ λογικὴ διαλάμπει δύναμις· οὐ πᾶσα δὲ ἀθρόως, ἀλλὰ τῇ τοῦ ὀργάνου τελειώσει συναύξουσα, ὅσον χωρεῖ τοῦ ὑποκειμένου ἡ δύναμις. Δῆλον οὖν ὡς οὐκ ἄψυχον τὸ ἐκ τοῦ ζῶντος ἀποσπασθὲν σώματος, πρὸς τὴν τοῦ ζώου φύσιν ἐνετέθη τῷ ἐργαστηρίῳ τῆς φύσεως.

(97') Ἰστέον δὲ, εἰ οὕτως ἔχει, τότε τοιαύτη γίνεται ἡ ἐκ τοῦ ἀνδρὸς ἔκροια, ὅτε ὁ Θεὸς θελήσει γενέσθαι ἄνθρωπον· εἰ δὲ μὴ, ἔστι κωφή· εἰ καὶ ἔξω τοῦτο εἰκότως λαλεῖ τις τῶν ἔξω., συμβάλλεσθαι τὸ θῆλυ πρὸς ζωογονίαν τῷ ἐκ τοῦ ἀνδρὸς ἐκ-

(97') *Ἰστέον*, κ. τ. λ. Hæc Cæsarii non sunt, uti nec Nysseni, sed aliprius, ad sententiam Nysseni quadam adjicientis. Edit. Paris.

ρέοντι, ὡς ποιητικῷ αἰτίῳ, καθάπερ τινὰ ὕλην παρεχόμενον τὴν τῶν καταμηνίων παισὶν ὑγρασίαν, οἷάπερ τινὰ χαλκὸν τῷ ἀνδριαντοποιῷ. Οὐδὲν γὰρ προΐεται ἡ γυνὴ σπέρμα, ἀλλ' ἄχρηστόν τι ὑγρὸν συμβεβηκὸς τοῖς τόποις. Ἔστι δὲ τὸ τοῦ ἄῤῥενος σπέρμα οἷον δημιουργὸν καὶ ἀρχὴν κινήσεως ἐμποιοῦν, ὥσπερ ἐπὶ τῆς πιτύας ὁρῶμεν τῆς συναγούσης τὸ γάλα. Οὕτω καὶ τὸ σπέρμα πεσὸν εἰς τὴν ὑγρὰν μίσγεται τῷ καθαρωτέρῳ τῆς θηλείας περιττώματι. Τὸ δὲ συστὰν ἐν τῇ μήτρᾳ λέγει καὶ ψυχῆς μετέχειν, οὐ τελείας δὲ, ἀλλὰ τῆς θρεπτικῆς. Καθάπερ γὰρ τὰ φυτὰ ἐν τῇ γῇ, οὕτω ζῆν καὶ τὸ ἔμβρυον, ῥίζῃ χρώμενον τῷ ὀμφαλῷ ἐκ τῆς μήτρας τὴν ὁλκὴν τῆς τροφῆς ποιεῖσθαι. Ἐξιὸν δὲ καὶ τὴν αἰσθητικὴν ἐπικτᾶται, καὶ αὔξον συναύξεται αὐτῷ καὶ ἡ λογικὴ καὶ νοερὰ ἐνέργεια τῆς ψυχῆς. Ἔστι γὰρ ἐν τῷ σπέρματι ψυχῆς τι μόριον τὸ λεγόμενον ζωτικὸν θερμὸν, ἀναλογοῦν τῇ θερμότητι τοῦ ἡλίου· ἐπειδὴ ἐκείνη ζωτικὴν ἔχουσα δύναμιν ζωογονεῖ. Διατυποῦται δὲ πρῶτον ἡ καρδία, ἥτις καὶ τελευτὴν φθείρεται. Ὡσαύτως καὶ τὰ λοιπὰ ἐντόσθια πρὸ τῶν ἐκτὸς διαρθροῦται, καὶ μᾶλλον τὰ ἄνω τοῦ διαζώματος. Ἐσχημάτισται δὲ ἐν τῇ μήτρᾳ ὁ ἄνθρωπος, τὴν μὲν ῥῖνα μέσον τῶν γονάτων ἔχων, τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐπὶ τοῖς γόνασιν. Ἐνισχύειν δὲ τὸ ἔμβρυον ἄρχεται, ὅτε ἡ ἀνακοπὴ τῶν καταμηνίων ἐπὶ τοὺς μαστοὺς εἰς γάλα μεταβάλλεται. Ἵστανται αὐτίκα ταῖς γυναιξὶν αἱ ναυτίαι καὶ οἱ ἔμετοι· ἄῤῥεν δὲ γίνεται, εἰ πεπεμμένον ἐστὶ τὸ τοῦ ἄῤῥενος σπέρμα. Ὅθεν οἱ νέοι καὶ οἱ πρεσβύτεροι ὡς ἐπιπολὺ θηλυγόνοι· τὸν δὲ πλεονασμὸν ἢ τὴν λεῖψιν γίνεσθαι ἔν τισι μορίοις παρὰ τὴν τῆς ὕλης ἔλλειψιν ἢ πλεονασμόν· τὴν δὲ τοῦ σπέρματος ἔκκρισιν ἐκ τῶν περὶ τὴν κεφαλὴν γίνεσθαι τόπων, ὡς ὅῆλον ἐκ τοῦ κοιλαίνεσθαι τοὺς ὀφθαλμοὺς τῶν πλείστα συνουσιαζόντων. Συγκινεῖται δὲ τῇ διανοίᾳ ἡ μήτρα, ὡς καὶ τὸ τοῦ ἄῤῥενος αἰδοῖον· ποτὲ δὲ καὶ ἀπροαιρέτως· δίδυμα δὲ γίνεται κατὰ σχίσιν τοῦ σπέρματος ἐν τῇ μήτρᾳ· εἰ μὲν πεπεμμένον, ἄῤῥενα δύο, εἰ δὲ μή, τοὐναντίον. Γίνονται δὲ καὶ κατ' ἐπισύλληψιν· ὅθεν πολλάκις καὶ ἄρσεν καὶ θῆλυ γίνεται. Τρόφιμον δὲ γάλα, τὸ παχὺ καὶ κιῤῥόν· καὶ ὅῆλον ἐκ τῶν τυρῶν. Δι' ἑπτὰ μηνῶν γυνὴ πολλάκις, ὡς ἐπιπολὺ δὲ ἐννέα, πολλάκις δὲ ι', προσλαβοῦσα, καὶ ἐκ τοῦ ια' μόλις ποτέ. Ἡ ζῇ, ἢ τέξει τὸν καλούμενον μύλον, ὃς ἐστι σὰρξ σκληρὰ, ἢ κινδυνεύσει. Περὶ τὰ δεκατέσσαρα ἔτη μεταβάλλουσι τὰς ἕξεις οἱ ἄῤῥενες καὶ αἱ θήλειαι· ἐξ εὐεκτῶν κακοέκτοι γινόμενοι, καὶ τοὐναντίον. Τότε καὶ ταῖς θηλείαις τὰ κατὰ μῆνας ἄρχεται, τοῖς δὲ ἄῤῥεσι τὸ σπέρμα, καὶ ἡ φωνὴ βαρύνεται· οἱ μαστοὶ δὲ καὶ τὰ αἰδοῖα αὔξονται· δύσχρους δὲ ἡ γυνὴ ἐὰν θῆλυ κυῆσαι μέλλῃ.

illi conferre aliquid feminam ad vitalem procreationem ad id quod a viro excernitur, tanquam si causæ efficienti aliquam materiam præbeat, videlicet menstruorum aliquam humorum partem, veluti quoddam æs statuario. Nullum enim semen emittit mulier, sed inutilem quemdam humorem in locis muliebribus exsistentem. Est autem maris semen quasi opifex, et principium motus efficit, quemadmodum in coagulo videmus, quod lac cogit. Sic enim et semen in ventrem incidens, miscetur cum purissima feminæ superfluitate. Quod autem in matrice exsistit, etiam dicunt animæ particeps esse, non illius quidem perfectæ, sed nutrientis. Quemadmodum enim plantas in terra, ita et fetum vivere, radice mentem umbilico, per quem ex matrice attractio cibi fiat. In lucem autem egressus, etiam sentientem animam consequitur, crescensque cum corpore crescente augescit et rationalis ac intellectilis illa facultas animæ. Est enim in semine animæ particula quædam, quæ vitalis calor dicitur, conformis calori solis: si quidem ille vitalem vim habet, et vitalem fetum generat. Formatur autem primum cor, quod et postremum interit. Similiter et reliqua interna ante externa disponuntur, et cum primis ea quæ sunt supra cincturam. Formatus autem in matrice homo, nasum quidem medium inter genua habet, oculos vero supra genua. Robustior autem fieri fetus incipit, quando inhibita menstrua in uberibus in lac mutantur. Quo quidem tempore mox finem in mulieribus habent nauseæ, et vomitus. Generatur autem mas, si percoctum est maris semen, unde juvenes et senes plerumque femellas procreant. Abundantiam autem vel defectum fieri volunt in quibusdam partibus, propter materiæ defectum aut abundantiam. Seminis autem egestionem ex locis circa caput fieri manifestum ex eo est, quod eorum oculi cavantur, qui multum coeunt. Movetur etiam cum mente cogitationeque matrix, quemadmodum et veretrum viri. Aliquando item sponte gemelli generantur, per divisionem seminis in matrice: ac si quidem id percoctum fuerit, duo masculi: sin minus, diversum. Præterea per superfetationem generantur, unde aliquoties et masculus et femella simul nascantur. Plurimum vero nutrit lac spissum et hilvum, ut ex caseis constat. Mulier fetum gestat ad menses septem aliquando, plerumque ad novem, sæpenumero ad decem postquam concepit, vix autem post undecimum. Fetus in lucem editus aut vivit, aut pariet mulier quod mola vocatur, quæ est caro dura, aut periclitabitur. Circa annum decimum quartum mutant corporis habitus tam mares quam femellæ; et tunc et femellis menstrua incipiunt, maribus vero crescunt. Pallet denique mulier, quæ femellam pa-

ex bene affectis male dispositi fiunt, vel e diverso. semen, et vox fit gravior. Ubera item et verenda ritura est.

Τοῦ αὐτοῦ Γρηγορίου τοῦ Νύσσης.

Ἡ δὲ τοῦ νοῦ πρὸς τὸ σῶμα κοινωνία ἄῤῥητόν τε καὶ ἀκατανόητον τὴν συνάφειαν ἔχει· οὔτε ἐντὸς

Ex eodem Gregorio Nysseno.

Mentis autem ad corpus communio ineffabilem et incomprehensibilem intellectu conjunctionem habet,

quæ neque intus est (98) (neque enim miscetur corpori quod incorporeum est) : neque circumfusa est (non enim circumscribitur incorporeum a corporibus) : sed modo quodam incredibili et intelligentiam nostram superante mens appropinquans et applicata naturæ, et in ipsa, et circa ipsam exsistit, sic tamen ut explicari vel cogitatione comprehendi modus nequeat, nisi quod in statu suo recte affecta natura, etiam mens efficax est ; si vero vitium aliquod circa illam contingat, claudicat eatenus etiam motus intellectus.

Operæ pretium est scire, cujus rei gratia e terra nascentium germina in ortu rerum præcedant, post quæ producta sunt animantia bruta, et post illa demum homo. Non solum quod herba quidem animalibus est utilis, et propter hominem exsistit pecorum copia, tanquam illi ministratura, sed quod hic eam quæ de anima est, philosophiam nobis tradat Moses. Explicari autem oratione talis rerum distinctio potest : Res universæ partim intellectiles sunt, partim corporeæ. Omittantur autem nunc intellectiles. Corporeæ partim efficacitatis vitalis participes sunt, partim expertes omnino vitæ. Rursus vitale corpus partim quidem sensile, partim vero sensus est expers. Rursus sensile, aliud quidem rationale, aliud autem rationis est expers. A minoribus igitur ad id quod perfectum est, natura progreditur. Ideoque post inanimam materiam, quasi gradus quosdam formæ animatorum, naturalem hanc vitam exstitisse dicit legislator, in naturalium germinatione præexsistentem, utpote vim nutrientem et augescentem, sicque deinde subjicit, et sentiendi facultatem, quæ in animalibus est, etiam ejus participem quæ ante ipsam fuit. Siquidem quæ per carnem vivunt, etiam absque intellectili natura esse possunt. Rationale autem exsistere non potest, nisi cum sentiente commistum sit. Ideo postremus factus est homo. Ex omni enim specie animarum temperatum est animal rationale ; nutritur enim secundum speciem animæ quæ est in plantis ; augescenti vero facultati sentiens a natura adjuncta est ; in sentiente demum intellectilis naturæ efficacitas elucet. Unde etiam proprie rationalis anima et intellectilis dicitur, quæ per omnia sese didit. Nam in rationali etiam reliqua comprehendit, cum in sentiente vegetativa sit, quæ vegetativa tantum in rebus crassis exsistit. Verum et ista propter vitalem efficaciam abusive animæ vocantur.

Sciendum quod quæ facta sunt ad id simpliciter ut vivamus, sunt cerebrum, cor et pulmo, hepar et venter. Horum enim aliquo læso, necessario moritur animal. Oculi autem, manus et pedes, ad id ut bene vivamus, facta sunt. His enim læsis, vivit quidem animal, non autem bene. Alia denique ad propagationem posteritatis pertinent.

Postremus post creationem a Deo productus est homo. Non quod velut vilis inter postrema abjectus sit, sed par erat principem ante subditos non

οὖσα (οὐ γὰρ ἐγκρατεῖται σώματι τὸ ἀσώματον), οὔτε ἐκτὸς περιέχουσα (οὐ γὰρ περιέχεται τὸ ἀσώματον ὑπὸ σωμάτων), ἀλλὰ κατά τινα τρόπον ἀμήχανόν τε καὶ ἀνεπινόητον ἐγγίζων ὁ νοῦς τῇ φύσει καὶ προσαπτόμενος, καὶ ἐν αὐτῇ καὶ περὶ αὐτὴν θεωρεῖται, ἀλλ' ὡς οὐκ ἔστιν εἰπεῖν, οὐδὲ νοῆσαι, πλὴν ὅτι κατὰ τὸν ἴδιον αὐτῆς εἱρμὸν εὐοδουμένης τῆς φύσεως, καὶ ὁ νοῦς ἐνεργὴς γίνεται· εἰ πλημμέλημα περὶ ταύτην συμπέσοι, σκάζει κατ' ἐκεῖνο καὶ τῆς διανοίας ἡ κίνησις.

Εἰδέναι χρὴ τίνος χάριν ἐπὶ γῆς ἡ βλάστη τῶν ἐπὶ γῆς φυομένων προηγεῖται, ἐπιγίνεται δὲ τὰ ἄλογα τῶν ζώων, καὶ μετὰ ταῦτα ὁ ἄνθρωπος. Οὐ μόνον ὅτι ἡ μὲν πόα χρήσιμος τοῖς ζώοις, διὰ δὲ τὸν ἄνθρωπον τὰ βοτά, ὡς ὑπηρετεῖν μέλλοντα· ἀλλ' ὅτι τὴν περὶ ψυχῆς φιλοσοφίαν ὁ Μωσῆς παραδίδωσιν. Ἔστι δὲ ἡ τοῦ λόγου διαίρεσις τοιαύτη· Τῶν ὄντων, τὸ μὲν νοητὸν, τὸ δὲ σωματικόν ἐστιν. Ἔστωσαν δὲ νῦν τὰ περὶ τοῦ νοητοῦ. Τοῦ δὲ σωματικοῦ, τὸ μὲν μετέχει ζωτικῆς ἐνεργείας, τὸ δὲ ἀμοιρεῖ καθόλου ζωῆς. Πάλιν τοῦ ζωτικοῦ σώματος, τὸ μὲν αἰσθητὸν, τὸ δὲ ἀναίσθητον· καὶ τοῦ αἰσθητικοῦ, τὸ μὲν λογικὸν, τὸ δὲ ἄλογον. Ἀπὸ τῶν μικροτέρων ἐπὶ τὸ τέλειον ἡ φύσις ποιεῖται τὴν ἄνοδον. Διὰ τοῦτο μετὰ τὴν ἄψυχον ὕλην, οἷον ὑπόβαθρά τινα τῆς τῶν ἀψύχων ἰδέας τὴν φυσικὴν ταύτην ζωὴν συστῆναι λέγει ὁ νομοθέτης, ἐν τῇ τῶν φυτῶν βλάστῃ προϋποστᾶσαν, ἥν τε τὴν θρεπτικὴν καὶ αὐξητικὴν, εἶθ' οὕτως ἐπάγει καὶ τὴν ἐν τοῖς ζώοις αἰσθητικὴν, μετέχουσαν καὶ τῆς πρὸ αὐτῆς. Ἐπειδὴ τὰ διὰ σαρκὸς ζῶντα καὶ δίχα τῆς νοερᾶς φύσεως δύναται εἶναι· τὸ δὲ λογικὸν οὐ δύναται, εἰ μὴ τῷ αἰσθητικῷ συγκραθείη. Διὰ τοῦτο τελευταῖος ὁ ἄνθρωπος. Διὰ πάσης γὰρ ἰδέας τῶν ὁμωνύμως λεγομένων ψυχῶν ἀνακιρνᾶται τὸ λογικὸν ζῶον. Τρέφεται καὶ κατὰ τὸ φυτικὸν τῆς ψυχῆς εἶδος. Τῇ δὲ αὐξητικῇ δυνάμει ἡ αἰσθητικὴ προσφύει· εἶτα τῇ αἰσθητικῇ ἡ τῆς νοερᾶς οὐσίας διέλαμψεν ἐνέργεια. Ὅθεν καὶ κυρίως λογικὴ ψυχὴ καὶ νοερὰ λέγεται, ἡ διὰ πάντων διήκουσα. Ἐν μὲν γὰρ τῷ λογικῷ καὶ τὰ λοιπὰ περιέλαβεν, ἐν δὲ τῷ αἰσθητικῷ καὶ τὸ φυτικὸν πάντως ἐστὶ, τὸ δὲ φυτικὸν περὶ τὸ ὑλικὸν θε. . . . . πλὴν καὶ ταῦτα διὰ τὴν ζωτικὴν ἐνέργειαν, καταχρηστικῶς ψυχαὶ ὀνομάζονται.

Ἰστέον ὅτι τὰ γεγονότα πρὸς τὸ ἁπλῶς ζῆν ἡμᾶς, εἰσὶν, ἐγκέφαλος, καρδία καὶ πνεύμων, ἧπαρ καὶ γαστήρ. Καί τινος γὰρ τούτων παθόντος, ἐξ ἀνάγκης τὸ ζῶον τελευτᾷ· ὀφθαλμοὶ δὲ καὶ χεῖρες καὶ πόδες πρὸς τὸ εὖ ζῆν ἡμᾶς γεγόνασι. Τούτων γὰρ παθόντων, ζῇ μὲν τὸ ζῶον, οὐ καλῶς δέ. Ἄλλα δὲ πρὸς διαδοχὴν τῶν ἐπιγινομένων εἰσί.

Τελευταῖος μετὰ τὴν κτίσιν ἐκ Θεοῦ παρήχθη ὁ ἄνθρωπος. Οὐχ ὡς ἀπόβλητος ἐν ἐσχάτοις ἀποῤῥιφεὶς· ἀλλ' εἰκὸς ἦν τὸν ἄρχοντα πρὸ τῶν ἀρχομέ-

(98) Ex libro *De hominis opificio* passim, sed omnia commista et aliis verbis exoressa. Vide capp. 29, 8, 30, 2, 7, etc.

νῶν μὴ ἀναφανῆναι· μηδὲ πρὸ τὴν πανδαισίαν εὐτρεπισθῆναι, εἰσοικισθῆναι τὸν δαιτυμόνα.

Τιμιωτέρα δὲ πάσης φαινομένης τῆς κτίσεως ἡ τοῦ ἀνθρώπου φύσις. Ἡ μὲν γὰρ κτίσις ὑπὸ Θεοῦ ἀποσχεδιάσθη, ὁμοῦ τῷ προστάγματι συστᾶσα· ἐπὶ δὲ τῆς τοῦ ἀνθρώπου κατασκευῆς, [βουλῆς] βουλὴ προηγεῖται, καὶ πάντα περὶ αὐτοῦ προδιασκοπεῖται ὁ λόγος· εἶπε γὰρ ὁ Θεὸς, *Ποιήσωμεν ἄνθρωπον*, καὶ τὰ ἑξῆς τὰ περὶ αὐτοῦ· ὡς πρὸ τῆς γενέσεως τὴν ἀξίαν αὐτὸν λαβεῖν. Διὸ καὶ ὕλην τῆς αὐτοῦ συστάσεως προητοίμασε καὶ πρὸς ποῖον ἀρχέτυπον τὴν ὁμοιότητα ἕξει, διενοήσατο. Τὴν ἀνθρωπίνην οὖν φύσιν ὁ ἀριστότεχνος Θεὸς, οἷόν τι ὄργανον εἰς βασιλείας.... ἐπιτήδειον, ἐδημιούργησε, τοῖς τε κατὰ ψυχὴν προτερήμασι, καὶ αὐτῷ τῷ τοῦ σώματος σχήματι. Ἡ μὲν γὰρ ψυχὴ τὸ βασιλικὸν δείκνυσιν, ἀδέσποτος οὖσα, καὶ αὐτεξούσιος, ὡς εἰκὼν Θεοῦ κοινωνοῦσα τῷ ἀρχετύπῳ, ἀντὶ βασιλικῶν ἀμφίων τὴν λαμπρότητα ἐνδεδυμένη τῶν ἀρετῶν, καὶ τῆς ἰδιωτικῆς ταπεινότητος μὴ μετέχουσα.

Μία δὲ δύναμις ἀντιληπτικὴ τῶν πραγμάτων αὐτὸς ὁ τῷ ἀνθρώπῳ ἐγκείμενος νοῦς· ὁ δι' ἑκάστου τῶν αἰσθητηρίων διεξιὼν, καὶ τῶν ὄντων ἐπιβρασσόμενος, οἷόν τις χαρακτὴρ τῆς τοῦ Θεοῦ μιᾶς οὐσίας, τῶν ποικίλων ποιημάτων ἐνεργητικός. Ἐπιστομιζέσθωσαν οἱ λέγοντες ἀνόμοιον τῷ Πατρὶ τὸν Υἱὸν, ἢ τὸ ἅγιον Πνεῦμα κατὰ τὴν οὐσίαν· ὁ γὰρ, *Ποιήσωμεν*, εἰπὼν, καὶ διὰ τῆς πληθυντικῆς σημασίας, τὴν ἁγίαν Τριάδα δηλώσας, οὐκ ἂν τῆς εἰκόνος μοναδικῶς ἐμνημόνευσεν, εἴπερ ἀνομοίως εἶχε πρὸς τὸ ἀρχέτυπον· ἀδύνατον γὰρ μίαν εἰκόνα διαφόροις ὁμοιωθῆναι μορφαῖς· εἰ γὰρ διάφοροι ἦσαν αἱ φύσεις, διαφόρους καὶ τὰς εἰκόνας ἀνεστήσαντο.

Γυμνὸς δὲ τῶν ἐκ τῆς φύσεως ὅπλων καὶ προκαλυμμάτων ὁ ἄνθρωπος, οὐ κέρασι καθωπλισμένος, οὐκ ὀνύχων ἀκμαῖς, οὐκ ὀδοῦσιν, ἢ κέντρῳ ἰῶδει, ἢ τριχῶν περιβολῇ, ἢ πτερωτὸς, οὐ ταχύπους, οὐδὲ πολύσαρκος· καὶ ταῦτα μέλλων ἄρχειν, οἰκείοις αὐτὸν ὅπλοις πεφράχθαι ἐχρῆν· ἀλλὰ εἰκότως· εἰ γὰρ οὕτως εἶχε, θηριώδης τις ἂν ἦν καὶ δυσάντητος, καὶ τὴν κατὰ ἄλλων παρεῖδεν ἀρχὴν, τῆς συνεργείας ἐκείνων μὴ δεόμενος. Νῦν δὲ τὸ δοκοῦν ἐπιδεὲς τῆς φύσεως, ἀφορμὴ πρὸς τὸ κρατεῖν τῶν ὑποχειρίων ἐστί. Διὰ τοῦτο παρ' αὐτοῦ ὁ βοῦς ὑπὸ ζυγὸν εἰσήχθη, ὁ ἵππος ἐπεδαμάσθη, ἡ ἐπιστασία τῶν προβάτων διὰ τὰς ἐξ αὐτῶν προσαγωγὰς, τὰ ἀγθοφόρα ζῶα ὑπέζευκται. Ὁ κύων διὰ τῆς τῶν ὀδόντων λαβῆς, τὸ καταγωνίζεσθαί τινα, παρέσχε τῶν ζώων· κεράτων καὶ ὀνύχων ἰσχυρότερος ἐπινενόηται ὁ σίδηρος. Ὑπηρετοῦσι δὲ καὶ τὰ ὄρνεα, καὶ τὸ πτίλον αὐτῶν· καὶ ἐκ δερμάτων τῶν ζώων τὸ εὔτριπτον τῶν ποδῶν ἡμῶν διετηρήθη.

Τὸ δὲ ὄρθιον σχῆμα τοῦ ἀνθρώπου, καὶ αἱ χεῖρες τῆς ἀξίας δεικνύουσι τὴν διαφοράν, τῶν ἄλλων ζώων ὑποκυπτόντων, πόδας ἐχόντων κατὰ ἔμπροσθεν

prodire, neque antequam omnigenis refertum epulis convivium appararetur, introduci convivatorem.

Pretiosior autem est humana natura omni creatura quæ oculis cernitur. Nam cætera quidem creata a Deo quasi ex tempore facta sunt, simul cum mandato exhibita : in hominis autem structura consultatio præcedit, omniaque de eo prius considerat ratio : dixit enim Deus : *Faciamus hominem secundum imaginem* [83], et quæ de eo sequuntur ; ut etiam ante ortum suum homo dignitatem suam obtineret. Ideo et materiem de qua conderetur, præparavit, et ad quale exemplar similitudinem habiturus esset, perpendit. Humanam igitur naturam optimus artifex Deus velut organum ad regni administrationem idoneum fabricavit, et animæ privilegiis et forma corporis donavit. Siquidem anima regalem majestatem ostendit, nullius dominio subjecta, et propriæ potestatis, tanquam imago Dei, communia cum archetypo quædam habens, pro regalibus palliis indutа splendore virtutum, et cum plebeia vilitate nihil participans.

Porro una perceptrix rerum facultas homini est insita, nimirum mens, quæ per singulas sensuum sedes discurrens et res omnes apprehendens, ac velut exemplum et imago unicæ substantiæ divinæ, variarum operationum effectrix est. Sileant qui dicunt inæqualem Patri Filium, vel Spiritum sanctum secundum substantiam : nam qui dixit, *Faciamus*, idque plurali significatione, sanctam Trinitatem manifeste ostendit ; neque imaginis singulari numero mentionem fecisset, si ad archetypum inæqualis fuisset : nequit enim fieri ut imago una diversis formis respondeat ; nam si diversæ fuissent naturæ, diversas etiam imagines condidissent.

Nudus autem, et a naturæ armis ac munitionibus destitutus est homo, non cornibus armatus, non unguium acie, non dentibus aut aculeo venenato, nullo pilorum operimento, non alatus, non pedibus celer, neque carnosus : at vero illum qui imperaturus erat, propriis armis oportebat esse instructum ; verum non abs re aliter res habet. Si enim sic comparatus foret, ferinus aliquis et occursu terribilis esset, aliorumque negligeret imperium, illorum adjutrice opera non indigens. Nunc autem id quod videtur deesse naturæ, occasio est ad capessendum in subjecta imperium. Ideo ab ipso bos jugo subactus est, equus domitus, ovium cura habita propter proventus qui ex ipsis percipiuntur, animalia denique bajulandis oneribus idonea jugo subacta sunt. Canis ad quædam animalia dentium apprehensione obtinenda datus est : cornibus et unguibus fortius quiddam excogitatum est ferrum. Inserviunt item aves et pennæ ipsarum ; et ex animalium pellibus consuto calceo pedum nostrorum teneritati consulitur.

Recta etiam hominis facies, et manus dignitatis præstantiam ostendunt præ cæteris animalibus deorsum spectantibus, quæ pedes habent etiam ad

[83] Gen. I, 26.

anteriora membra, propterea quod fulcro illa indigerent. Cooperantur autem manus ad omnem necessitatem tam bello quam pace, et in usu sermonis et in scribendis litteris. Adaptamus enim voces etiam per ipsarum figuram, ita ut proprium quiddam rationalis naturæ manus sint. Quod si manibus homo careret, ad similitudinem quadrupedum, ad id utique comparata facies esset propter cibi necessitatem, ut ad cibum extenderetur, simul exiles forent nares; unde necessario consequeretur, ut peregrinam quoque vocem haberet.

Organicum autem ad rationis usum paratum est corpus. Quandoquidem enim intellectilis quædam et incorporea res mens est, tali opus habuit opificio, ut per aliquam artificiosam rationem motum suum manifestaret, instar plectri vocales partes tangens. Duplex autem est hujus organi effectus, alius quidem soni, alius vero auditus. Et ille quidem semper aliquid emittit, auditus autem perpetuo recipit. Estque dignum admiratione, quomodo confusio nulla fiat per eos qui per ipsum ingeruntur sermones et cogitationes. Id quod etiam in oculorum efficacitate locum habet. Nam per hos mens ea quæ sunt extra corpus apprehendit: unumquodlibet autem eorum quæ intro recipiuntur, mens examinans, convenientibus cognitionis locis reponit, aliquoties ex diversis sensuum sedibus unam cognitionem excitans, rursusque ex uno aliquo sensu varia percipiens; nam si quis audiverit nomen mellis, idque viderit, olfecerit atque et tetigerit atque gustaverit, rem unam per universas sensuum facultates cognovit. Varias vero voces per unicum auditum percipit, et per visum diversi generis res considerat, videlicet album et nigrum, et fuscum.

Aliud vero quiddam quam sensus mens est: si enim idem esset, cum uno aliquo ipsorum haberet cognationem, cum simplex sit; nunc autem in varios sensus sparsa est, et per unum quemlibet efficaciter agit, in unitate varium quiddam exsistens, et in varietate unum. Ideo cognitionem effugit ejus natura, et ea ipsa re quod cognosci nequeat, incomprehensibilem illam naturam ejus repræsentat, qui eam secundum imaginem propriam fecit.

Et quandoquidem velut instrumentum quoddam musicum corpus factum est; quemadmodum canendi peritus vitiato instrumento suam artem demonstrare nequit: ita et mens per universum organum vagando, per consentaneas sibi efficacitates unumquodlibet membrorum attingens, in iis quidem qui naturaliter affecti sunt, proprium effectum habet, in infirmis autem ineffica est: non enim partem quidem attingit, partem vero deserit.

Quemadmodum item mens ornatur pulchritudine primi exemplaris divini, veluti ejus charactere exaltata: sic et natura a mente administrata ornatur, continueturque rursus ab hac crassities nostræ substantiæ, circa quam cernitur natura. Ut autem mens virorum deformitate obscurata divinam pulchritudinem non admittit, nisi repurgata fuerit; ita quo-

κῶλα, διὰ δὲ τὸ δεῖσθαι τοῦ ὑπερείδοντος. Συνεργοῦσι δὲ αἱ χεῖρες κατὰ πᾶσαν χρείαν ἐπὶ πόλεμον καὶ εἰρήνην, καὶ τῇ τοῦ λόγου χρείᾳ, καὶ ἐν τοῖς γράμμασιν. Ἐναρμόζομεν γὰρ τὰς φωνὰς καὶ διὰ τοῦ χαρακτῆρος αὐτῶν, ὥστε καὶ ἴδιον τῆς λογικῆς φύσεως αἱ χεῖρές εἰσιν. Εἰ δὲ ἠμοίρει τῶν χειρῶν ὁ ἄνθρωπος, καθ' ὁμοιότητα τῶν τετραπόδων κατεσκευάσθη ἂν τὸ πρόσωπον διὰ τὴν τῆς τροφῆς χρείαν, ὡς προμήκη τὴν μορφὴν εἶναι, καὶ τοὺς μυκτῆρας ἀπολεπτύνεσθαι· ὡς ἐπάναγκες εἶναι καὶ τὴν φωνὴν ἀλλόκοτον ἔχειν.

Ὀργανικὸν δὲ κατεσκευάσθη τὸ σῶμα πρὸς τὴν τοῦ λόγου χρείαν. Ἐπεὶ νοερόν τι χρῆμα, καὶ ἀσώματόν ἐστιν ὁ νοῦς, τῆς τοιαύτης ἐδεήθη κατασκευῆς, ἵνα διά τινος ἐπινοίας τὴν κίνησιν αὐτοῦ φανεροῖ, πλήκτρου δίκην τῶν φωνητικῶν μορίων ἁπτόμενος. Διπλῆ δὲ περὶ τὸ ὄργανον ἡ ἐνέργεια· ἡ μὲν ἠχητική, ἡ δὲ ἀκουστική· ἡ μὲν ἀεί τι προΐεται, ἡ δὲ ἀκοὴ δεχομένη διηνεκῶς, καὶ θαῦμα πῶς σύγχυσις οὐ γίνεται ἐπὶ τοῖς δι' αὐτῆς εἰσαγομένοις λόγοις τε καὶ νοήμασι. Τοῦτο καὶ ἐπὶ τῆς τῶν ὄψεων ἐνεργείας γίνεται. Καὶ διὰ τούτων γὰρ ὁ νοῦς τῶν ἔξω τοῦ σώματος ἐπιδράσσεται· ἕκαστον δὲ τῶν εἰσαγομένων ὁ νοῦς ἐξετάζων τοῖς καταλλήλοις τῆς γνώσεως τόποις ἐναποτίθεται, πολλάκις ἐκ διαφόρων αἰσθητηρίων μίαν γνῶσιν συνεγείρων· πάλιν δ' ἐκ μιᾶς τῶν αἰσθήσεων ποικίλα καταλαμβάνων· ἀκούσας γάρ τις τοῦ ὀνόματος τοῦ μέλιτος, καὶ ἰδὼν αὐτό, καὶ ὀσφρανθείς, καὶ ἁψάμενος, καὶ γευσάμενος, ἓν πρᾶγμα δι' ὅλων τῶν αἰσθητηρίων ἐγνώρισε. Ποικίλας δὲ φωνὰς διὰ μιᾶς τῆς ἀκοῆς ἐπέγνω· καὶ διὰ τῆς ὁράσεως ἑτερογενῶν θεωρίας κατέλαβε, λευκοῦ τε καὶ μέλανος, καὶ φαιοῦ.

Ἄλλο δὲ παρὰ τὰς αἰσθήσεις ἐστὶν ὁ νοῦς· εἰ γὰρ ταὐτὸν ἦν τῇ αἰσθήσει, πρὸς μίαν αὐτῶν ἔχοι ἂν οἰκειότητα, ἁπλοῦς ὤν· νῦν δὲ εἰς τὴν αἰσθητικὴν πολυμέρειαν διασπειρόμενος, καὶ δι' ἑκάστης ἐνεργῶν, ἐν μονότητι τὸ ποικίλον, ἐν ποικιλίᾳ τὸ ἕν· διὸ καὶ διαφεύγει τὴν γνῶσιν ἡ φύσις αὐτοῦ· καὶ τῷ κατ' αὐτὸν ἀγνώστῳ, τὴν ἀκατάληπτον φύσιν τοῦ κατ' εἰκόνα οἰκείαν ποιήσαντος αὐτὸν παριστῶν.

Ἐπεὶ δὲ ὥς τι μουσικὸν ὄργανον τὸ σῶμα δεδημιούργηται· ὡς ἀδυνατεῖ ὁ μελῳδεῖν ἐπιστάμενος, δεῖξαι τὴν τέχνην εἰς τὴν τοῦ ὀργάνου ἀχρηστίαν· οὕτω καὶ ὁ νοῦς διήκων δι' ὅλου τοῦ ὀργάνου ταῖς νοητικαῖς ἐνεργείαις, ἑκάστου τῶν μελῶν προσαπτόμενος, ἐπὶ τῶν μὲν κατὰ φύσιν διακειμένων τὸ οἰκεῖον ἐνήργησεν, ἐπὶ δὲ τῶν ἀσθενούντων ἠπράκτησεν· οὐ γὰρ μέρους ἅπτεται, μέρους δὲ ἀφίσταται.

Ὥσπερ δὲ κατακοσμεῖται ὁ νοῦς τῇ ὁμοιώσει τοῦ πρωτοτύπου θείου κάλλους, οἷόν τι κάτοπτρον τῷ ἐμφαινομένῳ χαρακτῆρι μορφούμενον· οὕτω καὶ ἡ φύσις ὑπὸ τοῦ νοὸς οἰκονομουμένη κοσμεῖται· συνέχεται δὲ πάλιν ὑπ' αὐτῆς τὸ ὑλικὸν τῆς ὑποστάσεως, περὶ ἣν θεωρεῖται ἡ φύσις. Ὥσπερ δὲ ὁ νοῦς ὑπὸ τῆς ἀμορφίας τῶν παθῶν ζοφωθείς, ἄδεκτος γίνεται τοῦ

θείου κάλλους, εἰ μὴ ἐκκαθαρθῇ· οὕτω καὶ ἡ ἐν τῇ ὑποστάσει νοουμένη φύσις κατά τι παθοῦσα, τὴν τοῦ νοὸς ἐνέργειαν οὐ δύναται δέξασθαι, εἰ μὴ εἰς τὴν προτέραν ἐπανέλθῃ ὑγίειαν.

Δείκνυται δὲ καὶ ἐκ τούτου, ὅτι ὁ νοῦς τῆς φύσεως ἔχεται. Συνεστώσης μὲν γὰρ, καὶ ἐγρηγορυίας, ἐνεργεῖ καὶ κινεῖται· παρεθείσης δὲ τῷ ὕπνῳ μένει ἀκίνητος· τὰς δὲ καθ' ὕπνον φαντασίας, ἰνδάλματά τινα τῆς κατὰ τὸν νοῦν ἐνεργείας οἰόμεθα· ἐν ἀτόποις γὰρ καὶ ἀμηχάνοις πολλάκις εἶναί τις δοκεῖ· ὅπερ οὐκ ἂν ἐγένετο ἐν ἐγρηγόρσει· γίνονται δὲ καὶ ἀπὸ τῆς ἠθῶν καταστάσεώς τισιν, καὶ ἄλλα μὲν τοῦ ἀνδρείου, ἄλλα δὲ τοῦ δειλοῦ τὰ φαντάσματα· ἄλλα τοῦ ἀκολάστου, καὶ ἄλλα τοῦ σώφρονος, τοῦ μεταδοτικοῦ τε καὶ ἀπλήστου· παραμένει γὰρ τῷ μνημονικῷ τῆς ψυχῆς τῶν ἐφημερίων ἐπιτηδευμάτων τὰ ἀπηχήματα· πολλάκις δὲ καὶ πρὸς τὰς ποιὰς σωμάτων διαθέσεις ὄνειροι γίνονται· οὕτω γὰρ ὁ διψώδης ἐν πηγαῖς εἶναι δοκεῖ, καὶ εὐωχίαις ὁ τροφῆς προσδεόμενος· καὶ ἁπλῶς πολύτροπος ἡ τῶν ὀνείρων ὄψις ἐστὶ, ματαία δέ· ὁ γὰρ νοῦς τῇ ἀπραξίᾳ τῶν αἰσθήσεων διὰ τοῦ ὕπνου συγκαλυφθεὶς, οὔτε ἐκλάμπειν δι' αὐτῶν δύναται, οὔτε παντελῶς κατασβέννυται. Εἰ δὲ καὶ ὁ τῆς Αἰγύπτου Φαραὼ, καὶ ὁ Ναβουχοδονόσορ δι' ἐνυπνίων εἰς τὴν τῶν μελλόντων γνῶσιν ὁδηγοῦνται, δι' ἕτερον ᾠκονομήθη τοῦτο παρὰ τοῦ Θεοῦ, ἵνα φανερωθῇ ἡ κεκρυμμένη τῶν ἁγίων σοφία.

Ἰστέον δὲ ὅτι τοῦ νοητοῦ πρὸς τὸ σωματικὸν κοινωνία ἄφραστον καὶ ἀνεπινόητον τὴν συνάφειαν ἔχει. Καὶ τοῦτο προεγράφη.

ΠΕΥΣΙΣ ΡΜΑ'.

Καλῶς πάνυ τῶν περὶ ἀνθρώπου διευκρινηθέντων ἡμῖν, ποῦ σοι δοκεῖ ὑπάρχειν ὁ παράδεισος; ἐν οὐρανῷ, ἢ ἐπὶ γῆς; Οἱ μὲν γὰρ αὐτὸν λέγουσιν ὑπάρχειν ἐπουράνιον νοητὸν, οἱ δὲ ἐπίγειον αἰσθητόν.

Ἀπόκρισις.

Ἐμοὶ αἰσθητὸς δοκεῖ ὑπάρχειν, καὶ ἐπὶ γῆς· σαφῶς καὶ φανερῶς διαῤῥήδην τοῦτο βοώσης τῆς θείας Γραφῆς.

ΠΕΥΣΙΣ ΡΜΒ'.

Τί οὖν βούλεται Παῦλος λέγων, *Οἶδα ἄνθρωπον, πρὸ ἐτῶν δεκατεσσάρων, εἴτε ἐν σώματι, εἴτε ἐκτὸς τοῦ σώματος, οὐκ οἶδα· ὁ Θεὸς οἶδεν· καὶ οἶδα τὸν τοιοῦτον ἄνθρωπον ἁρπαγέντα εἰς τὸν παράδεισον, καὶ ἀκηκοότα ἄῤῥητα ῥήματα, ἃ οὐκ ἐξὸν ἀνθρώπῳ λαλῆσαι*; ἐξ ὧν δηλοῦται ἐν οὐρανοῖς ὑπάρχειν τὸν παράδεισον· οὐ γὰρ εἶπεν, Ἁρπαγέντα εἰς τρίτον οὐρανὸν, κἀκεῖθεν καταβάντα εἰς τὸν παράδεισον· ἀλλ' ἐν τῇ ἁρπαγῇ ἀμφοτέρων ἐμνήσθη.

Ἀπόκρισις.

Ἀλλ' οὐκ ἐν μιᾷ συντομίᾳ τὸν οὐρανὸν καὶ τὸν παράδεισον συναπεφήνατο. *Εἶδον* γὰρ, φησὶν, *ἄνθρωπον ἁρπαγέντα ἕως τρίτου οὐρανοῦ*, καὶ πά-

que natura alicui vitiositati obnoxia, mentis operationem suscipere non potest, nisi ad pristinam redierit sanitatem.

Præterea ostenditur per hoc, quod a natura pendet mens. Cum enim illa consistit et excitata est, etiam hæc efficax est et movetur: composita autem somno, manet immobilis. Porro res imaginarias quæ per somnum fiunt, simulacra quædam ejus quæ est in mente operationis, esse putamus; in locis enim insolitis et perplexis aliquoties aliquis sibi videtur esse, quod in vigilante neutiquam accideret. Accidunt autem hæc aliquibus et a morum constitutione, suntque alia fortis, alia meticulosi phantasmata, alia intemperantis, alia sobrii, præterea et liberalis, et ejus qui insatiabilis est; remanent enim in animæ reminiscente sede diurnorum exercitiorum quasi sonitus relicti: aliquoties etiam secundum corporearum qualitatum dispositiones insomnia fiunt. Sic enim sitibundus ad fontes esse sibi videtur; et in conviviis, qui cibi indigus est. Denique multiplex somniorum species est, sed vana; nam mens cessante sensuum actu per somnum contecta, neque per ipsos elucere potest, neque prorsus exstinguitur. Quod autem rex Ægypti Pharao, et Nabuchodonosor per insomnia ad eorum cognitionem ducuntur, quæ futura erant, id propter aliud a Deo dispensatum est, ut manifestaretur abscondita sanctorum sapientia.

Sciendum vero, ejus quod est intellectile ad corpoream communionem, ineffabilem et intellectu incomprehensibilem conjunctionem habere. Atque hoc etiam in præmissis scriptum est.

INTERROGATIO CXLI.

Quando percommode nobis exposuisti ea quæ ad hominem pertinent: ubi tibi videtur esse paradisus, an in cœlo, vel terra? Nam alii quidem ipsum dicunt esse cœlestem et intellectilem, alii vero terrestrem ac sensilem.

Responsio.

Mihi sensilis esse videtur, et in terra; luculente ac manifeste diserteque id tradentibus Litteris sacris.

INTERROGATIO CXLII.

Quid igitur sibi vult Paulus, dicens: *Novi hominem, ante annos quatuordecim, sive in corpore, sive extra corpus, nescio, Deus novit; et novi hujusmodi hominem raptum in paradisum, et audisse arcana verba, quæ fas non sit homini loqui* [83]? Quibus indicatur in cœlis esse paradisum. Non enim dixit, se raptum in tertium usque cœlum, et inde descendisse in paradisum: sed in raptu utrorumque meminit.

Responsio.

At non uno compendio cœlum et paradisum simul definivit. *Novi* enim, inquit, *hominem raptum, usque in tertium cœlum*, et denuo, *In paradi-*

[83] II Cor. XII, 2-4.

sum. Necessario igitur vestra contra vos usurpanda mihi vox est, sicque deinde ad articuli quæstionem redeundum : dicitis enim ipsum non dixisse, quod descenderit, sed quod raptus fuerit in paradisum ; et inde abstulerit, ut apparet, clarissimorum patrum doctrinas. Quandoquidem enim non dixit se ascendisse in paradisum, sed eo raptum esse, annon ascendit? Si vero ascendit cum raperetur, constat quod et descenderit in paradiso raptus. Inquit enim, *Et novi hujusmodi hominem raptum in paradisum.*

INTERROGATIO CXLIII.

Sed quia supra nos cœlum cernitur, constat ipsum ascensu usum esse, ut supra ipsum esset, ubi et paradisum intelligimus.

Responsio.

Cur igitur non utrumque complexus, inquit, *Et novi hujusmodi hominem raptum in cœlum et paradisum?* sed interjecto articulo loca distinxit, dicens : *Et novi hujusmodi hominem raptum in tertium usque cœlum, et rursus, raptum in paradisum.* Illud autem, *et rursus,* ad alium aliquem locum transfert : ad similitudinem montis declivi campo circumdati, in quo si quis esse velit, per ingressum in campum facile in eum perveniet ; si vero primo conscendere montem voluerit, et ex eo in campum venire, omnino necessarium est ut ab excelso deveniat in planum. Consimiliter puto divum Apostolum primum quidem cœlos ingressum, inde in paradisum devolasse deinde. Fide autem dignus ante Paulum testis rerum divinarum peritus ille Solomo, sensilem super terram paradisum indicans : *Descendit,* inquit, *frater meus in hortum suum* [84], simul Domini significans divinum in carnem adventum, et Pauli in ipso præmonstrans descensum ex cœlis, postquam supra ipsos a terra raptus esset. Frater autem Solomonis et Pauli secundum carnem est Christus, qui in hortum suum descendit. Et rursus alia ratione ipsorum frater, quod ambo Synagogæ alumni facti, circumcisionis cultrum sub jugo legis tolerarunt.

INTERROGATIO CXLIII'.

Quid igitur? Num Servatorem Christum non in cœlis, sed in terra putas, animam, dum crucifigeretur, apud Deum deponere, dicentem : *Pater, in manus tuas commendo spiritum meum* [85]? Et ad latronem, *Hodie mecum eris in paradiso* [86]? Si igitur in cœlo est Deus et Pater Christi, omnino illic et paradisus erit, in quem Christus se promisit introducturum latronem secum crucifixum.

Responsio.

Blasphemum et extremæ dementiæ mihi videtur esse, in cœlo vel paradiso tantum, et non ubique divinum Numen esse arbitrari : in omnibus enim exsistens, omnia quoque complectitur, cœlestia, terrestria, subterranea : proinde et in orcum ingre-

λιν, *Εἰς τὸν παράδεισον.* Ἀνάγκη οὖν τῇ ὑμετέρᾳ καθ' ὑμῶν χρήσασθαι φωνῇ, εἶθ' οὕτως ἐπὶ τὴν ζήτησιν τοῦ ἄρθρου φοιτῆσαι· φατὲ γὰρ μὴ εἰρηκέναι αὐτὸν, καταβάντα, ἀλλ' ἁρπαγέντα εἰς τὸν παράδεισον, ἐκ τούτου ἀποστειόμενον, ὡς ἔοικε, τὰς τῶν ἀοιδίμων πατρῶν παιδείας. Ἐπεὶ γὰρ οὐκ ἔφη ἀναβάντα, ἀλλ' ἁρπαγέντα, παρὰ τοῦτο ἆρ' οὐκ ἀναβέβηκεν; Εἰ δὲ ἀναβέβηκεν ἁρπαγείς, δηλονότι καὶ καταβέβηκεν ἐν παραδείσῳ ἁρπαγείς. *Καὶ οἶδα γὰρ, φησὶ, τὸν τοιοῦτον ἄνθρωπον ἁρπαγέντα εἰς τὸν παράδεισον.*

ΠΕΥΣΙΣ ΡΜΓ'.

Ἀλλ' ὑπεράνω ἡμῶν ὁρώμενος οὐρανὸς, δηλοῖ ἀναβάσει αὐτὸν χρησάμενον, ὑπεράνω αὐτοῦ γενέσθαι, ἔνθα καὶ τὸν παράδεισον νοοῦμεν.

Ἀπόκρισις.

Διὰ τί οὖν μὴ συνελὼν ἔφη, *Καὶ οἶδα τὸν τοιοῦτον ἄνθρωπον ἁρπαγέντα εἰς τὸν οὐρανὸν καὶ παράδεισον;* ἀλλὰ τῇ μεσεμβολῇ τοῦ ἄρθρου, τὰ χωρία διέστησε, φάσκων, *Καὶ οἶδα τὸν τοιοῦτον ἄνθρωπον ἁρπαγέντα ἕως τρίτου οὐρανοῦ· καὶ πάλιν, ἁρπαγέντα εἰς παράδεισον·* τὸ δὲ, *καὶ πάλιν,* ἐφ' ἕτερον τόπον τινὰ μεθίστησιν· κατὰ τὴν εἰκόνα τοῦ πρανεῖ πεδίῳ κυκλουμένου ὄρους, ἐν ᾧ τις γενέσθαι ἀγάμενος, διὰ τῆς ἐπὶ τοῦ πεδίου πορείας, εὐμαρῶς τούτῳ ἐπιφοιτᾷ· εἰ δὲ βουληθείη πρῶτον ἐπιβῆναι τῷ ὄρει, ἐξ αὐτοῦ δὲ τῷ πεδίῳ, πᾶσα ἀνάγκη ἐκ τοῦ ὑψηλοῦ ἐπὶ τὸ πρανὲς αὐτὸν παραγενέσθαι. Παραπλησίως δοκῶ τὸν ἱερὸν Ἀπόστολον, πρῶτον μὲν τοῖς οὐρανοῖς ἐπιφοιτήσαντα, ἐκεῖθεν εἰς τὸν παράδεισον καταπτῆναι. Ἀξιόπιστος δὲ πρὸ Παύλου μάρτυς ὁ τῶν θείων σοφὸς Σολομὼν, αἰσθητὸν καὶ ἐπὶ γῆς δηλῶν τὸν παράδεισον· *Κατέβη γὰρ, φησὶν, ὁ ἀδελφιδές μου εἰς τὸν κῆπον αὐτοῦ,* ὁμοῦ τὴν τοῦ Κυρίου σημαίνων θεανδρικὴν ἐπιφοίτησιν, καὶ τὴν Παύλου ἐν αὐτῷ προφαίνων κατάβασιν ἐξ οὐρανῶν, μετὰ τὴν ἀπὸ τῆς γῆς ὑπὲρ αὐτῶν ἁρπαγήν· ἀδελφὸς δὲ Σολομῶντος καὶ Παύλου κατὰ σάρκα ὁ Χριστὸς, ὁ εἰς τὸν κόσμον αὐτοῦ καταβάς. Καὶ πάλιν ἕτερος ἀδελφὸς αὐτῶν, ἅμφω τῆς συναγωγῆς ὑπότιτθοι γενόμενοι, καὶ τῆς περιτομῆς τὸ σιδήριον καρτερήσαντες, καὶ τῷ ζυγῷ τοῦ νόμου.

ΠΕΥΣΙΣ ΡΜΓ'.

Τί οὖν; Σωτῆρα Χριστὸν οὐκ ἐν οὐρανοῖς, ἀλλ' ἐπὶ γῆς νομίζεις τὴν ψυχὴν ἐν τῷ σταυροῦσθαι παρατίθεσθαι, λέγοντα, *Πάτερ, εἰς χεῖράς σου παρατίθημι τὸ πνεῦμά μου·* καὶ πρὸς τὸν λῃστὴν, *Σήμερον μετ' ἐμοῦ ἔσῃ ἐν τῷ παραδείσῳ;* Εἰ οὖν ἐν οὐρανῷ ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ τοῦ Χριστοῦ, ἐκεῖ πάντως καὶ ὁ παράδεισος, ἐν ᾧ τὸν λῃστὴν εἰσάγειν ὁ Χριστὸς ἐπηγγείλατο συσταυρούμενον αὐτῷ.

Ἀπόκρισις.

Βλάσφημον, καὶ πάσης ἀνοίας μοι δοκεῖ, ἐν οὐρανῷ ἢ παραδείσῳ μόνον, καὶ μὴ πάντη τὸ Θεῖον οἴεσθαι· ἐν πᾶσι γὰρ ὑπάρχον, καὶ πάντων ἐστὶ περιεκτικὸν οὐρανίων τε καὶ ἐπιγείων, καὶ καταχθονίων· ὥστε ᾧν καὶ ἐν τῷ ᾅδῃ φοιτήσασαν τὴν τοῦ

[84] Cant. vi, 1, sec. LXX. [85] Luc. xxiii, 46 [86] ibid. 43.

Θεοῦ καὶ Λόγου σαρκωθέντος ψυχὴν, ἐν ταῖς πατρῴαις χερσὶν αὐτὴν ὑπάρχειν φαμέν· ἐν παραδείσῳ δὲ γινόμενον Χριστὸν τῇ θεότητι, καὶ τοῦ ληστοῦ τὴν ψυχὴν συνεπαγόμενον· καὶ οὕτως ταῖς τοῦ Γεννήτορος παλάμαις ἐνδιαιτᾶσθαι αὐτὸν ὁμολογοῦμεν. *Ὁ γὰρ Θεὸς ἡμῶν ἐν τῷ οὐρανῷ καὶ ἐν τῇ γῇ, ἐν ταῖς θαλάσσαις, καὶ ἐν πάσαις ταῖς ἀβύσσοις*, φησὶ Δαβὶδ ὁ τῶν θείων μελῳδός· καὶ πάλιν, *Ὅτι ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ τὰ πέρατα τῆς γῆς*· καὶ πάλιν ὁ αὐτὸς, *Ἐὰν ἀναβῶ εἰς τὸν οὐρανὸν, σὺ ἐκεῖ εἶ· ἐὰν καταβῶ εἰς τὸν ᾅδην, πάρει.* Εἰ δὲ ὁ οὐρανὸς πάντων ἐστὶν ὑπέρτερος, ᾅδης δὲ τῶν ὅλων βαθύτερος, ἐν τούτοις δὲ τὸ Θεῖον ὑπάρχει, ἅμα τε καὶ πάντα περιέχειν βοῶσιν οἱ θεσπέσιοι, δηλονότι καὶ ὁ Χριστὸς τῇ θεότητι πάντη συμπαρὼν τῷ Πατρὶ, ἐν ταῖς χερσὶν αὐτοῦ παρατίθεται τὴν ψυχήν. Εἰ γὰρ *ψυχαὶ δικαίων ἐν χειρὶ Κυρίου*, καθὼς φησιν ὁ Προφήτης, πολλῷ μᾶλλον τοῦ Θεοῦ καὶ Λόγου· παρ' οὗ ἐπίγειον καὶ αἰσθητὸν ὑπάρχειν τὸν παράδεισον παιδευόμεθα· οὐ γάρ φησι τῷ ἐπὶ ξύλου συναπηωρημένῳ λῃστῇ, *Σήμερον μετ' ἐμοῦ ἔσῃ ἐν τῷ παραδείσῳ;* Ἀντεισάγει τοίνυν ἐν παραδείσῳ ὁ τὸν λῃστὴν Ἀδὰμ ἐξορίστας, τὸν δυσμενῆ λῃστὴν ἐλεήσας.

ΠΕΥΣΙΣ ΡΜΔ'.

Τί οὖν βούλεται Ἡσαΐας, ἐκ προσώπου τοῦ Θεοῦ λέγων, *Ἐπὶ τῶν χειρῶν μου ἐζωγράφησά σου τὰ τείχη*; ὅπερ νοοῦμεν περὶ τοῦ παραδείσου λέγεσθαι. Καὶ ὁ Ἀπόστολος δὲ τοῦτο δηλῶν γράφει, *Ἡ δὲ ἄνω Ἱερουσαλὴμ ἐλευθέρα ἐστὶν, ἥτις ἐστὶν μήτηρ ἡμῶν*· ἥντινα οὐκ ἄλλην δοκοῦμεν, ἢ τὸν παράδεισον.

Ἀπόκρισις.

Συνηγορεῖν μᾶλλον ἢ κατηγορεῖν μοι ἐοίκατε, ἀντὶ παραδείσου φυτοκόμου καὶ φρουροπώρου πόλιν καὶ τείχη μοι παράγοντες. Τίς δὲ καὶ ὁμωνυμία παραδείσου καὶ Ἱερουσαλήμ, ἢ οὐρανοῦ καὶ τῆς Ἐδὲμ, ἐν ᾗ τὸν παράδεισον Μωσῆς ὑπὸ Θεοῦ γενόμενον δηλοῖ, φάσκων, *Καὶ ἐφύτευσεν ὁ Θεὸς παράδεισον ἐν Ἐδὲμ κατὰ ἀνατολάς*· οὐχὶ δὲ ἐν οὐρανῷ κατὰ ἀνατολάς· *Καὶ πηγὴ*, φησὶν, *ἀνέβαινεν ἐξ Ἐδὲμ ποτίζειν τὸν παράδεισον*· οὐχὶ δὲ καταβαίνει ἐξ οὐρανοῦ· *Καὶ ποταμὸς ἐκπορεύεται ἐξ Ἐδὲμ*, οὐχὶ δὲ κάτεισιν ἐξ οὐρανῶν· *Οὗτος*, φησὶ, *μερίζεται εἰς τέσσαρας ἀρχὰς*, οὐχὶ δὲ καταῤῥεῖ εἰς ἀρχὰς τέσσαρας; Ποῦ δὲ ἐν οὐρανῷ συκαῖ, φοίνικες, καὶ ῥοαὶ, καὶ τὰ λοιπὰ, οἷς παράδεισος πυκάζεται, καὶ θάλλειν πέφυκε; Ποῦ δὲ ἐν οὐρανοῖς κρήνη καὶ ποταμοὶ, καὶ φυτὸν παραβάσεως; Ἄκουε τοίνυν τοῦ συγγραφέως τοὺς ἐκ μιᾶς κρήνης ἀποῤῥέοντας τέσσαρας ποταμοὺς προσαγορεύοντος, καὶ οἱονεὶ δακτυλοδεικτοῦντος αὐτοὺς τῇ προσηγορίᾳ. *Καὶ ὄνομα τῷ ἑνὶ Φεισών. Οὗτος δὲ τὴν Αἰθιοπίαν*, φησὶ, *καὶ τὴν Ἰνδικὴν παροδεύων, Γάγγης παρ' αὐτῶν προσαγορεύεται*· παρὰ δὲ Ἕλλησιν Ἴστρος καὶ Ἰνδὸς ποταμός· παρὰ δὲ Ἰλλυριοῖς καὶ Ῥιπιανοῖς τοῖς παροικοῖς τοῦ Ἴστρου, Δανούβης· παρὰ δὲ Γότθοις Δουναῦτις· πᾶσαν δὲ τὴν γῆν Εὔξλατ κυκλῶν, τὴν δευτέραν Αἰ-

dientem Dei et Verbi incarnati carnem in paternis manibus esse dicimus. In paradiso autem fuisse Christum divinitate, et una latronis animam adduxisse, sicque in Genitoris manibus ipsum fuisse confitemur. *Deus* enim *noster in cœlo, et in terra, et in mari, et in omnibus abyssis*[87], inquit Davides divinorum ille carminum auctor : et rursus : *Quoniam in manu ejus sunt fines terræ*[88] ; et iterum inquit idem : *Si in cœlum ascendero, tu illic es; si descendero in orcum, tu ades*[89]. Quod si cœlum omnium est summum, orcus autem omnium infimus, et in iis Numen est, simulque ipsum omnia continere clamant viri divini : constat, quod et Christus divinitate ubique præsens Patri, nihilominus in manibus ejus deposuerit animam. Si enim *animæ justorum in manu Domini*[90], quemadmodum inquit Propheta, multo magis Dei et Verbi, de quo terrestrem et sensilem esse paradisum docemur ; non enim inquit ad latronem in ligno secum suspensum, *Hodie mecum eris in paradiso?* Reducit igitur in paradisum qui latronem Adamum in exsilium egerat, inimicum latronem, cujus misertus erat.

INTERROGATIO CXLIV.

Quid igitur sibi vult Isaias, in persona Dei dicens : *In manibus meis depinxi muros tuos*[91] ? Id quod de paradiso dici intelligimus. Sed et Apostolus idem his verbis indicat, *Quæ sursum est, Hierosolyma, libera est, quæ est mater nostra*[92]. Eam vero nullam putamus aliam, quam paradisum.

Responsio.

Patrocinari potius quam adversari mihi videmini pro paradiso arboribus consito et poma custodiente, civitatem et muros mihi adducentes. Est autem etiam æquivocatio paradisi et Hierosolymæ, vel cœli et Edem, ubi paradisum a Deo factum Moses indicat, dicens : *Et plantavit Deus paradisum in Edem ad orientem*[93] : non autem in cœlo ad orientem. *Et fons*, inquit, *ascendit ex Edem ad irrigandum paradisum*[94] : non autem, descendit ex cœlo. *Et fluvius egreditur ex Edem*[95], non autem, descendit ex cœlis. *Hic*, inquit, *dividitur in quatuor principia*[96], non autem, deorsum fluit in quatuor capita. Ubi autem in cœlo sunt fici, palmæ, mala punica, cætera quæ paradisus plurima continet, et quibus floret naturaliter? Ubi vero in cœlo fons et flumina et arbor transgressionis? Audi igitur historiæ auctorem ex uno fonte quatuor flumina effluentia pronuntiantem, et ea quasi digito demonstrantem per ipsam appellationem. *Et uni nomen Phison*[97]. *Hic vero Æthiopiam*, inquit, *et Indiam præterlabens, Ganges ab ipsis appellatur*[98]. Apud Græcos autem Ister et Indus fluvius dicitur. Apud Illyrios autem et Ripianos accolas fluminis, Danubis ; apud Gothos vero Dunantis. Omnem vero terram Evilat circumiens, secundam videlicet Æthiopiam et partes Ely-

[87] Psal. cxxxiv, 6. [88] Psal. xciv, 4. [89] Psal. cxxxviii, 8. [90] Sap. iii, 1. [91] Isa. xlix, 16. [92] Gal. iv, 26. [93] Gen. ii, 8. [94] ibid. 6. [95] ibid. 10. [96] ibid. [97] ibid. 11. [98] ibid. 13.

mæorum, percurrensque primam Æthiopiam, sic deinde rursus effusus ad austrum et occidentem intra Gadira, in celebrem illum effunditur Oceanum.

INTERROGATIO CXLV.

Ne sermoni finem hic imponas, benigne Pater, sed secundi fluminis impetum sermone describens, perfecte nos exhilara.

Responsio.

Secundus Gehon est, qui apud Ægyptios Nilus appellatur, totam inundans leniter et irrigans quotannis Ægyptum : navibus autem transitum per vela præbens, arationis opera fieri permittit, et aquatilia se terrestribus aggregare, quorum alia quidem herbis vescuntur, alia vero vescuntur carnibus : maximam autem præterlabens Æthiopiam, per minorem fluit, perque Anumetam, et Blemmyam, et Auxumetam, et partes Thebaidis et Ægypti, sic deinde in mare effunditur. Jeremias inter alios vates multa expertus certamina a reditu in Ægyptum inhibens furiosum Israelem, diserte clamat : *Quid tibi cum Ægypto, ut turbatam bibas aquam*[99] ? Hoc est, aquam Nili turbulentam.

INTERROGATIO CXLVI.

Quæsumus ne graveris propter temporis brevitatem etiam ea paucis edisserere quæ ad tertium fluvium pertinent, unde oriatur, et ubi desinat.

Responsio.

Qui post secundum ex eadem scaturigine procedit, Tigris a divina appellatur Scriptura[1], manans quidem recta versus Syros, pertransiensque partes Orientis, ad immensum spatium terram subit, rursusque emergit in Armenia, dividiturque in regione Assyriorum.

INTERROGATIO CXLVII.

Ut solitum hoc de oratione tua gaudium percipiamus, etiam quartum nobis flumen describere velis.

Responsio.

Ex eodem utero exundans quartus est Euphrates[2] ille celebris, qui etiam Indicos quosdam paradisi fructus foliaque amne suo trahens, ad nos transvehit. Qui similiter, ut alter, ex eadem scaturigine fluens, subterraneus aliquousque labitur, et redundat juxta Armeniam, unde manat per Babylonem. A navigantibus autem quilibet horum transitur immensa ferentibus onera navibus, post subterraneam refusionem ad ulteriora, tanquam ad paradisum per occultos illos meatus contendere volentibus. Verum ad loca macressa pervenire frustra conati, per adversi fluminis navigationem, vel littora legendo itinere terrestri saltem indagare aditum ad ipsum tentarunt. Ex quibus Ægyptii quidam aquæ potores et seminibus vescentes, neque crasso victu nostro ab incunabulis utentes, diversorum seminum commeatu comparato, et multis impletis navibus, expeditum potum ex eo

[99] Jerem. II, 18. [1] Gen. II, 14. [2] Ibid.

Θιοπίαν καὶ τὰ μέρη τῶν Ἐλυμαίων, καὶ διαθέων τὴν πρώτην Αἰθιοπίαν, εἶθ' οὕτως ἐκρέων ἐπὶ τὰ νότια καὶ τὴν ἑσπέραν ἔσωθεν Γαδείρων, εἰς τὸν διαβόητον ἐκκρίνεται Ὠκεανόν.

ΠΕΥΣΙΣ ΡΜΕ'.

Μὴ ἐνταῦθα παύσῃ τοῦ λέγειν, φιλότεκνε Πάτερ, ἀλλὰ καὶ τοῦ δευτέρου ἡμῖν ποταμοῦ τὴν ὁρμὴν τῷ λόγῳ διαγράψων, τελείως εὔφραινε.

Ἀπόκρισις.

Δεύτερος Γεὼν ὑπάρχει, ὁ παρ' Αἰγυπτίοις Νεῖλος προσαγορευόμενος, πᾶσαν ἐπικλύζων πρᾶος καὶ ἀρδεύων κατ' ἔτος τὴν Αἴγυπτον· ναυσὶ δὲ πορούμενος μεταξὺ τῶν ἀρμένων, τοῖς ἀρότροις ἐπιτρέπει ἐργάζεσθαι, καὶ τὰ ἔνυδρα τοῖς χερσαίοις συναγελάζεσθαι, τὰ μὲν ποιηβοροῦντα, τὰ δὲ κρεηβοροῦντα· τὴν δὲ μεγίστην ἐπιθέων Αἰθιοπίαν, διαῤῥεῖ τὴν ἐλάσσονα, Ἀνουμήτην τε καὶ Βλεμμύαν, καὶ Αὐξουμήτην, καὶ τὰ μέρη τῆς Θηβαΐδος καὶ Αἰγύπτου, εἶθ' οὕτως εἰς τὴν θάλασσαν ταύτην ἐκκρίνεται. Ἱερεμίας ὁ τῶν προφητῶν πολύαθλος τῆς ἐπ' Αἴγυπτον παλινδρομίας εἴργων τὸν φρενόλυσσον Ἰσραὴλ, διαῤῥήδην βοᾷ, *Τί σοὶ καὶ τῇ Αἰγύπτῳ τοῦ πιεῖν ὕδωρ τεθολωμένον;* Τοῦ Νείλου ὕδωρ θολόν.

ΠΕΥΣΙΣ ΡΜϚ'.

Δεόμεθά σου μὴ ὀκνῆσαι διὰ βραχὺ τῆς ὥρας, ἀλλὰ δι' ἐπιτόμου εἰπεῖν καὶ τὰ περὶ τοῦ τρίτου ῥεύματος, πόθεν ἄρχεται, καὶ ποῦ καταλείπει.

Ἀπόκρισις.

Ὁ μετὰ τὸν δεύτερον τῆς αὐτῆς ὑδροχόης προερχόμενος, Τίγρις ὑπὸ τῆς Θείας προσαγορεύεται Γραφῆς, πορευόμενος μὲν κατ' ἐναντίας Συρίων, διαφοιτῶν δὲ τὰ μέρη τῆς Ἑῴας, δύνει ὑπὸ τὴν χέρσον ἐπάπειρον, καὶ ἀναπαφλάζει πάλιν κατὰ τὴν Ἀρμενίαν, διατεμνόμενος ἐν τῇ τῶν Ἀσσυρίων χώρᾳ.

ΠΕΥΣΙΣ ΡΜΖ'.

Πλείως ἡμᾶς εὐφραίνων τῷ λόγῳ, καὶ τοῦ τετάρτου ἡμῖν τὴν ῥώμην εἰπεῖν καταξίωσον.

Ἀπόκρισις.

Ὁ τῆς αὐτῆς νηδύος ἐκκυμαινόμενος τέταρτος ὑπάρχει Εὐφράτης ὁ διαβόητος· ὁ καὶ Ἰνδικάς τινας τῆς τοῦ παραδείσου φθινοπωρείας καὶ φυλλοροῆς τῷ ῥείθρῳ ἐπισυρόμενος, καὶ διακομίζων ἡμῖν ὁμοίως τῷ ὁμοκρήνῳ ἐφ' ἱκανὸν ὑπόγειος καθιστάμενος, ἀναβλύζων πάλιν κατὰ τὴν Ἀρμενίαν, ἐκεῖθεν διαβλύζει τὴν Βαβυλῶνα. Ναυσιπορεῖται δὲ τούτων ἕκαστος μυριοφόροις ὁλκάσιν, μετὰ τὴν ὑπόγειον χέωσιν εἰς τὰ ἐπέκεινα· οἷον ἐπὶ τὸν παράδεισον τῇ καταδύσει ἀποσφάλλοντες· καὶ ἀνεπίβατα ποιοῦντες, τοῖς διὰ τοῦ ἀνάπλου, ἢ τῆς τῶν ἠϊόνων παραδρομῆς διὰ χέρσου ἰχνεύειν πειρωμένοις τὴν ἐπ' αὐτὸν πορείαν. Ἐξ ὧν τινες τῆς Αἰγύπτου ὑδροπόται καὶ σπερμοβόροι ἔξω τῆς καθ' ἡμᾶς παχείας διαίτης ἐκ σπαργάνων ὑπάρχοντες, ἐπισιτισάμενοι σπερμάτων διαφοράς, καὶ πληρώσαντες ἱκανὰς τῶν νηῶν, τὸ δὲ φέρον αὐτοὺς ῥεῖθρον ἕτοιμον πότον ἔχοντες, τῷ αὐτῷ καὶ τὰ ὄσπρια δεύοντες· καὶ πρὸς ἐδωδὴν ἐξευμαρί-

ζοντες αὐτοῖς, διὰ τοῦ παραθέοντος Γεών. Νεῖλον δὲ παρ' αὐτοῖς προσαγορευομένου ἀναπλέοντες, ἐπειρῶντο τῷ ῥείθρῳ χειραγωγούμενοι εὑρίσκειν τὸν μετὰ τὸν Ἀδὰμ πᾶσιν ἀθέατον παράδεισον· ἐπὶ μήκιστον δὲ ἀνανηξάμενοι χρόνον, καὶ ἔξω τῆς οἰκουμένης γενόμενοι, καὶ ἐν ἀμηχάνοις τῷ πυρὶ τοῦ ἡλίου κατεφλέγοντο, καὶ τοῦ ῥεύματος ἐκεῖθεν παφλάζοντος, οὐδ' ἄκροις τοῖς δακτύλοις ἢ χείλεσι ψαύειν λοιπὸν τοῦ πότου δυνάμενοι, ἐπὶ τὴν ὅθεν ἀπενήξαντο τοὺς οἴακας ἰθύνοντες, τῇ ἐνεγκαμένῃ εἰσεκομίσθησαν· μηδ' ὁτιοῦν τῶν σιτηρῶν ἐπαγόμενοι, τῷ μακρῷ ἐνδαπανηθέντων χρόνῳ, ὡς τινες Αἰγυπτίων ἱστόρησαν. Οἱ δὲ ἀστοχήσαντες πλωτῆρες τοῦ μακαρίου θεάματος, ἐναργῶς τὰ τοῦ σοφοῦ Σολομῶντος ἐπαιδεύθησαν· *Βαθύτερά σου μὴ ἐρεύνα, καὶ ὑψηλότερά σου μὴ ἐξέταζε· ἃ προσετάγη σοι, ταῦτα διανοοῦ.* Εἰ δὲ κατὰ Ὠριγένην τὸν ἀνοσιώτατον, οὐκ ἐπὶ γῆς ὁ παράδεισος, πῶς εἰς τὴν ἱστορίαν ἐκείνου Αἴγυπτος πέπομφε; πῶς δὲ καὶ Μωϋσῆς ὁ τῶν θείων πρῶτος συγγραφεύς φησιν, *Καὶ κατέβη Κύριος εἰς τὸν παράδεισον*, οὐχὶ δὲ, Ἀνέβη; *Καὶ εἰσήγαγε Κύριος τὸν Ἀδὰμ εἰς τὸν παράδεισον*, οὐχὶ δὲ, Ἀνήγαγεν; Εἰ δὲ οὐκ ἐπὶ γῆς ὁ παράδεισος, κατὰ τὸν μυθολόγον, οὐδὲ ἡ κρήνη τετραχῶς διαιρουμένη, πόθεν οὖν προχεῖται Γεών, Φεισσών, Τίγρις, Εὐφράτης. Ποῦ δὲ ἐν οὐρανοῖς συκῆ, ἢ σταφυλή, οἷς παραβάντες περιεστείλαντο; Εἰ δὲ οὐκ αἰσθητὸν, καὶ παρ' ἡμῖν τὸ χωρίον, οὐδὲ συκῆ πάντως· εἰ δ' οὐχ ὑπάρχει τὸ φυτὸν, οὐ βεβρίκασιν οἱ προπάτορες· εἰ δὲ οὐκ ἔδοντο, οὐ παρέβησαν, οὐδ' ὑπάρχει ὁ Ἀδὰμ, οὐδὲ ἐξ ἐκείνου ἡ Εὔα, οὐδὲ ἐξ ἀμφοῖν ἡμεῖς, οὔθ' ἕτερος καθ' ἡμᾶς.

quod ipsos portabat, flumine habentes, eodemque et legumina madefacientes, et sibi ad cibum emollientes, per prætercurrentem Geonem, apud ipsos autem Nilum appellatum, navigantes, tentarunt fluminis ductu invenire post Adamum nemini visum paradisum. Postquam autem tempore longissimo navigarunt, et extra habitabilem orbem delati sunt, in difficilibus locis igne solis adurebantur, fluminisque illic toto fervente, cum ne quidem summis digitis aut labiis illud amplius attingere possent, ad eam unde navigio venerant terram gubernacula dirigentes, in patriam delati sunt, non reportantes quidquam commeatus, omnibus longo temporis spatio absumptis, ut aliqui Ægyptiorum tradiderunt. Cæterum hi nautæ qui a beato illo spectaculo aberrarunt, clarissime sapientis illius Salomonis verba didicerunt: *Profundiora te ne scruteris, et sublimiora te ne inquiras: quæ tibi mandata sunt, illa cogita*[3]. Quod si secundum Origenem illum impium non est in terra paradisus, quamobrem suos homines ad illum inspiciendum Ægyptus allegavit? Quomodo item Moses primus ille scriptor rerum divinarum inquit: *Et descendit Dominus in paradisum*: non autem, ascendit? *Et introduxit Dominus Adamum in paradisum*[4]: non autem, subvexit? Præterea, si non est in terra paradisus, ut vaniloquus ille nugatur, neque fons ille quadripartito divisus, unde diffunditur Geon, Phison, Tigris, Euphrates. Ubi autem in cœlis ficus, aut uva, quorum consutis foliis homines illi primi post lapsum sese tegebant? Jam si neque sensilis est, neque apud nos ea regio: ne quidem omnino in ea ficus erat. Si non erat arbor in ea, non etiam comederunt primi parentes: quod si non comederunt, neque transgressi sunt: nec exstitit Adamus, neque ex illo Eva, neque ex ambobus nos, neque alius post nos.

ΠΕΥΣΙΣ ΡΜΗ'.

Τί οὖν; τὸν διάβολον οὐ νομίζεις τοῦ οὐρανοῦ ἐκπεπτωκέναι; Ὥσπερ γὰρ ἐπ' ἐκείνου, οὕτως καὶ ἐπὶ τοῦ ἀνθρώπου λέγομεν, τὴν ἔκπτωσιν δηλονότι ἐκ τοῦ οὐρανοῦ.

Ἀπόκρισις.

Ἀναμφιβόλως φαμὲν τῶν ὑπερκοσμίων κατερρωγέναι τὸν ἀρχέκακον δαίμονα, τοῦ θεωροῦ τῶν Χερουβὶμ Ἰεζεκιὴλ (98') αὐτὸν ἀποδυρομένου, καὶ φάσκοντος, *Πῶς ἐξέπεσεν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ὁ Ἑωσφόρος;* Συμφώνως δὲ τῷ οἰκέτῃ ἐν Εὐαγγελίοις φησὶν ὁ Κύριος, *Ἐθεώρουν τὸν Σατανᾶν ὡς ἀστραπὴν πεσόντα ἐκ τοῦ οὐρανοῦ*· ἐπὶ δὲ τοῦ Ἀδὰμ, οὐδέπου τῆς θείας Ηυκτῆς τοῦτο κείμενον εὑρεθήσεται. Εἰ γὰρ καὶ ἡ συνήθειά φησι τὸ *ἐξέπεσε* περὶ τοῦ ἀνθρώπου, καὶ μετὰ τὴν ἔκπτωσίν φησι τοῦ Ἀδὰμ, οὐ μέντοι πρόκεινται οἱ οὐρανοὶ τῇ ἐκπτώσει, καθὼς ἐπὶ τοῦ Βελιάλ. Ἔκπτωσιν δέ φαμεν καὶ τὸ ἐκ πλούτου καὶ περιφανείας εἰς πτωχείαν ἐλάσαι, καὶ τὴν ἐξ ἀρετῆς ἐπὶ τὸ χεῖρον ὑπονόστησιν, καὶ τὴν ἐκ παρθενίας ἐπὶ λαγνείαν ἀφορμὴν, καὶ τὴν λῆξιν τοῦ σώματος. Ἆρ' οὖν τῶν οὐρανῶν ἐκπεπτώκασιν οὗτοι; Οὐδα-

INTERROGATIO CXLVIII.

Quid igitur? an diabolum non putas excidisse cœlo? Quemadmodum enim de illo, sic et de homine dicimus, lapsum videlicet ex cœlis.

Responsio.

Procul dubio dicimus ex ultramundanis præcipitatum auctorem illum mali dæmonem, spectatore cherubiorum Ezechiele ipsum deplorante, atque dicente: *Quomodo excidit cœlo Lucifer*[5]? Consentiens autem cum servo in Evangelio Dominus, inquit: *Videbam Satanam veluti fulgur de cœlo cadentem*[6]. De Adamo autem hoc nusquam in divinis Litteris positum invenietur. Quanquam enim consuetudo verbum *excidendi* usurpet de homine, itemque vocabulum lapsus de Adamo: non tamen præpositum est cœli nomen ante casum, quemadmodum de Belialo. Et verbo *excidere* utimur etiam, cum ex divitiis et splendore ad paupertatem quis devenit, vel a virtute ad vitia redit, vel ex virginitate ad scortationem ruit, vel cum corpus interit. Num igitur ex cœlis exciderunt illi? Nequaquam: enim-

[3] Eccli. III, 22. [4] Gen. II, 15. [5] Isa. XIV, 12. [6] Luc. X, 18.

(98') *Ἰεζεκιήλ.* Memoriæ lapsu Ezechielem pro Isaia citavit auctor.

vero utendum existimo divinarum Litterarum subsidio, et ex sacro scriptore Moyse demonstrationes proferendas. Inquit autem is : *Et posuit Deus hominem, ut coleret et custodiret paradisum* [7]. A quorum, quæso, ipsum custodire debet, siquidem in cœlis angeli ignorant furari ? Ursus vero poma devorans, aut sus, aut singularis in cœlis non sunt, nec erinaceus ille, qui gramine vescitur ; nec item vulpes apum alveare perfodiens, ipsarumque sonos perturbans, aut favos devorans ; non leo crudivorus, non rapax lupus, non aquila vel gryphus, non aliud quid eorum quæ sunt apud nos, in cœlis est, quæ vel solam increpationem Adami extimescentia, tangere vel accedere paradisum verebantur. Omnia enim ad ipsius intremiscebant vocem ante transgressionem. De transgresso autem inquit : *Et ejecit ipsos ex paradiso* [8], non autem dejecit : *Et collocavit ipsos*, inquit, non infra, sed *e regione paradisi. Et posuit cherubos, et flammeum gladium versatilem ad custodiendum*, non ascensum, sed *ingressum ad lignum vitæ* [9]. Versatilem autem ipsum inquit, ad feriendum eminus ad id accedentia, sive animantia bruta, sive dæmonia : quemadmodum facere solent agrorum custodes, clamore tam volatiles quam quadrupedes bestias arcentes a vineis et ficetis, agitatione autem gladii qui in manibus est, illinsque fulgore homines eminus venientes ad direptionem frugum, perterrent. Aliquoties item fundæ agitatione jacto lapide, eminus advenientem prædonem metu percellunt.

INTERROGATIO CXLIX.

Quid tibi videntur esse pelliceæ tunicæ, quibus post lapsum Adamum et Evam Dominus induit ? Audivimus enim quemdam præclare dicentem, quod homo mens rationalis fuerit, et animal incorporeum rationale. Postquam autem peccavit, per inobedientiam erga Deum exhibitam, separatam esse mortuamque mentem, et animam ideo vocatam esse, quod frigefactus calor mentis amplius remanere non potuerit, et ministrare superuis, sed hoc corpus induisse, quod pelliceam tunicam vocat Scriptura, ad supplicium circumdatam ei qui peccaverat, ut ei veluti carcer et pœna sit. Ideo et Deum rogarunt sancti, ut morerentur et liberarentur ab hoc supplicio. Davides quidem dicit : *Educ ex carcere animam meam* [10]. Paulus autem : *Miser ego homo, quis me eripiet ex corpore mortis hujus* [11] ? Jobus denique incessanter mortem optabat, non amplius fetens in corpore pelliceæ tunicæ supplicium.

Responsio.

Illud jam ante suspicans in præcedentibus dixi, vos idem sentire cum venenatis pestiferisque Origenis dogmatibus, quæ simpliciores decipiunt. Neque enim in cœlo peccantes animæ condemnatæ sunt, et in corpore punirentur, non amplius valentes obire ultramundani ministerii sacrum officium. Nam si ad correctionem et castigationem istis corporibus

μῶς· ἀλλὰ δεῖν ᾠήθην τῇ θείᾳ Γραφῇ βοηθῷ χρήσασθαι, καὶ ἐκ τοῦ ἱερογράφου Μωϋσέως ἀποδείξεις παρέχεσθαι. Φησὶ γοῦν· *Καὶ ἔθετο ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον ἐργάζεσθαι καὶ φυλάσσειν τὸν παράδεισον*. Ἀπὸ τίνος οὖν ἄρα φυλάστειν αὐτὸν ὀφείλει, εἴπερ ἐν οὐρανοῖς ἄγγελοι κλέπτειν οὐκ ἴσασιν; Ἄρκτος δὲ ὀπωροβόρος, ἢ ὗς, ἢ μονιὸς, ἐν οὐρανοῖς οὐχ ὑπάρχει· οὐδὲ χοιρόγρυλλος ποηφάγος· οὐδὲ ἀλώπηξ τοὺς σίμβλους τῶν μελιττῶν διορύττων, καὶ τοὺς βόμβους αὐτῶν διαλύων, ἢ κατεσθίων τὰ κηρία· οὐ λέων αἱμοβόρος, οὐ λύκος ἅρπαξ, οὐκ ἀετὸς, ἢ γρύψ· οὐχ ἕτερόν τι τῶν παρ' ἡμῖν ἐν οὐρανοῖς ὑπάρχει· ἃ καὶ μόνην τὴν ἐπιτίμησιν τοῦ Ἀδὰμ φρίττοντα, ψαύειν ἢ παρεμβαλεῖν τῷ παραδείσῳ ἐδεδοίκει. Πάντα γὰρ αὐτοῦ ἔτρεμον τὴν φωνὴν πρὸ τῆς παραβάσεως· παραβάντα δέ φησι· *Καὶ ἐξέβαλεν αὐτοὺς τοῦ παραδείσου*, οὐχὶ δὲ, Κατέβαλε· *Καὶ κατῴκισεν αὐτοὺς*, φησὶν, οὐχ ὑποκάτω, ἀλλ' *ἀπέναντι τοῦ παραδείσου· καὶ ἔθετο τὰ Χερουβὶμ, καὶ τὴν φλογίνην ῥομφαίαν τὴν στρεφομένην, φυλάσσειν*, οὐ τὴν ἄνοδον, ἀλλὰ *τὴν εἴσοδον τοῦ ξύλου τῆς ζωῆς*. Στρεφομένην δὲ αὐτήν φησι, πρὸς τὴν πόρρωθεν κατάπληξιν τῶν ἐπαυτομολούντων ἢ ἀλόγων, ἤτοι δαιμόνων· οἷόν τι δρᾷν εἰώθασιν οἱ ἀγρόται, τῇ μὲν βοῇ τὰ πτηνά τε καὶ τετράποδα εἴργοντες τῶν ἀμπελώνων καὶ σικυηράτων· τῇ δὲ περιστροφῇ τοῦ ἐν χερσὶ φασγάνου, καὶ τῇ ἐκεῖθεν ἀστραπῇ βροτοὺς ἔτι πόρρωθεν ἥκοντας ἐπὶ λῃστείαν τῶν καρπῶν κατέπληξε· πολλάκις δὲ καὶ σφενδόνης περιστροφῇ τῷ ἐκεῖθεν βληθέντι λίθῳ, πόρρωθεν τὸν ἐπήλυδα συλώτην κατεπτόησεν.

ΠΕΥΣΙΣ ΡΜΘ'.

Τί σοι δοκοῦσιν οἱ δερμάτινοι χιτῶνες, οὓς μετὰ τὴν ἔκπτωσιν, τὸν Ἀδὰμ καὶ τὴν Εὔαν ὁ Κύριος ἐνέδυσε; Ἀκηκόαμεν γάρ τινος καλῶς λέγοντος, ὅτι νοῦς λογικὸς ὑπάρχων ὁ ἄνθρωπος, καὶ ζῶον ἀσώματον λογικὸν, μετὰ δὲ τὸ ἁμαρτεῖν παρακούσαντα Θεῷ ἀφορισθῆναι τὸν ἀποψυχθέντα νοῦν, καὶ ψυχὴν διὰ τοῦτο κληθῆναι, διὰ τὸ ψυγὲν τὸ θερμὸν τοῦ νοῦ μηκέτι δύνασθαι παραμένειν, καὶ συλλειτουργεῖν τοῖς ἄνω· ἀλλ' ἐνδυθῆναι τὸ σῶμα τοῦτο, ὅπερ δερμάτινον χιτῶνα λέγει ἡ Γραφὴ, πρὸς τιμωρίαν περιτεθέντα τῷ ἁμαρτάνοντι, καὶ ὥσπερ κόλασιν αὐτοῦ καὶ φυλακὴν ὑπάρχοντα· διὸ καὶ ἐδέοντο τοῦ Θεοῦ οἱ ἅγιοι ἀποθανεῖν καὶ ῥυσθῆναι τῆς τιμωρίας· ὁ μὲν Δαβὶδ λέγων, *Ἐξάγαγε ἐκ φυλακῆς τὴν ψυχήν μου*· ὁ δὲ Παῦλος, *Ταλαίπωρος ἐγὼ ἄνθρωπος, τίς με ῥύσεται ἐκ τοῦ σώματος τοῦ θανάτου τούτου*; ὁ δὲ Ἰὼβ ἀπαύστως τὸν θάνατον ηὔχετο, μηκέτι φέρων τὴν ἐν τῷ σώματι τοῦ δερματίνου χιτῶνος κόλασιν.

Ἀπόκρισις.

Ἤδη ἀνωτέρω αἰσθόμενος ἔφην, ὑμᾶς τὰ Ὠριγένους φρονεῖν ὀλητήρια καὶ φθοροποιὰ δόγματα, τοὺς ἁπλουστέρους σκελίζοντα. Οὐ γὰρ κατ' οὐρανὸν ἁμαρτοῦσαι ψυχαὶ ἐν σώματι κατεκρίθησαν τιμωρεῖσθαι, μηκέτι δυνάμεναι συμπεριπολεῖν τῇ ὑπερκοσμίῳ τελευτῇ. Εἰ γὰρ πρὸς διόρθωσιν καὶ νῆψιν τοῖς σώμασι τούτοις κατεκλείσθησαν, πῶς ἐν τούτῳ βαρυτέρως

[7] Gen. II, 15. [8] Gen. III, 24. [9] ibid. sec. LXX. [10] Psal. CXLI, 8. [11] Rom. VII, 24.

ἁμαρτάνουσιν; Ὁ δὲ ἐν φρουρίῳ τιμωρούμενος δηλονότι καὶ βουλόμενος ἁμαρτεῖν, οὐχ οἷός τε ὑπάρχει· διὰ τί δὲ ἄρα καὶ τοὺς δαίμονας ἅμα τῷ διαβόλῳ νοῦς ὑπάρχοντας καὶ ἀσωμάτους, ἁμαρτήσαντας καὶ τῶν οὐρανῶν καταβραγέντας, μὴ ἐν σώμασι καθ' ἡμᾶς αὐτοὺς πρὸς νῆψιν καὶ διόρθωσιν κατησφαλίσατο; Ἆρα δὲ καὶ Μωσῆς τῷ λαῷ ἐπευχόμενος, χιλιοπλασίους καὶ ἀναριθμήτους γενέσθαι ὡς τὴν ψάμμον τῆς θαλάττης, ἐβούλετο τοσαύτας νοερὰς δυνάμεις κατ' οὐρανὸν ἁμαρτούσας καταβληθῆναι πρὸς σώματα, εἰς προσθήκην τῶν ἐπιγείων; Καὶ Ἄννα δὲ ἡ θεόφρων περὶ παιδοποιίας ἐκλιπαροῦσα τὸ Θεῖον, ἆρα ἐδεῖτο νοερὰν καὶ ἀσώματον δύναμιν τῶν οὐρανῶν ἐκπεσεῖν, ἵν' ἐκείνη γεννήσῃ βροτόν; Ἢ αὖ πάλιν Δαβὶδ ὁ τῶν θείων μελῳδὸς, τοῖς ἐναρέτοις ἐπευχόμενος τὸ, *Καὶ ἴδοις υἱοὺς τῶν υἱῶν σου*, ἆρα ἱμείρετο τῇ ἐκπτώσει τῶν ὑπερκοσμίων δυνάμεων τοῦ δικαίου τὸ γένος πληθύνεσθαι; Εἰ δ' ἁμαρτούσας κατ' οὐρανὸν ψυχὰς πρὸς τιμωρίαν τοῖς ἡμετέροις συνέδησε σώμασι, διὰ τί καὶ τὰς μηδὲν ἁμαρτούσας παραπλησίως ἐκείναις κατέκρινεν, ἐν σώμασιν αὐτὰς τιμωρούμενος κατ' ἐκείνας; Ἰδοὺ γὰρ αὐτὸς μαρτυρεῖ περὶ τοῦ μεγάλου Ἰὼβ, πρὸ τοῦ καὶ τῆς κατὰ διαβόλου ἀνδρείας, φάσκων, *Οὐκ ἔστι τῶν ἐπὶ γῆς ἄνθρωπος κατὰ τὸν θεράποντά μου Ἰὼβ, δίκαιος, καὶ ἀληθινὸς, ἄμεμπτος, θεοσεβὴς, ἀπεχόμενος ἀπὸ παντὸς πονηροῦ πράγματος.*

ΠΕΥΣΙΣ ΡΝ'.

Ἀλλ' ἰδοὺ τί εἶπας εἰρηκέναι τὸν Θεὸν, ὅτι οὐκ ἔστιν ἄνθρωπος τῶν ἐπὶ γῆς· ὅπερ δηλοῦντός ἐστιν ὑπάρχειν ἑτέρους ἀνθρώπους νοητοὺς ἐν οὐρανῷ, ἐξ ὧν ἁμαρτήσας Ἰὼβ, σώματι πρὸς τιμωρίαν συνεδέθη· καὶ δι' ἀρετῆς ἀποκαθαρθεὶς, πρὸ τῆς πληγῆς μαρτυρεῖται ὑπὸ τοῦ Θεοῦ δικαιότερος ὑπάρχειν τῶν ἐπὶ γῆς ἀνθρώπων, οὐ μέντοι τῶν ἐν οὐρανοῖς.

Ἀπόκρισις.

Ὄψις καὶ ἁφὴ ἀκοῆς πιστοτέρα μοι δοκεῖ· ἐάσωμεν τοίνυν τὰ εἰκῇ καὶ ἀναποδείκτως ἀκουόμενα, καὶ μᾶλλον ψηλαφήσωμεν τὰ ὁρώμενα. Οὐ γὰρ οἷός τε εἶ ἀποδεῖξαι ἐκ τῆς περὶ τοῦ Ἰὼβ θείας φωνῆς, ἑτέρους παρὰ τοὺς ἐπὶ τῆς γῆς, ἐν οὐρανοῖς ὑπάρχειν ἀνθρώπους νοητούς· ἄθρει δὴ οὖν, καὶ ψηλάφησον τὰ ὑπ' ἐμοῦ σοι ἐναργῶς παρὰ τῆς θείας φωνῆς παραδιδόμενα. Ἐπεὶ γὰρ ἐν τοῖς παρῳχηκόσι χρόνοις, πρῶτος δικαίων ὑπῆρξεν Ἄβελ, μετ' ἐκεῖνον Σήθ, εἶτα Ἐνὼχ, Νῶε, εἶτα Ἀβραὰμ, Ἰσαὰκ, καὶ Ἰακώβ· οὗτοι δὲ πάντες κοιμηθέντες, ὑπὸ γῆν ἐτύγχανον, μόνου κατ' ἐκείνους τοὺς χρόνους τῶν ἐπὶ γῆς βροτῶν δικαίου τοῦ Ἰὼβ τυγχάνοντος· ὡς καὶ τοῦ Λὼτ ἐν τῇ πενταπόλει Σοδόμων, μόνου ἐναρέτως βιοῦντος, δικαίως τὸν ἐκείνων ἐκφυγεῖν θάνατον. Τῶν οὖν προκοιμηθέντων δικαίων ὑπὸ γῆν τυγχανόντων, μόνος τῶν ἐπὶ γῆς δίκαιος ὑπῆρχεν Ἰώβ. Ὅτι δὲ οὐχ ἁμαρτὼν κατ' οὐρανοὺς καὶ κατάκριτος, σώματι συναφθεὶς, ἐπὶ δικαιοτύνην ἦλασε, τοῖς μετ' ἐκεῖνον παιδευόμεθα. Ποίαν γὰρ ἐπιδειξάμενος ἀρετὴν

[11] Psal. cxxvii, 6. [13] Job i, 6, 8.

inclusæ sunt, quomodo in hoc gravius peccant? Qui vero in custodia punitur, constat quod etiamsi velit peccare, non possit. Cur autem non et dæmones una cum diabolo, cum sint mentes et incorporei, postquam peccaverunt et ex cœlis præcipitati sunt, non in corpore, quemadmodum nos, etiam ipsos ad sobrietatem et correctionem confirmavit? Num vero etiam Moses populo superveniens, ut essent infiniti et innumerabiles, velut arena maris, volebat tot intellectiles potestates in cœlo peccantes ad corpora dejici, in augmentum eorum qui erant in terris? Et Anna religiosa femina pro fecunditate Numen exorans, num rogabat ut intellectilis et incorporea potestas ex cœlis caderet, quo ipsa hominem generaret? Aut Davides divinorum ille carminum auctor, pro piis illud votum faciens : *Et rideas filios filiorum tuorum* [11], num cupiebat per lapsum ultramundanarum potestatum justi genus multiplicari? Quod si animas quæ in cœlo peccaverunt, ad supplicium nostris colligavit corporibus, cur etiam eas quæ non peccaverunt, consimiliter cum illis condemnavit, in corporibus ipsas puniens quemadmodum et illas? Ecce enim quomodo ipse testatur de magno Jobo, ante ostensam adversus diabolum fortitudinem : *Non est in terra quisquam homo similis servo meo Jobo, qui justus est et verax, inculpatus, pius, abstinens ab omni re mala* [13].

INTERROGATIO CL.

Sed vide quid dixeris, dixisse Deum, quod non sit homo in terra : quod est ejus qui innuit, alios esse homines intellectiles in cœlo, ex quorum numero Jobus, postquam peccavit, corpori ad supplicium colligatus est, et per virtutem repurgatus, ante plagam testimonium accepit a Deo, quod justior sit illis hominibus qui sunt in terra, non tamen illis qui sunt in cœlis.

Responsio.

Visus et tactus mihi videntur auditu magis fide digna esse. Proinde relinquamus, quæ frustra et absque demonstratione audiuntur, et potius contrectemus quæ videntur. Neque enim demonstrare potes ex divina voce de Jobo, alios præter eos qui sunt in terra, in cœlis esse homines intellectiles. Aspice igitur, et palpa quæ tibi a me evidenter de divina voce ex voce divina traduntur. Quandoquidem enim præteritis temporibus primus justorum fuit Abelus, post illum Sethus, deinde Enochus, Noe, Abrahamus, Isaacus, Jacobus, cum illi omnes obdormiissent, et sub terra essent, solus illis temporibus, inter eos homines qui in terris erant, justus erat Jobus, sicut et Lothus in quinque civitatibus Sodomorum solus integre vivens, merito illorum mortem effugiebat. Illi igitur justi qui jam ante obdormierant, cum sub terra essent, solus inter eos qui super terram erant, justus fuit Jobus. Quod autem non in cœlis peccando condemnatos, corpori copulatus, justitiam assecutus sit, ex his

qui post illum fuerunt, docemur. Quali enim virtute demonstrata Jeremias ille divinus, antequam ex utero egrederetur, sanctus testimonio Dei perhibetur? Quanam re præstita Joannes in utero adhuc gestatus apud eum qui adhuc similiter gestabatur, Filium et Verbum in alvo perpetuæ Virginis, eam libertatem adeptus est, quam et exsiliens indicavit? Quod si item, ut dicitis, absque peccatis in cœlis fuerunt, cujus gratia quemadmodum et condemnati, corpore circumdati sunt? Procul abigat Christus eos qui animas prius exsistere negantur, ne et ipsius animam ratione mentis frigefactam dicere audeant.

Ἱερεμίας ὁ Θεσπέσιος πρὸ τοῦ ἐξελθεῖν τῆς νηδύος, ὑπὸ τοῦ Θεοῦ μαρτυρεῖται; Τί δὲ δράσας Ἰωάννης ἐν τῇ μήτρᾳ ἔτι φερόμενος πρὸς τὸν ὁμοίως φερόμενον Υἱὸν καὶ Λόγον ἐν τῇ γαστρὶ τῆς Ἀείπαιδος, παῤῥησίαν εὕρατο, ἣν σκαίρων ἐδήλωσεν; Εἰ δ' αὖ πάλιν, καθώς φατε, ἀναμάρτητοι κατ' οὐρανοὺς ὑπῆρχον, τίνος χάριν ἴσα τοῖς κατακρίτοις σώμασι περιέθεντο; Ἄπαγε, Χριστὸς, τοὺς προϋπαρξιν ληροῦντας ψυχῶν, ἵνα ψυχὴν ἀποψυχθέντα νοῦν φάναι τολμήσωσιν.

INTERROGATIO CLI.

Quid igitur? si non prius exsistens in cœlis anima, postquam peccavit, in præsentem est expulsa vitam, per copulationem cum corpore generationemque, quomodo Davides id deplorans inquit: *Ecce enim, in iniquitatibus conceptus sum, et in peccatis concepit me mater mea* [15]?

Responsio.

Nihil hoc Origenis nugas confirmare potest. Nam quod Davides ait, *Ecce in iniquitatibus conceptus sum*, denotat ipsum captum et infectum concupiscentia cecidisse in flagitium, et adulterii tristitia perpetrata, illico cædem conjunxisse. Indicat ergo se lugere quod a concupiscentia superatus, captus iniquitate sit, lege præcipiente, *Non occides*, *Non concupisces uxorem proximi tui* [16]. Illud autem, *In peccatis concepit me mater mea*, etiam hodie contingere solet. Matres enim quamplurimæ non ex dilectione, sicut Sara, vel Rebecca, vel Anna, vel Elisabeta, cum conjugibus cubant, sed ob jurgia, æmulationes, corpore quidem se submittentes, sed immorigeræ voluntate manentes, aliquando fetus concipiunt. Id quod et Davides suspicatur, se ab initio ex ejusmodi contentione conceptum. Ab omni autem peccato liberam, et vituperio superiorem eam quæ legi consentanea est, copulationem et procreationem liberorum ostendit Dominus, dum ex Adamo quidem mulierem fecit: quo docet per ipsam conjunctorum unionem, et procreationem liberorum ex illis se amplecti, ideoque de ea quæ per ipsum est copulatione inquit: *Crescite et multiplicamini, et implete terram, et dominamini ei* [17]. Eamdem autem denuo vivendi ratione honorans, in Cana Galilææ suo accessu et convivii societate ornat; idque magis etiam ut demonstraret, honorarium munus donat, vinum ex aqua factum. Et in Evangelio divinitus hæc proferens, inquit: *Propter hoc deseret homo patrem et matrem, et adhærebit uxori suæ, et erunt duo in carne una* [18]. Et per Paulum inquit: *Honorabile conjugium, et cubile impollutum; scortatores autem et adulteros judicabit Deus* [19], nimirum hic ipse Christus. Nam *Pater judicat neminem, sed omne judicium Filio dedit* [19]. Non in iniquitatibus igitur, ad exemplum Christi, fit conceptio nostra. Nam in utero Jeremias sanctificatus est, Joannes cum gaudio singulari exsiliit. Verbum illud denique, qui etiam Deus est, homo

ΠΕΥΣΙΣ ΡΝΑ'.

Τί οὖν; εἰ οὐ προϋπάρχουσα ἡ ψυχὴ κατ' οὐρανοὺς, ὕστερον ἁμαρτήσασα, εἰς τὸν παρόντα ἐξωρίσθη βίον, διὰ τῆς πρὸς τὸ σῶμα συμπλοκῆς καὶ γεννήσεως, πῶς ὁ Δαβὶδ τοῦτο ἀποδυρόμενος, λέγει· *Ἰδοὺ γὰρ ἐν ἀνομίαις συνελήφθην, καὶ ἐν ἁμαρτίαις ἐκίσσησε με ἡ μήτηρ μου;*

Ἀπόκρισις.

Οὐδὲν τούτων βεβαιῶσαι τοὺς Ὠριγένους φληνάφους οἷόν τε. Τὸ γὰρ, *Ἰδοὺ ἐν ἀνομίαις συνελήφθην*, φησὶ τὸν Δαβὶδ, τὸν συλληφθέντα καὶ ἀνακραθέντα τῇ ἐπιθυμίᾳ, πεσεῖν ἐν τῇ ἀνομίᾳ, καὶ τὸ ἄλγος ἐργασάμενον τῆς μοιχείας, αὖθις συνάψαι καὶ τὴν μιαιφονίαν· δηλοῖ αὐτὸν ἀποδύρεσθαι κρατηθέντα ὑπὸ τῆς ἐπιθυμίας, ἁλῶναι ἐν τῇ ἀνομίᾳ, τοῦ νόμου παρεγγυῶντος, *Οὐ φονεύσεις, Οὐκ ἐπιθυμήσεις τὴν γυναῖκα τοῦ πλησίον σου.* Τὸ δὲ, *Ἐν ἁμαρτίαις ἐκίσσησέ με ἡ μήτηρ μου*, καὶ μέχρι τήμερον συμβαίνειν πέφυκεν· αἱ γὰρ πλεῖσται μητέρες οὐκ ἐξ ἀγάπης ὡς Σάῤῥα, ἢ Ῥεβέκκα, ἢ Ἄννα, ἢ Ἐλισάβετ, τοῖς συμβίοις συγκαθεύδουσιν, ἀλλ' ἐριθείαις, καὶ μάχαις, καὶ ζηλοτυπίαις, συγκλινόμεναι μὲν σώματι, ἀκλινεῖς δὲ καὶ ἀνύπεικτοι προαιρέσει μένουσαι, ἐγκισσοῦνται πολλάκις τὰ ἔμβρυα. Ὅπερ καὶ ὁ Δαβὶδ ὑπενόει, ἐκ τοιαύτης ἐρεσχελίας αὐτὸν καταρχὰς ὑπὸ τῶν γονέων συνενεχθῆναι. Ἐλευθέραν δὲ πάσης ἁμαρτίας, καὶ ἀνωτέραν ἐγκλήματος τὴν κατὰ νόμον συνάφειαν καὶ παιδογονίαν ἀποδεικνὺς ὁ Κύριος, ἐκ μὲν τοῦ Ἀδὰμ τὴν γυναῖκα ἐδημιούργησε, τῶν μέχρι νῦν δι' αὐτοῦ συναπτομένων παιδεύων τὴν ἕνωσιν, καὶ τὴν ἐξ ἐκείνων παιδοποιίαν ἀγάμενος, φησὶ τῇ δι' αὐτοῦ συναφείᾳ, *Αὐξάνεσθε καὶ πληθύνεσθε, καὶ πληρώσατε τὴν γῆν, καὶ κατακυριεύσατε αὐτῆς.* Τὴν δ' αὐτὴν πάλιν τιμῶν συμβίωσιν, ἐν Κανᾷ τῆς Γαλιλαίας φαιδρύνει τῇ πρὸς αὐτὴν φοιτήσει καὶ συνεστιάσει, ἀπόδειξιν τοῦ γέρως, τὸ λοιπὸν δωρησάμενος, οἶνον ἐξ ὕδατος· καὶ ἐν Εὐαγγελίοις θεηγόρων φησὶν, *Ἕνεκεν τούτου καταλείψει ἄνθρωπος τὸν πατέρα αὐτοῦ, καὶ τὴν μητέρα, καὶ προσκολληθήσεται πρὸς τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, καὶ ἔσονται οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν.* Καὶ ἐν Παύλῳ φησὶ, *Τίμιος ὁ γάμος, καὶ ἡ κοίτη ἀμίαντος· πόρνους δὲ καὶ μοιχοὺς κρινεῖ ὁ Θεὸς*, αὐτὸς οὗτος ὁ Χριστός. *Ὁ γὰρ Πατὴρ κρίνει οὐδένα, ἀλλὰ τὴν κρίσιν πᾶσαν δέδωκε τῷ Υἱῷ.* Οὐκ ἐν ἀνομίαις οὖν κατὰ Χριστὸν ἐν σαρκὶ ἡ σύλληψις ἡμῶν· ἐν γαστρὶ γὰρ Ἱερεμίας ἡγιάσθη, Ἰωάννης ἐν ἀγαλλιάσει ἐσκίρτη-

[15] Psal. l, 7. [16] Exod. xx, 13, 17. [17] Gen. i, 28. [18] Matth. xix, 5. [19] Hebr. xiii, 4. [19] Joan. v, 22.

σεν, ὁ Λόγος καὶ Θεὸς, βροτὸς γέγονεν ἐξ ἀπορρήτου συλλήψεως. Οὐ διὰ τὰς ψυχὰς τοίνυν τὰ σώματα· οὔθ' ἕτερον γὰρ ἑτέρου προγενέστερον· ἀλλ' ἄμφω ἀφράστως δι' ἀγαθότητα, ἐν ἀκαρεῖ Θεὸς ἐδημιούργησεν. Ἐκτραπέντα δὲ τοῦ ἀγαθοῦ, καὶ γυμνωθέντα τῆς θεότητος, πάλιν δι' ἀγαθότητα δέρρει περιέστειλε, τῷ στεγάνῳ περιέπων τὸ ἀπαλὸν τοῦ σώματος, ἄρτι ἔξω γενόμενον τῆς ἐν παραδείσῳ τρυφῆς καὶ τῆς θείας περιβολῆς, ἄρτι τῶν πόνων ἁπτόμενον, τῆς ἐπιπόνου ζωῆς καὶ ἱδρῶτος ἐν πείρᾳ γενόμενον· οὐ προϋπαρξιν τοίνυν, οὐ συνύπαρξιν, οὐ μεθύπαρξιν, ὅσιον παιδεύειν· ἵνα μὴ τὸ μὲν ἐκπίπτειν ψυχὰς τῶν οὐρανῶν, καὶ ἐνείρεσθαι σώμασιν ἀπατηθῶμεν· τὸ δὲ, τοὺς παρθενεύοντας, καὶ τοὺς ἐγκρατεῖς, καὶ τοὺς γονορρύεις ψυχοκτόνους βλασφημήσωμεν, ἐν τῇ ὀσφύϊ καὶ τῷ σπέρματι τὰς ψυχὰς κατεμπνίγοντας. Ὁῤῥω δ' ἀφάλλου καὶ τῶν ληρούντων μεθύπαρξιν· οὐ γὰρ πρεσβύτερος καὶ νεώτερος αὐτὸς ἑαυτοῦ βροτός.

factus est per ineffabilem conceptionem. Proinde non sunt corpora propter animas, neque alterum altero generatione prius est, sed utraque ineffabiliter propter bonitatem Deus in momento fabricavit. Abalienatum autem a bono, divinitateque nudatum rursus propter bonitatem contexit, solida pelle ornans, cum teneritas jam extra paradisi voluptatem divinamque munitionem esset, et jam labores capesseret, laboriosamque vitam atque sudorem experiretur. Proinde neque prius existentem, neque coexistentem neque postexistentem animam pietas docet, ne partim delabi ex cœlis animas et inseri corporibus falso existimemus, partim servantes castitatem, et temperantes, aut seminis fluxum patientes, velut animarum occisores calumniemur, in lumbo et semine animas suffocantes. Longe etiam mihi velim ab ea resilias opinione, quod corpore posterior sit anima; non enim se ipso vel major vel minor ætate est homo.

(Hæc etiam de alio sunt adjecta; nam Maximus Philosophus Christianus post Cæsarium vixit.)

Τοῦ ἁγίου Μαξίμου.

Ἐπειδὴ ὁ προηγούμενος σκοπὸς τοῦ Θεοῦ ἦν, μὴ διὰ γάμου γίνεσθαι ἡμᾶς καὶ φθορᾶς· ἡ δὲ παράβασις τὸν γάμον εἰσήγαγε· διὰ τοῦτο πάντες οἱ ἐξ Ἀδὰμ, ὑποπίπτοντες τῇ τοῦ προπάτορος καταδίκῃ, ἐν ἀνομίαις συλλαμβάνονται. Τὸ δὲ, *Ἐν ἁμαρτίαις ἐκίσσησέ με ἡ μήτηρ μου*, ὅτι προμήτωρ Εὔα πρώτη ἐκίσσησε τὴν ἡδονήν· διὰ τοῦτο καὶ ἡμεῖς κισσᾶσθαι λέγομεν ἐν ἁμαρτίαις, ὡς ὑποπίπτοντες τῇ ἐκείνης καταδίκῃ.

Ex sancto Maximo.

Quandoquidem principalis Dei scopus erat, non per conjugium et corruptionem nos generari, transgressio autem conjugium introduxit: ideo omnes qui ex Adamo subjecti sunt primi parentis nostri condemnationi, in iniquitatibus concipiuntur. Illud autem *In peccatis concepit me mater mea*, docet quod prima pareus Eva prima concupiverit voluptatem. Propterea et nos dicimur in peccatis concipi, tanquam illius condemnationi subjecti.

ΠΕΥΣΙΣ ΡΝΒ'.

Τί οὖν; βυρσοτόμον ἢ ζωοθύτην ὀφείλομεν νοεῖν τὸν Θεὸν, ἵνα τὸν Ἀδὰμ ἐνδύσῃ τοὺς χιτῶνας δερματίνους;

INTERROGATIO CLII.

Num igitur vel lanionem vel coriarium debemus existimare Deum, ut Adamum indueret pelliceis tunicis?

Ἀπόκρισις.

Ἐροίμην σε καὶ ἐγὼ, ὦ φιλονεικότατε, τί εὐμαρέστερον καὶ εὐκοπώτερον, οὐρανὸν ἐξ ὑδάτων πῆξαι, καὶ γῆν ἐπ' ἀβύσσῳ θεμελιῶσαι, καὶ τὸ μυρίον ὕδωρ ἐν μιᾷ συναγωγῇ συνελάσαι, καὶ τῷ καταλλήλῳ ἕκαστον διακοσμῆσαι, ἄστροις μὲν καταστέψαι τὸν οὐρανὸν, φυτοῖς δὲ ποικίλαι τὴν χέρσον, πλωτοῖς δὲ τεχνῶσαι τὴν θάλατταν, ἢ δέρριν συνεῖραι, καὶ περιστεῖλαι τὸν γυμνωθέντα; πλάσαι τὸ ζῶον ἢ ἀμφιάσαι; θάλατταν διαχερσῶσαι τῷ προστάγματι, καὶ ἑξακοσίας ἀνδρῶν χιλιάδας σὺν γυναιξὶ καὶ τέκνοις ἀνέκλυτους ποσὶ διαβιβάσαι, ἢ χιτῶσι προστάγματι περιστεῖλαι τοὺς δεομένους; ῥῆξαι ἀκρότομον, καὶ ὕδωρ πηγάσαι, ἀνακόψαι τὸ Ἰορδάνου ῥεῖθρον, καὶ λαὸν διαγαγεῖν, ἢ τὸ γυμνὸν περιβάλαι; ἀνακόψαι χοῦν, νευρῶσαι καὶ ψυχῶσαι, ἢ ἀμφιάσαι τὸ ἐξ αὐτοῦ λογικόν;

Responsio.

Merito et ego ex te quæsierim, contentiosissime, quid levius et facilius, cœlum ex aquis firmasse, terram super abyssum fundasse, et infinitam aquam in unam congregationem coegisse, ratione conveniente unum quodlibet exornasse; astris quidem illustrasse cœlum, plantis autem variegasse terram, aquatilibus scaturire fecisse mare, an pellem connectere et contegere nudum? fingere animal, aut vestire? mare instar terræ permeabile fecisse præcepto, et sexcenta virorum millia cum mulieribus, et liberis siccis pedibus traduxisse, aut tunicis præcepto contexisse indigos? rupisse saxum, et aquæ fontem produxisse? resecasse Jordanis amnem, populumque perduxisse, aut nudos operuisse? pulverem nervis firmasse et animasse, an ex pulvere factum rationis particeps animal vestivisse?

ΠΕΥΣΙΣ ΡΝΓ'.

Εἰπὲ οὖν ἡμῖν τίς ὁ θύσας, καὶ τί τὸ τυθὲν ζῶον, ἐξ οὗ τὰ δέρματα, καὶ τίς ὁ ῥάψας αὐτόν; Εἰ γὰρ περὶ τούτων ἀποδῷς τὸν λόγον, ἀνάγκη ἡμᾶς μηκέτι τοῖς παρὰ σοῦ λεγομένοις ἐνδοιάζειν.

INTERROGATIO CLIII.

Ostende igitur nobis, quæso, quis fuerit ille qui mactavit, et quodnam mactatum animal, unde pelles fuerunt, et quis ille qui eas consuerit? Nam si de his rationem reddideris, necessarium erit nos non amplius de tuis dictis ambigere.

Responsio.

Ostendite igitur et vos convivii structorem, et animalia mactata, et quis eorum numerus quibus celebris ille rubefactus est Nilus, et confestim tantum flumen in sanguinem mutatum, per Deum Mosi obediens, ubi præterea carnes tam immensæ mactationis pecorum, per quæ in sanguinem navigabilis transformatus est amnis? Quomodo item sanctus et per se subsistens vivus Deus, ac Verbum carnem gestans, et pro nobis ex monumento resurgens, in ipso relictis indumentis, non est nudus conspectus? Quis est qui præbeat, qui consuat, quis est qui cooperiat cooperientem universa? Quod si illa per divinam ejus adfuerunt voluntatem, credamus etiam primos parentes nostros per hanc amictos esse pellibus; non enim secundum illius vaniloqui opinionem, corpora nostra ex pelles sunt, quibus postquam de vetitis comederant, animæ circumdatæ sunt; nam ante esum et transgressionem formatio corporum descripta est, sed et costa in mulierem Adamo facta ante transgressionem ablata est, cum in experte corporis costam statuere absurdum sit. Quæ item necessitas ipsos coegit loliis fici contegi, si erant incorporei?

INTERROGATIO CLIV.

Ex magno Davide discimus, animas ante corpora esse. Inquit enim ad Deum: *Manus tuæ fecerunt me* (animam intelligens) *et formaverunt me* [20], (corpus videlicet).

Responsio.

Non minor erat Davide magnus ille Jobus in justitia, neque minore septus potentia. Celebris enim et hic rex fuit, et par ei cum Davide justitiæ veritatisque testimonium a Deo perhibitum est. At hic ait ad Deum: *Manus tuæ fecerunt me* [21]. Et rursus: *Memento quod lutum me formasti* [22]. Num igitur propterea quod priore loco ponitur formatio, dicemus ante animam corpus esse? aut formationis ab ipso mentione facta, et factura non addita, ideo ipsum inanimum dicemus, vel aliter? Quandoquidem inquit Moses divinus ille creationis descriptor, quod accepto Deus pulvere terræ formaverit hominem, et non addidit quod eadem hora et momento ipsum perfecerit, num idcirco prius quidem exstitisse verticem, loco secundo autem oculos, tertio collum, et postremo tandem talos et pedes putabimus? Apagesis cum ejusmodi delirio. Unde enim sciemus, quod non a plantis aut lingua orsus sit nostram creationem optimus et sapientissimus artifex Deus?

INTERROGATIO CLV.

Qua in re tibi videtur homo esse factus ad imaginem Dei? Num in anima, tanquam spiritu et re inaspectabili, an in corpore multiplex est?

Responsio.

In neutro, præterquam in animæ immortalitate. Et in eo, quod omnibus dominatur: neque tamen in his etiam servat exactam ad Deum qualitatem et si-

[20] Psal. cxvm, 73. [21] Job x, 8. [22] ibid. 9.

Ἀπόκρισις.

Δείξατε οὖν καὶ ὑμεῖς τὸν δαιτυμόνα, καὶ τὰ τυθέντα ζῶα, καὶ τίς ὁ ἀριθμὸς αὐτῶν· ἐξ ὧν ὁ διαβόητος πεφοίνικται Νεῖλος, καὶ ἀθρόως τὸ τοιοῦτον ῥεῦμα εἰς αἷμα μετέστη, διὰ Θεοῦ τῷ Μωσῇ πειθόμενον; Ποῦ τὰ κρέα τῆς ἀπείρου κτηνοσφαγίας, δι' ὧν εἰς αἷμα τὸ ναυσιπόρον μετέφυ ῥεῖθρον; Πῶς δὲ καὶ ὁ ἅγιος καὶ αὐθυπόστατος, ζῶν Θεὸς, καὶ Λόγος σαρκοφορῶν, καὶ ἐκ τοῦ ὑπὲρ ἡμῶν τάφου ἀνιστάμενος, ἐν αὐτῷ καταλείψας τὰ ἄμφια, οὐ γυμνὸς ὡράθη; Τίς ὁ παρασχόμενος, τίς ὁ ῥάψας, τίς ὁ περιβαλὼν τὸν περίβολον τοῦ παντός; Εἰ δὲ ταῦτα τῷ θείῳ αὐτοῦ παρυπέστη βουλήματι, πεισθῶμεν καὶ τοὺς προπάτορας ἡμῶν τούτῳ περιβληθῆναι τὰς δέρρεις· οὐ γὰρ κατὰ τὸν εἰκαιολέσχην τὰ σώματα ἡμῶν αἱ δέρρεις ὑπάρχουσιν, ἃς μετὰ τὸ ἔδεσθαι τῶν ἀπηγορευμένων αἱ ψυχαὶ περιέθεντο· πρὸ γὰρ τῆς βρώσεως καὶ τῆς παραβάσεως, ἡ πλάσις τῶν σωμάτων ἀναγέγραπται, ἀλλὰ τὴν πλευρὰν εἰς γυναῖκα ὁ Ἀδὰμ πρὸ τῆς παραβάσεως ἀφῃρέθη· ἐπὶ δὲ ἀσωμάτου πλευρὰν ἀπεικὸς οἴεσθαι. Τίς δ' αὐτοῖς καὶ ἀνάγκη φῦλλα συκῆς περιβεβλῆσθαι, εἰ ὑπῆρχον ἀσώματοι;

ΠΕΥΣΙΣ ΡΝΔ'.

Ἐκ τοῦ μεγάλου Δαβὶδ μανθάνομεν, τὰς ψυχὰς προγενεστέρας ὑπάρχειν τῶν σωμάτων. Λέγει γὰρ πρὸς Θεὸν, *Αἱ χεῖρές σου ἐποίησάν με* (τὴν ψυχὴν λέγων) *καὶ ἔπλασάν με* (τὸ σῶμα δηλονότι).

Ἀπόκρισις.

Οὐχ ἧττων τοῦ Δαβὶδ ὁ μέγας Ἰὼβ ἐν δικαιοσύνῃ, οὐδ' ἐν περιβολῇ δυνάμεως· βασιλεὺς γὰρ καὶ οὗτος διαθρύλλητος, καὶ ἴσα τῷ Θεῷ περὶ δικαιοσύνης καὶ ἀληθείας ὑπὸ Θεοῦ μαρτυρούμενος. Φησὶ δὲ τῷ Θεῷ, *Αἱ χεῖρές σου ἐποίησάν με*· καὶ πάλιν, *Μνήσθητι ὅτι πηλόν με ἔπλασας.* Ἆρ' οὖν παρὰ τοῦτο τῆς πλάσεως προταγείσης, ἐροῦμεν προϋπάρχειν τῆς ψυχῆς τὸ σῶμα; ἢ αὖ πάλιν, τῆς πλάσεως παρ' αὐτοῦ ῥηθείσης, τῆς δὲ ποιήσεως οὐ προστεθείσης, ἄψυχον παρὰ τοῦτο ἐροῦμεν αὐτὸν, ἑτέρως τε; Ἐπεί φησι Μωσῆς ὁ θεῖος συγγραφεὺς τῆς κτίσεως, *Καὶ λαβὼν ὁ Θεὸς χοῦν ἀπὸ τῆς γῆς, ἔπλασε τὸν ἄνθρωπον*· καὶ οὐκ ἐπήγαγεν, ὅτι αὐθωρὶ καὶ ἐν ἀτόμῳ ὅλον αὐτὸν ἀπήρτισε· προϋπάρχειν μὲν τὴν κορυφὴν, δευτερεύειν δὲ τὰς ὄψεις, τριτεύειν δὲ τὸν αὐχένα, καὶ μεθυπάρχειν τὰ σφυρὰ καὶ τὰς βάσεις, παρὰ τοῦτο νοήσωμεν; Ἄπαγε τῆς φλυαρίας! πόθεν γὰρ εἰσόμεθα, ὅτι οὐκ ἀπὸ τῶν πελμάτων, ἢ τῆς γλώττης ἤρξατο ἡμῶν τῆς δημιουργίας ὁ ἀριστότεχνος καὶ πάνσοφος Θεός;

ΠΕΥΣΙΣ ΡΝΕ'.

Ἐν τίνι σοι δοκεῖ τὸ κατ' εἰκόνα Θεοῦ ἔχειν ὁ ἄνθρωπος; Ἐν τῇ ψυχῇ ὡς πνεῦμα οὖσῃ καὶ ἀοράτῳ, ἢ ἐν τῷ σώματι πολυπλασίᾳ;

Ἀπόκρισις.

Ἐν οὐδετέρῳ, πλὴν ἐν τῷ ἀθανάτῳ τῆς ψυχῆς, καὶ ἐν τῷ πάντων ἄρχειν αὐτόν· οὐδ' ἐν τούτοις μέντοι σώζει τὴν ἀκριβῆ πρὸς τὸ Θεῖον ἰσότητα καὶ

ὁμοίωσιν· ἄμφω γὰρ κτιστὰ, ἥ τε ψυχὴ καὶ τὸ σῶμα, καὶ σύνθετα τῇ πρὸς ἄλληλα συναφείᾳ καὶ κοινωνίᾳ· συνθέσει δὲ πάντως ἕπεται διάστασις, καὶ διαίρεσις· τὸ δὲ Θεῖον ἀσύνθετον ὑπάρχει καὶ ἀδιαίρετον, καὶ ἀσχημάτιστον, αὐτὸ ἐφ' ἑαυτοῦ μένον, καὶ ἀεὶ ὡσαύτως ἔχον. Οὐδ' αὖ πάλιν ἐν τῷ ἀρχικῷ τώζει πρὸς τὸ ἀρχέτυπον τῆς εἰκόνος τὴν ὁμοίωσιν. Οὐ γὰρ ἰσοκλεὴς τῷ ἐγχειροῦντι ὁ κομιζόμενος. Ὁ μὲν γὰρ παρέχων, ἀπροσδεὴς ὑπάρχει πάντως οὗ παρέσχεν· ὁ δὲ ὑποδεξάμενος ἐνδεὴς ὑπάρχει παντὸς τοῦ δοθέντος. Καὶ ὁ μὲν παρὰ Θεοῦ τῶν συνδούλων ἄρχειν ἐτάγη· ὁ δὲ Θεὸς παρ' οὐδενὸς, αὐτοκράτωρ τε καὶ παντοκράτωρ ὑπάρχων.

ΠΕΥΣΙΣ ΡΝϚ'.

Ἀλλ' ἕκαστον καθ' ἑαυτὸ σκόπησον, τήν τε ψυχὴν ἰδίως, καὶ σῶμα ἑτέρως· καὶ ἀπόδος ἡμῖν ἐν ᾧ δοκεῖς τὸ κατ' εἰκόνα Θεοῦ.

Ἀπόκρισις.

Οὐδέτερον τοῦ ἑτέρου διακριθὲν ὑπάρχει βροτὸς, ἥ μὲν γὰρ πνεῦμα, οὐκ ἄνθρωπος· ἥ δὲ πηλὸς, ἄλογος καὶ ἀναίσθητος· ἐξ ἀμφοῖν δὲ εἷς ἀποτελεῖται βροτός· καὶ ἡ μὲν ἀλλοιώσει καὶ τροπαῖς ὑπόκειται, τὰ μὲν ἐπιλανθανομένη, τὰ δὲ μνημονεύουσα, ἐν ἀφθονίᾳ πραγμάτων γαννυμένη, καὶ βλοσυρὸς ὑπάρχουσα, ποτνιωμένη δὲ καὶ σκυθρωπὸς ἐν ἐνδείᾳ, πῆ μὲν σεμνὰ, πῆ δὲ ἀκόλαστα λογιζομένη, νῦν μὲν δίκαια, νῦν δὲ ἄδικα προαιρουμένη, νῦν μὲν φιλάνθρωπος, νῦν δὲ ἀπάνθρωπος γινομένη, ἐν ἀκαρεῖ ὀργιζομένη, καὶ ἐν ἀτόμῳ ἡμερουμένη, μερισμοῖς καὶ μεταβολαῖς ὑπείκουσα, καθώς φησιν ὁ ὑψηλὸς Ἀπόστολος, διαῤῥήδην βοῶν· *Ζῶν γάρ ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ καὶ ἐνεργὴς, καὶ τομώτερος ὑπὲρ πᾶσαν μάχαιραν δίστομον, καὶ διικνούμενος ἄχρι μερισμοῦ ψυχῆς καὶ πνεύματος, καὶ διακριτικὸς ἐνθυμήσεων καὶ διανοιῶν.* Πῶς οὖν οἷά τε εἰκὼν ὑπάρχει, τοῦ ἀναλλοιώτου Θεοῦ μερισμοῖς ὑποπίπτουσα, καὶ διακρινομένη τὰς ἐνθυμήσεις καὶ ἐννοίας, ὡ μόνον ὑπὸ Θεοῦ, ἀλλὰ καὶ ὑπὸ τῶν αὐτοῦ προφητῶν πολλάκις τὰ διὰ βάθους ἐλεγχομένη; Θεοῦ δὲ τὴν βουλὴν ἢ ἐνθύμησιν τίς καταλήψεται, τοῦ ἱεροῦ Ἀποστόλου βοῶντος· *Τίς ἔγνω νοῦν Κυρίου; ἢ τίς σύμβουλος αὐτοῦ ἐγένετο*; Εἰ οὖν τὸ κυριώτερον τοῦ ἀνθρωπίνου συγκράματος, ἡ ψυχὴ, ἀπελείφθη τῆς θείας εἰκόνος καὶ ὁμοιότητος, πόσῳ μᾶλλον ἐκείνης πόῤῥω φανήσεται ἡ τοῦ σώματος παραβολή; Τὸ μὲν γὰρ οἷον ὑπάρχει ἄφθαρτον, τὸ δὲ σῶμα φθαρτόν· τὸ μὲν ἀμέγεθες καὶ ἄπτον, τὸ δὲ βραχὺ καὶ περιληπτόν· τὸ μὲν ἀκατάληπτον καὶ ἀφῆ, καὶ τὸ δὲ ἁπτὸν καὶ ῥωῶδες· τὸ μὲν ἀσώματον καὶ ἄϋλον, παντὸς ὕψους μετέωρον, καὶ ὑπέρτερον, τὸ δὲ βραχὺ καὶ ὑλικὸν, γεωπετὲς καὶ χθαμαλὸν, περὶ τὰ κάτω καλινδούμενον· τὸ μὲν οὐκ αὔξει, οὐ λήγει, οὐχ ὑφίσταται, οὐ μειοῦται· μὴ τοίνυν ἔσο τοῖς κάτω πεπεισμένος, μηδὲ μελογραφοῦ τὸ Θεῖον, ἐπαΐων Θεοῦ φάσκοντος, ὅτι *Ἀρῶ εἰς τὸν οὐρανὸν τὴν χεῖρά μου, καὶ ὀμοῦμαι τῇ δεξιᾷ μου, καὶ ἐρῶ*· καὶ πάλιν, *Ὁ οὐρανός μοι θρόνος, ἡ δὲ γῆ ὑποπόδιον*

[33] Hebr. IV, 12. [34] Rom. XI, 34.

militudinem; utraque enim creata sunt, tam anima quam corpus, et composita mutua copulatione et communione. Compositionem autem prorsus sequitur separatio atque divisio. Deus autem incompositus est et indivisibilis, et nulla expressus forma, ipse per seipsum manens, et semper eodem modo affectus. Neque item in dominatu servat ad archetypum imaginis similitudinem. Non enim ejusdem honoris est cum datore his qui accipit. Nam qui præbet, omnino non indigus est ejus quod dedit. Qui autem recipit, indigus ejus est quod datum est. Et hic quidem a Deo conservis dominari jussus est: Deus autem a nemine, cum ipse per se sit propriæ potestatis Dominus, et omnipotens.

INTERROGATIO CLVI.

At unumquodlibet per se considera, seorsum animam, et ex altera parte corpus; et expone nobis in quo putes esse id quod est secundum imaginem Dei.

Responsio.

Neutrum ab altero separatum est homo: nam aliud quidem spiritus, non homo; aliud vero lutum rationis et sensus expers: ex utrisque autem unus perficitur homo. Atque illa quidem alterationi et mutationibus obnoxia est, alia quidem obliviscens, alia vero in memoria retinens, et in multitudine rerum læta et truculenta in alios, demissa autem et tetrica cum indiget. Alias quidem honesta et gravis, alias vero lasciva cogitans; nunc quidem justa, nunc autem injusta eligens; nunc quidem benigna, nunc vero inhumana; in temporis momento irascens, et in puncto placata, divisionibus et mutationibus obnoxia, quemadmodum inquit eximius ille Apostolus, diserte clamans: *Vivus est sermo Dei et efficax, ac penetrantior quovis gladio utrinque incidente, et pertingens usque ad divisionem spiritus et animæ, et discretor cogitationum et intentionum* [33]. Quomodo igitur potest imago esse immutabilis Dei divisionibus obnoxia, et cujus dijudicantur cogitationes et intentiones, non solum a Deo, sed etiam ab ejus vatibus, aliquoties etiam de reconditis convicta? Consilium autem cogitationemve Dei quis deprehendet, divo Apostolo clamante: *Quis cognovit mentem Domini, aut ei fuit a consiliis* [34]? Si igitur quod magis est proprium humanæ compositionis, ipsa nempe anima, distat ab imagine similitudineque divina: quanto magis ab illa longe distare apparebit comparatio corporis? Nam horum alterum incorruptibile est, alterum autem corruptibile, et illud quidem magnitudinis et quantitatis expers est, hoc autem exiguum et comprehensibile. Illud quidem incomprehensibile tactu, hoc autem tangi potest ac fluxum est; illud incorporeum et expers materiæ crassæ, omni altitudine sublimius et supereminentius; hoc autem exiguum et certæ quantitatis, in terra repens et humile, circa hæc inferiora versans. Illud denique non crescit, non desinit, non subsidet, non minuitur. Proinde tu quidem inferioribus his acquiescas,

neque Numen membris circumscribas, audiens Deum dicentem : *Tollam in cœlum manum meam, et jurabo, atque dicam* [25]. Et rursus : *Cœlum mihi thronus est, terra autem scabellum pedum meorum* [26]. Iterumque prophetam dicentem : *Qui mensus est cœlum palmo, et terram pugno* [27]. Et alibi, quod digito exsculpserit tabulas lapideas [28], quas Dei spectatori Mosi tradidit. Neque quod inquit David ille divinorum carminum auctor : *Inclina, Domine, aurem tuam, et exaudi me* [29] ; et : *Ad me respice, et miserere mei* [30] : idcirco formam assignes Numini, membris ipsum et organo describens. Si enim ventus spirans ubique præsens est, et aer in se complectitur universa, quanto magis ille, qui ipsum spirare jussit, et ventos flantes congregavit? Solium complectitur sedentem, at Deus incomprehensibilis est. Quod si et terram scabellum habet, quomodo dum incedimus, aut aramus, aut ab oriente ad occidentem currimus, imperatorum jussu equos agentes et compellentes, non allidimur ad ipsius pedes? Quomodo vero cum cœlos palmo mensus est, et superne insidet, rursus in cœlum, inquit, effert manum? Quomodo vero tantis digitis absque ascia tabulas polivit, absque stylo sculpsit, et in eis legem perscriptam legislatori tradidit? Mentem igitur vel sero tandem recipe, et oculis mentis aspice ista cogitationes tantum et figuras esse, idque considera ex vili et exigua ad Numen comparatione.

τῶν ποδῶν μου· καὶ πάλιν τοῦ προφήτου λέγοντος, Ὁ μετρήσας τὸν οὐρανὸν σπιθαμῇ, καὶ τὴν γῆν δρακί· καὶ ἑτέρωθι, ὅτι δακτύλῳ χαράξας πλάκας λιθίνους τῷ Θεόπτῃ Μωσῇ ἐνεχείρισε. Μηδ' ὅ τι φησὶ Δαβὶδ ὁ τῶν Θείων μελῳδός· *Κλῖνον, Κύριε, τὸ οὖς σου, καὶ ἐπάκουσόν μου·* καὶ, *Ἐπίβλεψον ἐπ' ἐμὲ, καὶ ἐλέησόν με*, παρὰ τοῦτο σχηματίσῃς τὸ Θεῖον, μέλεσιν αὐτὸ καὶ ὀργάνῳ διαγράφων. Εἰ γὰρ ὁ ἄνεμος πνέων πάντη πάρεστι, καὶ ὁ ἀὴρ ἐμπεριέχει τὰ σύμπαντα, πόσῳ μᾶλλον ὁ τὸ πνεῖν αὐτῷ ἐπιτάξας, καὶ πνέοντα συνάξας ; Ὁ θρόνος περιέχει τὸν καθήμενον, τὸ δὲ Θεῖον ἀπερίληπτον. Εἰ δὲ καὶ τὴν γῆν ἔχει ὑποπόδιον, πῶς βαδίζοντες, ἢ ἀροῦντες, ἢ ἀπὸ τῆς ἑῴας ἐπὶ τὴν Ἑσπέραν θέοντες, βασιλικοῖς προστάγμασιν ἱππηλατοῦντες, καὶ συνωθοῦντες, οὐ προσαραττόμεθα αὐτοῦ τοῖς ποσίν ; Πῶς δὲ σπιθαμῇ τὸν οὐρανὸν μετρήσας, καὶ ἄνω καθήμενος, πάλιν εἰς οὐρανὸν φησιν αἴρειν τὴν χεῖρα ; Πῶς δὲ ἐν τοιούτοις δακτύλοις χωρὶς ἀξίνης πλάκας ἐλάξευσε ; χωρὶς γραφίδος ἐτόρευσε ; καὶ τῷ νομοθέτῃ ἐν αὐταῖς τὸν νόμον γράψας ἐπιδέδωκεν ; Ἀνασφήλας τοίνυν κἂν ὀψὲ, ὀφθαλμῷ διανοίας ἆθρει δὴ νοήματα ὑπάρχειν ταῦτα, ἢ σχήματα, καὶ θέα μοι ἐξ εὐτελοῦς καὶ βραχείας πρὸς τὸ Θεῖον παραβολῆς.

Mare omnia magnitudine superans elementa, velut ex cado gutta est, et universa veluti stilla sunt, si ad divinum illud pelagus conferantur : quemadmodum inquit Propheta [31]. Verumtamen cum simplex quiddam sit, nullaque forma præditum, clamat absque ore, currit absque pedibus ; insilit, et ad festinandum absque tibiis insurgit ; detinet navigantes, non habens manus ; in sublime elevatur absque alis ; suffocat multos absque vola vel digitis, aut nexibus ; insonat et exspuit labiis carens ; rupibus allidit absque brachiis, elevans immensa ferentes onera naves ; absque dentibus devorat, et vicinam terram excavat. Si vero cum simplex quiddam natura sit et fluxum, ista facere solet : quanto magis præstare potest hæc is, qui hujus intolerabilem violentiam atque tyrannidem paucissima arena refrenavit, et quasi ferreo muro circa ipsum posuit terminum? Per fluctus enim ad exteriorem regionem impetum faciens, arena quasi freno inhibetur, et in spumam impetu resoluto, ad seipsum revertitur. Similiter et spiritus venti, licet simplex sit, flans fistulat absque labiis, tecta dejicit absque brachiis, vindemiat fructus, arbores quatiendo absque manibus, dejiciens ; excutit et fervefacit veluti fornax abyssum, et quæ sunt in fundo in superficiem transponit, non ventilabro, non sarculo utens ; nititur ex adverso, et resistens inhibet a cursu ingentes naves, pectoribus et humeris carens. Alias autem albatas instar ovium impellit in pelago velut in prato vel campo, non hastili

Ἡ θάλαττα μεγέθει πάντων ὑπερέχουσα τῶν στοιχείων· ὡς σταγὼν ἀπὸ κάδου, καὶ ὡς ῥανὶς τὰ σύμπαντα πρὸς τὸ Θεῖον ὑπάρχει συγκρινόμενα πέλαγος, καθώς φησιν ὁ προφήτης· ἀλλ' οὖν ὅμως ἁπλῆ τις ὑπάρχουσα καὶ ἀσχημάτιστος, βοᾷ χωρὶς στόματος, τρέχει ἄνευ ποδῶν, ἐφάλλεται καὶ ἐπιτωθάζει ἄνευ σκελῶν οἰδαίνουσα· κατέχει τοὺς πλωτῆρας μὴ κεκτημένη χεῖρας· εἰς ὕψος μετεωρίζεται ἄνευ πτερῶν· πνίγει πολλοὺς ἄνευ ταρσῶν ἢ δακτύλων, ἢ ἀγκαλῶν· σιαλίζει καὶ ἀποπτύει, χειλέων ἔρημος· προσαράττει ταῖς πέτραις ἄνευ βραχιόνων, ἐπαίρουσα τὰς μυριοφόρους ὁλκάδας· χωρὶς ὀδόντων ὑπεσθίει καὶ ὑποτρύνει τὴν γείτονα χέρσον. Εἰ δὲ ἁπλῆ τὴν φύσιν καὶ ῥοώδης, ταῦτα δρᾷν εἴωθεν, πόσῳ μᾶλλον ὁ ταύτης τὴν ἀφόρητον βίαν καὶ τυραννίδα βραχυτάτῳ ψάμμῳ χαλινώσας, καὶ οἱονεὶ σιδήρῳ τείχει αὐτὴν περιορίσας ; Ἐφορμῶσα γὰρ διὰ τῶν κυμάτων ἐπὶ τὴν ἔξω χώραν, οἱονεὶ χαλινῷ τῇ ψάμμῳ κρουομένη, εἰς ἀφρὸν τὴν ὁρμὴν διαλύσασα, πρὸς ἑαυτὴν ἐπανῆκεν. Ὡσαύτως καὶ τὸ ἀνέμιον πνεῦμα ἁπλοῦν ὑπάρχον, πνέον συρίζει ἄνευ χειλέων, ὀρόφους καθαιρεῖ ἄνευ βραχιόνων, τρυγᾷ τοὺς καρποὺς, κατασείων τὰ φυτὰ ἄνευ χειρῶν· ἐκμοχλεύει καὶ ἀναβράττει ὥσπερ χαλκεῖον τὴν ἄβυσσον· καὶ τὰ ἐν τῷ πυθμένι τῇ ἐπιφανείᾳ διατίθεται, οὐ πτύῳ, οὐ σκαπάνῃ χρώμενον, ἀντερίζεται, καὶ ἀντιβαῖνον εἴργει τοῦ ὁρμου τὰς μυριοφόρους τῶν νηῶν, στέρνων καὶ ὤμων ἄμοιρον· ἑτέρας δὲ λευχειμονούσας, δίκην προβάτων ἐλαύνει, ὥσπερ ἐπὶ λειμῶνι ἢ πεδίῳ, τῷ πελάγει, οὐ σειρομάστῃ, οὐ βάκτρῳ παῖον, ἐρυθραίνει

[25] Deut. xxxii, 40. [26] Isa. lxvi, 1. [27] Isa. xl, 12. [28] Deut. ix, 10. [29] Psal. lxxxv, 1. [30] Psal. xxiv, 19 ; lxxxv, 16. [31] Isa. xl, 15.

τὰς λίαν ὠχριώσας βροτοπορίας, οὐδενὶ φυκίῳ πάσσον αὐτάς. Εἰ οὖν θάλαττα καὶ ἄνεμος τῶν μὲν συνδούλων πάντων μεγέθει ὑπερέχοντα, κώνωπος δὲ ἢ ἐμπίδος, ἢ κόκκου σινάπεως, ἢ τινος βραχυτέρου τάξιν ἐπέχοντα πρὸς τὸ Θεῖον συγκρινόμενα, βοᾷ, ὠκυποδεῖ, ἐπιτωθάζει, κρατεῖ, εἴργει τοῦ πρόσω, χειρῶν καὶ σχημάτων ἔρημα, εὐεργετεῖ, κολάζει, πλουτίζει, ποντίζει, ἄγει, ἀπάγει, σὺ διὰ τί σχηματίζεις τὸ Θεῖον, ὦ ἀξιέραστε, καὶ μελογραφεῖς τὸ ἁπλοῦν καὶ ἀσύνθετον, καὶ ἀσχημάτιστον, ἀκούων, *Κλῖνον, Κύριε, τὸ οὖς σου*· καὶ πάλιν, *Ἐπίβλεψον ἐπ' ἐμέ*· καὶ πάλιν, *Ἐξαπόστειλον, Κύριε, τὴν χεῖρά σου ἐξ ὕψους, ἐξελοῦ με, καὶ ῥῦσαί με*, καὶ ὅσα τοιαῦτα; Ἄπαγε τοίνυν ἐν ψυχῇ ἢ σώματι ὁρίζεσθαι βροτοὺς κατ' εἰκόνα Θεοῦ ὑπάρχειν. Πῶς γὰρ τὰ εὐχείρωτα καὶ ἀλλοιούμενα, εἰκὸς ἔσται τῷ Θείῳ παραβάλλειν, τῷ διὰ τοῦ προφήτου βοῶντι, *Ἐγώ εἰμι, καὶ οὐκ ἠλλοίωμαι*;

vel baculo feriens; rubefacit valde pallentia hominibus transportandis parata navigia, nullo ipsa fuco varians. Si igitur mare et ventus, conservis quidem omnibus magnitudine præstantia, culicis autem vel mulionis, vel grani sinapis, aut alicujus rei minoris locum obtinentia, si cum Deo conferantur, clamant, velocia sunt, insectantur, fortiter vincunt, progressum impediunt, manibus et formis carentia, benefaciunt, puniunt, divitias conferunt, submergunt ponto, ducunt, abducunt, cur tu, vir præclarissime ac nobis chare, formam tribuis et ascribis membra Numini simplici et incomposito, et nulla forma expresso, dum audis: *Inclina, Domine, aurem tuam, et exaudi me* [32]? Item: *Et respice ad me* [33], et: *Mitte manum tuam ex alto, et eripe atque libera me* [34]; et quæ sunt ejusmodi alia. Proinde absit ut secundum animam aut corpus definias homines esse factos ad imaginem Dei. Quomodo enim comprehensu facilia et mutabilia conveniet ei assimilare, qui clamat per prophetam: *Ego sum, et non mutor* [35]?

Οὔτε (99) ὁ θεῖος ψεύδεται λόγος κατ' εἰκόνα Θεοῦ εἰπὼν γεγενῆσθαι τὸν ἄνθρωπον· οὔτε ἡ ἐλεεινὴ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως ταλαιπωρία τῇ μακαριότητι τῆς ἀπαθοῦς θεότητος καθωμοίωται· ἀνάγκη γὰρ ἐπὶ τῇ συγκρίσει, ἢ παθητὸν τὸ Θεῖον, ἢ ἀπαθὲς εἶναι τὸ ἀνθρώπινον. Ἐξεταστέον οὖν πῶς ὅμοιον τῷ Θείῳ ὠνόμασται τὸ ἀνθρώπινον. Φησὶν ἡ Γραφή· *Καὶ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον, κατ' εἰκόνα Θεοῦ ἐποίησεν αὐτόν*. Πάλιν ἐπαναλάμβανει· *Ἄρσεν καὶ θῆλυ ἐποίησεν αὐτούς*. Ὅπερ καὶ ἀλλότριον Θεοῦ ἐστιν· καὶ λοιπὸν, ἡ εἰκὼν οὐκ ἔχει τὸ τοῦ πρωτοτύπου ὁμοίωμα· ἡ δὲ λύσις τούτου τοιαύτη· Διπλῆ τίς ἐστιν ἡ τῆς φύσεως ἡμῶν κατασκευή· ἡ μὲν νοερὰ, ἥτις καὶ ἐν μεθέξει πάντων τῶν ἀγαθῶν οὖσα, κατ' εἰκόνα Θεοῦ γενέσθαι λέγεται· ἡ δὲ πρὸς τὴν τοῦ ἄῤῥενος καὶ θήλεος μεμερισμένη διαφοράν. Ἐπειδὴ δὲ μόνον τὸ Θεῖον ἄτρεπτον, τὸ δὲ ἡμέτερον τρεπτὸν (ἐκ τοῦ μὴ ὄντος γὰρ ἤρξατο), ὁ πρὸ τῆς γενέσεως τὰ πάντα εἰδὼς, προγνοὺς πρὸς ὅ τι ῥέπει ἡ αὐτεξούσιος τῆς ἀνθρωπίνης προαιρέσεως κίνησις, ἐπιτεχνᾶται τῇ εἰκόνι τὴν κατὰ τὸ ἄῤῥεν καὶ θῆλυ διαφοράν. Εἰπὼν δὲ ὁ λόγος ὅτι ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον, τῷ καθολικῷ ὀνόματι, καὶ τῷ ἀορίστῳ τῆς σημασίας ἅπαν συμπεριέλαβε τὸ ἀνθρώπινον· οὐ γὰρ συνωνομάσθη τῷ κτίσματι νῦν ὁ Ἀδὰμ, καθὼς ἐν τοῖς ἐφεξῆς, ἀλλὰ ὁ καθόλου ἄνθρωπος. Διὸ οὐδὲ ἐν τῷ Ἀδὰμ μόνῳ τὸ κατ' εἰκόνα Θεοῦ γενέσθαι ἔστιν ἰδεῖν, ἀλλ' ἐν παντὶ ἀνθρώπῳ· ὁμοίως γὰρ ἔχει ὅ τε πρῶτος κατασκευασθεὶς, καὶ ὁ τελευταῖος πάντων γενησόμενος. Ὁ γοῦν ἅπαν τὸ ἀνθρώπινον διὰ τῆς προγνωστικῆς κατανοήσας ἐνεργείας, καὶ τῇ ἰσαγγέλῳ λήξει τιμήσας, ἐπειδὴ προεῖδε μὴ εὐθυποροῦσαν πρὸς τὸ καλὸν τὴν ἀνθρωπίνην προαίρεσιν, ὡς ἂν μὴ κολοβωθῇ τὸ τῶν ἀνθρωπίνων ψυχῶν πλῆθος, ἐκπεσὼν ἐκείνου τοῦ τρόπου καθ' ὃν οἱ ἄγγελοι πρὸς πλῆθος ηὐξήθησαν, τὴν κατάλληλον τοῖς εἰς ἁμαρτίας ἐξολισθήσασι τῆς αὐξή-

Neque vero divinus sermo falsus est, dicens secundum imaginem Dei factum esse hominem, neque miserabilis humanæ naturæ infelicitas beatitati affectionum expertis divinitatis est similis. In horum namque collatione necessum est, aut passibilem esse divinitatem, aut humanitatem impassibilem. Et proinde disquirendum est, quomodo humanitas divinitati similis dicta sit. Scriptura inquit: *Et fecit Deus hominem, secundum imaginem Dei fecit eum*. Deinde subjicit: *Marem et feminam fecit ipsos* [36]. Id quod a Deo alienum est. Proinde hujus respectu imago non habet primi exemplaris similitudinem. Hujus autem solutio talis quædam est: Duplex quædam est naturæ nostræ structura: alia quidem intellectilis, quæ cum in omnium bonorum participatione sit, secundum imaginem Dei dicitur esse facta; alia autem in maris et feminæ differentiam divisa. Quandoquidem autem sola divinitas immutabilis est, nostra vero natura mutabilis (cœpit enim esse de nihilo), qui ante generationem omnium præscius erat, præcognito ad quid declinatura esset propria potestate præditus humanæ voluntatis motus, adhibet opificio imaginis eam, quæ est in mare et femina, differentiam. Cum dicitur autem, quod fecerit Deus hominem, universali et indeterminato nomine significationis universam complexus est humanitatem: non enim una cum creato nunc mentio fit Adami, quemadmodum in sequentibus, sed homo nominatur universe. Ideo neque in solo Adamo structuram quæ secundum imaginem Dei est, videre licet, sed in quovis homine. Similiter enim affectus est qui primus est factus, et qui postremus omnium futurus est. Qui igitur omnem humanitatem per præcognoscentem vim facultatemque suam consideraverat, et pari cum angelis sorte honoraverat, quandoquidem prævidebat non recte ingressuram in bono humanam voluntatem,

[32] Psal. LXXXV, 1. [33] Psal. CXLIII, 7. [34] ibid. 16. [35] Malach. III, 6. [36] Gen. I, 26.

(99) *Οὔτε κ. τ. λ.* Ῥαψῳδία ab aliis temere adjecta ad finem verborum Cæsarii. Sunt autem hæc Nysseni. *De hominis structura*, cap. 17 et alias passim.

ne diminueretur humanarum animarum multitudo declinans ab illo modo quo angeli creverunt in multitudinem, in peccata prolapsis convenientem præparat incrementi rationem, pro angelica conversatione, brutum ac rationis expertem propagationis modum humanæ naturæ tribuens, quemadmodum inquit Davides : *Homo, cum esset in honore, non intellexit* [36]. Unde cum jumentis et pecoribus affinitas illa nostra, sæpenumero melius contegit deteriore, si quis animum ad vitia detraxerit. Nam ad vitiositatem accedens mentis efficacia, multiplicem rerum absurdarum procreationem instituit. Si vero a ratione nihil opis et auxilii vitiositas habuerit, statim dissolvitur. In beata igitur illa natura maris et feminæ discrimen nullum est. Quapropter cum hominem ad imaginem sui concederet, non augescendi seque amplificandi vim homini addidit, sed cum in marem ac feminam eum distingueret, inquit : *Crescite et multiplicamini, et implete terram* [37], et quæ sequuntur; qua quidem voce prius etiam ad animalia bruta Deus usus fuerat. Si enim istiusmodi vox dicta fuisset, quando id quod secundum imaginem est, fecit, non utique animali generatione indiguissemus. Idcirco autem congruens hominum creationi tempus destinavit, ut una cum animarum productione, quæ ante determinatæ sunt, ipsum compleretur, tumque utrumque cessaret, atque ita fieret hujus universi reformatio ac generis humani mutatio, a terreno in id quod passionis expers est, et æternum. Sciendum quod imago quidem Dei est quæ in tota humanitate perfectionem habuit. Inquit enim, quod fecerit Deus hominem, non Adamum. Postquam autem addidisset humanæ naturæ proprietates, videlicet marem et feminam, tunc et nomen Adami adjecit, quod terrestre figmentum significat, in lingua Hebræa, sicut Paulus Græca voce *pulvereum* ipsum nominat [38].

Caruissent culpa, si non prædictum ipsis fuisset per legem et prophetas, non alienigenas, sed cognatos et consanguineos, et in eodem exercitio legalis disciplinæ constitutos, quo abstinerent a Dei in Christo nece, et ne contra legem agerent, absque ratione Verbum per carnem occidentes. Ideo nihil ex vanis illis garritibus utilitatis perceperunt, lege illegitime usi. Non enim legi adhærentes, et a puero in ea instituti, in inscitia, imo perditione senescentes illum rejecissent. At gentes quibus lex lata non fuit, et quæ in lege educatæ non erant neque in ea institutæ, bene et legitime vixerunt, sibimetipsis lex factæ, suumque conditorem amplexæ, ex iis solis quæ ab ipso facta sunt, Deum ipsum esse crediderunt.

ΠΕΥΣΙΣ ΡΟΑ'.

Ἐπειδὴ ἀνωτέρω εἶπας ἐν τῇ τῶν ἀρετῶν τελειώσει ἐξομοιοῦσθαι ἡμᾶς τῷ Θεῷ, καὶ ἐπηγγείλω λέγειν

INTERROGATIO CLXXI.

Quandoquidem in præcedentibus dixisti, in virtutum perfectione nos assimilari Deo, teque dictu-

[80] Joan. III, 18. [81] Joan. VI, 47.

rum recepisti, quonam id per virtutes pacto fiat : a te petimus, primum dici nobis, quæ sit perfecta virtus.

Responsio.

Admirabiliter, o charum caput, et præcise quærens, quis perfectus virtutis finis sit, demonstras te vigilanter ad illum respicere, et quasi (si quidem inventum sit quod desideratur) cum tuæ ipsius vitæ proprium facere velis. At ego in utroque pariter hæsito. Id enim vel oratione complecti vel demonstrare, quod ratio cognoverit, etiam meum intellectum superare dico. Fortassis autem et omnes qui virtute claruerunt, ejus perfectionem se assequi non posse fatebuntur. Perfectio enim in aliis quidem omnibus quæcunque sensu metimur, terminis quibusdam finitis percipitur, velut in quantitate continua et discreta. Omnis enim in quantitate mensura, propriis quibusdam terminis continetur. Ubi qui ad cubitum respicit, aut ad numeri decadem, cognoscit et id unde cœpit, et in quo desiit, in quo scilicet exsistere perfectio solet. In virtute autem unicum ab Apostolo perfectionis terminum didicimus, quod ipsa infinita sit, et omni carens termino; nam magnus ille ac sublimi præditus mente per hanc perpetuo currens, nunquam ad ea quæ priora sunt, extendere se cessavit. Neque enim satis tutam putabat esse a cursu institionem; nullum enim bonum propria natura terminatur, sed per comparationem contrarii omnino finitur : quemadmodum vita morte, lux tenebris et robur infirmitate. Quemadmodum igitur finis vitæ principium mortis est, et solis occasus principium caliginis, et bonæ valetudinis amissio principium infirmitatis, sic cursus virtutis instituo principium fit cursus vitiosi. Ideo recte dixi, nullis terminis propriis subjectam esse virtutem. Nam quod terminis comprehenditur, non est virtus. Virtutem vero perfectam, et indeterminatam, et infinitam, magnitudinis et quantitatis expertem, et omni comprehensione superiorem, Deum dico, qui proprie et principaliter est bonus, cujus natura bonitas est et immensissima virtus. Quandoquidem igitur nullus alius est virtutis terminus, quam vitiositatis oppositio, numen autem divinum contrarii non capax est, et infinitum : etiam is qui virtutem obit, idem omnino et Dei particeps est, qui absoluta est virtus : adeoque terminum non habet. Necessario denique etiam ejus qui participat, cupiditas cum infinito concurrens, et una sese extendens, institionem a cursu nunquam habebit. Infinita igitur quidem ipse Deus est.

ποίῳ τρόπῳ τὰ περὶ ἀρετῶν, δεόμεθά σου πρῶτον λεχθῆναι ἡμῖν, τίς ὁ τέλειος τῆς ἀρετῆς ὅρος.

Ἀπόκρισις.

Θαυμασίως, ὦ φίλη κεφαλή, καὶ συντόνως ζητῶν τίς ὁ τέλειος τῆς ἀρετῆς ὅρος, ἔδειξας ἐγρηγόρως πρὸς ἐκεῖνον ὁρᾷν, καὶ ὡς (εἴπερ εὑρεθείη τῷ λόγῳ τὸ ποθούμενον) εἰς τὸν σαυτοῦ σφετερίσασθαι τοῦτον βίον. Ἐγὼ δὲ ἐπ' ἀμφοῖν ἐπ' ἴσης ἀμηχανῶ· τὸ γὰρ περιλαβεῖν ἢ δεῖξαι, ὅπερ ἂν ὁ λόγος κατανοήσῃ, ὑπὲρ τὴν ἐμὴν φημι ὑπάρχειν ἔννοιαν· ἴσως δὲ καὶ πάντες οἱ κατ' ἀρετὴν ἀστράπτοντες, ἀνέφικτον αὐτοῖς ὑπάρχειν τὴν τελειότητα ὁμολογήσουσιν. Ἡ γὰρ τελειότης ἐπὶ μὲν τῶν ἑτέρων πάντων ὅσα τῇ αἰσθήσει μετρεῖται, πέρασί τισιν ὡρισμένοις διαλαμβάνεται, οἷον ἐπὶ τοῦ ποσοῦ τοῦ συνεχοῦς καὶ τοῦ διωρισμένου. Πᾶν γὰρ τὸ ἐν ποσότητι μέτρον, οἰκείοις τισὶν ὅροις ἐμπεριέχεται. Καὶ ὁ πρὸς τὸν πῆχυν βλέπων, ἢ τὴν τοῦ ἀριθμοῦ δεκάδα, γινώσκει τὸ ἀπό τίνος ἀρξάμενος, καὶ εἰς τίνα κατέληξεν· ἐν ᾧ ὑπάρχει τὸ τέλειον ἔχειν. Ἐπὶ δὲ τῆς ἀρετῆς ἕνα παρὰ τοῦ Ἀποστόλου τελειότητος ὅρον ἐπαιδεύθημεν, τὸ ὑπάρχειν αὐτὴν ἀόριστον καὶ ἀπεράτωτον. Ὁ γὰρ πολὺς ἐκεῖνος καὶ ὑψηλὸς τὴν διάνοιαν ἀεὶ διὰ ταύτης θέων, οὐδέποτε τοῖς ἔμπροσθεν ἐπεκτεινόμενος ἔληξεν (6). Οὐδὲ γὰρ ἀσφαλεστάτην ᾤετο τὴν τοῦ δρόμου στάσιν· οὐδὲν γὰρ ἀγαθὸν τῇ οἰκείᾳ φύσει ὁρίζεται· τῇ δὲ ἀντιπαραθέσει τοῦ ἐναντίου περατοῦται πάντως, ὡς ἡ ζωὴ τῷ θανάτῳ, καὶ τὸ φῶς τῷ σκότει, καὶ ἡ ῥώμη τῇ ἀῤῥωστίᾳ. Ὥσπερ οὖν τὸ τῆς ζωῆς τέλος ἀρχὴ θανάτου ἐστὶ, καὶ ἡλίου δύσις ἀρχὴ σκότους, καὶ ἡ τῆς εὐσθενείας ἐκκοπὴ ἀρχὴ ἀσθενείας· οὕτως τοῦ κατ' ἀρετὴν δρόμου ἡ στάσις, ἀρχὴ τοῦ τῆς κακίας γίνεται δρόμου. Οὐκοῦν εὖ ἔφην μὴ ὅροις ὑποκεῖσθαι οἰκείοις τὴν ἀρετήν· τὸ γὰρ πέρασι διαλαμβανόμενον οὐκ ἔστιν ἀρετή· ἀρετὴν δὲ τελείαν, ἀπέραστον, καὶ ἀόριστον, ἀμεγέθη τε καὶ ἄποσον, πάσης καταλήψεως ὑπέρτερον τὸ Θεῖόν φημι, τὸ κυρίως καὶ πρώτως ἀγαθόν, οὗ ἡ φύσις ἀγαθότης ὑπάρχει ἡ ἀπεράτωτος ἀρετή. Ἐπεὶ οὖν οὐδεὶς ἀρετῆς ὅρος πλὴν κακίας ἀντιπαράθεσις, ἀπαράθεκτον δὲ τοῦ ἐναντίου τὸ Θεῖον καὶ ἀόριστον· ὁ δὲ τὴν ἀρετὴν μετιὼν, πάντως Θεοῦ καὶ αὐτὸς μετέχει· αὐτὸς γὰρ ὑπάρχει παντελὴς ἀρετή· τοῦτο δὲ ὅρον οὐκ ἔχει· ἀναγκαίως καὶ ἡ τοῦ μετέχοντος ἐπιθυμία τῷ ἀορίστῳ συμπαραθέουσα, καὶ συμπαρεκτεινομένη, στάσιν οὐδέπω ἕξει τοῦ δρόμου. Ἀόριστος οὖν καὶ ἀπεράτωτος ἡ παντελὴς ἀρετὴ νοείσθω, ἥτις ὑπάρχει τὸ Θεῖον.

INTERROGATIO CLXXII.

Et quomodo quis viam aut opus aggredietur, quorum finem et perfectionem exspectare sibique

ΠΕΥΣΙΣ ΡΟΒ'.

Καὶ πῶς τις ὁδοῦ ἢ ἔργου ἐπιβήσεται, ὧν τὸ πέρας καὶ ἡ τελειότης αὐτῷ ἀπροσδόκητος; Πῶς δὲ

et immensissima absoluta virtus intelligatur, quæ

(6) *Τοῖς ἔμπρ. ἐπεκτεινόμενος ἔληξεν.* Respicit hic Cæsarius ad *Philipp.* III, 13, 14, ubi sic legimus : Ἓν δὲ, τὰ μὲν ὀπίσω ἐπιλανθανόμενος, τοῖς δὲ ἔμπροσθεν ἐπεκτεινόμενος, κατὰ σκοπὸν διώκω· *Unum autem, quæ quidem retro sunt obliviscens; ad ea vero quæ sunt priora, extendens meipsum, ad destinatum persequor.* At in vulgato Cæsario placuit editori vitiosa hujusmodi lectio ἐπεκτινομένοις ἔλεξεν, cum hac interpretatione, *nunquam ad ulteriora se pervenisse dicit.* Textum emendatum ejusque versionem restitutam proferimus ex Cotelerio *Monum. Eccl. Gr.* tom. II, p. 672.

καὶ μετέλθοι τὴν ἀρετὴν ἀπελπίζων τῆς τελειότητος;

Ἀπόκρισις.

Ἀλλὰ μή, ἐπειδὴ τὸ ζητούμενον ἄληπτον ὁ λόγος ἔδειξεν, τῆς ἐνδεχομένης ἀρετῆς ἀμελήσωμεν, τῆς παντελῶς θεηγορούσης, *Γίνεσθε τέλειοι ὡς ὁ Πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος τέλειός ἐστιν*. Οὐ πάντως τῇ ἀπαραβλήτῳ, καὶ ὑπὲρ λόγον καὶ ἔννοιαν θείᾳ φύσει ἡμᾶς συναποτείνεσθαι διακελευόμενος· ἀμήχανον γάρ· ἀλλὰ τὸ ἐκείνης μιμεῖσθαι φιλάνθρωπον, καὶ εὐπρόσιτον, καὶ πανάγαθον· πᾶσαν περὶ τὸν πέλας εὐσπλαγχνίαν ἐπιδεικνύμενοι, κἂν ἐχθρὸς ὑπάρχῃ καὶ ἐπίβουλος· πάντα γὰρ πᾶσιν ἐπικουρεῖ τὸ Θεῖον, καὶ ἀφθόνως πηγάζει· προλαμβάνωμεν δωρεαῖς τὰς τῶν συμφερόντων αἰτήσεις, παρ' οὐδενὸς δὲ κατ' ἀξίαν τιμώμενοι. Μετέλθωμεν τοίνυν καθ' ὅσον οἷόν τε τὴν ἀρετὴν, κούφοις τε καὶ πυκνοῖς τοῖς ἅλμασι πρὸς αὐτὴν συναλλόμενοι, εἰ καὶ τῆς κορυφῆς ἐφικέσθαι ἀμήχανον. Ἐπεὶ γὰρ τῶν καλλίστων καὶ μὴ τοῦ παντὸς τυχεῖν οἷός τε ἦν, τὸ καὶ μέρους ἐπιτυχεῖν, κέρδος ὑπάρχει οὐ τὸ τυχόν· ἐπεὶ γὰρ τὴν κρήνην, ἢ τὴν ὑδρίαν ἐκπιεῖν οὐχ οἷοί τέ ἐσμεν, ἆρ' οὐκ ὀφείλομεν τῇ ἐγχωρούσῃ μετουσίᾳ τὸν φλογμὸν τοῦ δίψους ἀκέσασθαι; ἢ ὅτι ὅλον τὸν ἀέρα σπᾶσαι ἀμήχανον, παρὰ τοῦτο οὐδ' ἀναπνεῖν ὀφείλομεν; ἢ ὅτι πᾶσαν τὴν διαλεκτικὴν οὐκ ἐπιστάμεθα, οὐδ' ὅλως φράζειν ὀφείλομεν; Πᾶσαν τοίνυν ἐπιδεικτέον σπουδὴν μὴ πάντη ἐκπεσεῖν τῆς ἐνδεχομένης τελειότητος· ἀλλὰ τοσοῦτον αὐτὴν περιπτύξασθαι, ὅσον ἡμῖν καὶ ὑπὲρ τὴν δύναμιν· ἐπαινετὸν γὰρ αὐτῆς τὸ πλεονέκτημα. Διὸ τελειότης δοκεῖ μοι ἀρετῆς τὸ σπεύδειν ἀεὶ ἐν τῷ καλῷ τὸ πλέον ἔχειν, καὶ δικαιοσύνῃ βαρεῖν τὴν ἀδικίαν. Ἀπορρήτως γὰρ τῇ διακρίσει τῆς θειότητος ἀντισηκουμένων, καὶ ἀντιμετρουμένων ἐν ἀκαρεῖ τῶν ἑκάστῳ βεβιωμένων, διὰ τοῦ ὑπερεκπίπτοντος καλοῦ τε καὶ χείρονος τὰς ἀμοιβὰς κομιζόμενοι, πρὸς τοὺς ὁμοίους ἀποκρινώμεθα, συγγεραιρεῖσθαι, ἢ συντιμωρεῖσθαι μέλλοντες.

pelliceri non potest? Quomodo vero virtutem capesset aliquis de ejus perfectione desperans?

Responsio.

Ne, quandoquidem id quod in quæstione propositum est incomprehensum oratio nostra demonstravit, virtutem quæ perfici potest negligamus, quæ plane sancte concionatur, *Estote perfecti, quemadmodum Pater vester cœlestis perfectus est* [a]? Quibus verbis non cum omnino incomparabili, et rationem intellectumque superante divina natura nosmet ut extendamus jubet (id enim fieri nequit), sed ut illius imitemur benignitatem et facilitatem, omnimodamque bonitatem et omnem erga proximum intimæ miserationis affectum ostendamus, etiamsi sit inimicus et insidiator. Omnia enim omnibus suppeditat Deus, et affatim quasi de fonte quodam manare facit. Præveniamus donis utilium rerum petitiones, a nemine secundum dignitatem honorati. Capessamus igitur pro viribus virtutem, levibus et crebris ad ipsam saltibus assilientes, etiamsi ad summum pertingere nequaquam possimus. Nam in iis quæ præ cæteris pulchra sunt, ipsum totum licet consequi nequeas, vel partem assequi lucrum haud vulgare est. Etenim si maxime fontem aut vas aquarium ebibere non possumus, num propterea non debemus concessa fruitione mederi ardori sitis? Aut quia ut universum aerem attrahamus fieri non potest, ideo neque respirare debemus? Aut quia totam disserendi artem non scimus, ne prorsus quidem fari debemus? Omne igitur studium adhibendum, ne excidamus ea perfectione quæ contingere potest. Quin ipsam tanto magis amplecti debemus, quanto viribus nostris superior est; laudabilis enim est ejus copiosior possessio. Ideo mihi videtur perfectio virtutis, si quis semper festinet, ut in bono plus habeat, et justitia injustitiam deprimat. Ineffabiliter enim per judicium divinum ad trutinam appensis ponderatisque momento temporis iis quæ ab uno quolibet in hac vita facta sunt, prout vel virtus vel vitiositas superaverit, remunerationem reportantes, ad nostri similes aggregabimur, una cum aliis aut honorandi præmio, aut afficiendi supplicio.

ΠΕΥΣΙΣ ΡΟΓ'.

Τίνα τὰ εἴδη τῆς ἀρετῆς, καὶ πόσα; καὶ εἰ δυνατὸν διὰ μιᾶς αὐτῶν κατορθῶσαι; Οὐ γὰρ πάντες τὰς πάσας δύνανται κατορθῶσαι. Ἴσως γάρ τις ξενίζειν τινὰς διὰ πενίαν οὐ δύναται, ἐγκρατεύεσθαι καὶ σωφρονεῖν δύναται, ἢ ὑπομένειν ἐν πειρασμοῖς, ἢ διδάσκειν τὰ εὐσεβῆ. Ἄλλος δὴ μεταδίδωσι τοῖς πένησι τὰ ἀναγκαῖα πρὸς τὸ ζῆν· ἄλλος δὲ διακονεῖ δωρεάν. Τί οὖν; Διὰ μιᾶς τούτων οὐ δύναται ἀπαλλαγῆναι τῆς αἰωνίου κρίσεως;

INTERROGATIO CLXXIII.

Quæ sunt species virtutis, et quot? aut num fieri potest ut ipsam recte per unam aliquam perficiamus? Non enim quilibet possunt quaslibet præstare. Fortassis enim fit, ut quis aliquos propter paupertatem hospitio excipere nequeat, qui tamen temperans et sobrius esse potest, aut sustinere tentationes, aut docere pietatem. Alius item largitur pauperibus ad vitam necessaria: alius gratis ministrat. Quid igitur? num per istarum unam aliquam æterno supplicio liberari non potest?

Ἀπόκρισις.

Πᾶσα μὲν ἀρετὴ περισπούδαστος ὑπάρχει τοῖς τὸ λογικὸν μὴ ἀμαυρωθεῖσιν ὑπὸ τῆς ὕλης, παρά τε τοῖς ἀρτίφροσιν ἀληθῶς. Πᾶσα δὲ κακία βδελυκτή,

Responsio.

Omnis quidem virtus excolenda est iis, quibus rationis vis a crassis rebus obscurata non est, et apud eos qui vere sunt sanæ mentis. Omnis

[a] Matth. v, 48.

autem vitiositas abominanda, utpote quæ virtutis adversaria est, nostræ repugnans naturæ. Porro virtutis aliqui species quatuor esse dixerunt, fortitudinem, prudentiam, temperantiam et justitiam : quæ pulchra quidem sunt, sed humi repunt et innatant terræ, suntque demissiora quam cœlestis illa sublimitas. Fortitudinem enim dixerunt, quæ vitiis resistat; temperantiam, adversus affectus robur et victoriam; prudentiam, in civitatibus optimam rerum publicarum constitutionem; justitiam, quæ laudabiliter curat vitæ cujusque sortem. Ideo putarunt ordinem quemdam se sancire, si cohibuissent modi excessum in eo quod in utramque partem nimium est : sublimius autem aliquid neque cogitare neque eloqui potuerunt, et quantum in ipsis fuit, virtutem in iis tantum quæ cernuntur, incluserunt, nihil arbitrantes ipsam habere vel sublime, vel quod colorum decori simile sit. Nos autem præceptorem eximium illum Apostolum habemus, multas quidem virtutis species recensentem, tres autem præ cæteris omnibus insignes, fidem, spem, charitatem [83]. Quarum fides quidem dat hominibus ea quæ supra naturam sunt, intellectibus ascribens eum qui adhuc circumdatus est indumento crassæ materiei multis affectionibus obnoxio. Nam quæ angelorum et reliquorum carne carentium ordines ignorarunt, horum humi affixis et in terra versantibus hominibus scientiam largitur fides, et instruit eos, adducens mentem ad regalem et nulla forma expressum thronum, et per exquisitum refulgentemque splendorem principii expertis et incorruptæ naturæ caliginem sensuum depellens, et si quid crassum et nubilosum ex illis est, a mente postquam abstersit, facit ut adjuncti socii nihil absurdi credant commissum, priorum oblivione per ablutionem et lavacrum facta, quasi semper virgo et incontaminata apparens.

οἷα δὴ ἀντίπαλος ἱσταμένη τοῦ κρείττονος, κατὰ τῆς ἡμετέρας ἀγωνιζομένη φύσεως. Ἀρετῆς οὖν εἶδη τέταρτά τινες ἔφρασαν· τὰ δὲ ὑπάρχειν, Ἀνδρείαν, Φρόνησιν, Σωφροσύνην, καὶ Δικαιοσύνην· ἅπερ καλὰ μὲν τυγχάνει, χθαμαλὰ δὲ ἕρπει, καὶ ἐπὶ τῆς χέρτου νήχεται, κατώτερα τυγχάνοντα τῆς οὐρανίου ἀψίδος· ἀνδρείαν γὰρ φήσαντες, τὴν τῆς ὕλης ἀντίμαχον· καὶ σωφροσύνην, τὸ κατὰ τῶν παθῶν κράτος καὶ νίκην· φρόνησιν δὲ, τὴν ἐν ταῖς πόλεσιν ἀριστοκρατίαν· δικαιοσύνην δὲ, τὴν κύδιμον τοῦ βίου μερίδα. Ὡς γε ὤροντο τάξιν τινὰ νομοθετοῦντες, χαλινώσαντες τὴν ἐφ' ἑκάτερα τοῦ πλείονος ἀμετρίαν· ὑψηλότερον δέ τι μήτε νοῆσαι, μήτε ἐκφάναι οἷοί τε· τό τε ἐπ' αὐτοῖς τὴν ἀρετὴν τοῖς ὁρωμένοις περιέκλεισαν μόνον, μηδὲν οἰηθέντες αὐτὴν ἔχειν ὑψηλόν τε, καὶ τῆς τῶν οὐρανῶν εὐκοσμίας ἐφάμιλλον. Ἡμεῖς δὲ καθηγεμόνα τὸν ὑψηλὸν Ἀπόστολον ἔχοντες, πολλὰ μὲν εἴδη ἀρετῆς ἀπαριθμούμενον, τρία πάντων ἐξαίρετα, πίστιν, ἐλπίδα, ἀγάπην· ὧν ἡ μὲν πίστις δωρεῖται βροτοῖς τὰ ὑπὲρ φύσιν, τοῖς νοητοῖς καταγράφουσα τὸν ἔτι περικείμενον τὸ πολυπαθὲς τῆς ὕλης περιβόλαιον. Ἃ γὰρ αἱ τῶν ἀγγέλων καὶ τῶν λοιπῶν ἀσάρκων τάξεις ἠγνόησαν, τούτων τοῖς χαμαιπόροις καὶ ἐπὶ γῆς καλινδουμένοις βροτοῖς τὴν ἐπιστήμην εἰσηγεῖται ἡ πίστις, καὶ ὑποδείκνυσι προσάγουσα τὴν διάνοιαν τῷ βασιλικῷ τε καὶ ἀσχηματίστῳ θρόνῳ· καὶ ἀκριβῆ ἐναστράπτουσα τὴν αἴγλην τῆς ἀνάρχου καὶ ἀκράτου φύσεως, τῇ ἐκεῖθεν ἀστραπῇ τὴν ἀχλὺν τῶν αἰσθήσεων ἀπελαύνουσα, καὶ εἴ τι παχὺ καὶ νεφῶδες τῶν τῇδε τοῦ νοῦ ἀπολήσασα, παρέχει ἑταιριζομένῃ οὐδὲν ἄτοπον πιστεύειν πεπράχθαι, τῶν προτέρων ἀμνηστίαν καὶ ἀπόνηψιν τῷ λουτρῷ ποτισαμένῃ· καὶ οἱονεὶ ἀείπαις καὶ ἄμωμος ἀναφανεῖσα.

INTERROGATIO CLXXIV.

Quid sibi vult Dominus, cum ait : *A diebus autem Joannis Baptistæ regnum cœlorum vim patitur, et violenti rapiunt illud* [84] ? Scimus autem quod omnis (violentia) condemnatione et maledictione digna sit : quomodo igitur intelligemus hoc Domini dictum?

Responsio.

Quia Joannes primus ejus temporis regni cœlorum adventum hominibus annuntiavit, et Servator deinceps advenit; qui firmiter et sincere credunt, per summum exercitium et laboriosam vitam terminos naturæ transcendentes, et ad affectuum mortificationem translati in corpore, et ex eo obstacula supervolantes, mortificantes concupiscentias corporis, per angustam et laboriosiorem viam in virtutibus ingredientes, se violenter cogunt, *ad præmium supernæ vocationis* compellentes, ut inquit divus Apostolus [85].

ΠΕΥΣΙΣ ΡΟΔ'.

Τί βούλεται λέγων ὁ Κύριος, *Ἀπὸ δὲ τῶν ἡμερῶν Ἰωάννου τοῦ Βαπτιστοῦ ἕως ἄρτι ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν βιάζεται, καὶ οἱ βιασταὶ ἁρπάζουσιν αὐτήν*; Οἴδαμεν δὲ ὅτι πάσης κρίσεως καὶ κατάρας ἐστὶν ἄξιος. Πῶς οὖν ἄρα νοήσομεν τὸ τοῦ Κυρίου ῥῆμα;

Ἀπόκρισις.

Ἰωάννου πρώτου αὐθήμερον ἥκειν τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν βροτοῖς καταγγείλαντος, καὶ τοῦ Σωτῆρος θᾶττον ἐπιστάντος· οἱ ἀραρότως καὶ εἰλικρινῶς πιστεύοντες, δι' ἀκροτάτης ἀσκήσεως καὶ σκληρουχίας τοὺς ὅρους τῆς φύσεως ὑπερβαίνοντες, καὶ πρὸς τὸ ἀπαθὲς μεθιστάμενοι ἐν σώματι, καὶ τὰ ἐκ τούτου κωλύματα ὑπεριπτάμενοι, νεκροῦντες τὰς ἐπιθυμίας τοῦ σώματος, διὰ τῆς στενῆς καὶ πονικωτέρας ὁδοῦ ταῖς ἀρεταῖς βαίνοντες, σφᾶς βιάζονται, *πρὸς τὸ βραβεῖον τῆς ἄνω κλήσεως* ἐπειγόμενοι, ὥς φησιν ἱερὸς Ἀπόστολος.

INTERROGATIO CLXXV.

Quid significat Dominus, de eodem Joanne dicens :

ΠΕΥΣΙΣ ΡΟΕ'.

Τί σημαίνει ὁ Κύριος λέγων περὶ τοῦ αὐτοῦ Ἰωάν-

[83] I Cor. XIII, 13. [84] Matth. XI, 12. [85] Philipp. III, 14.

νου, *Καὶ εἰ θέλετε δέξασθαι, οὗτός ἐστιν Ἠλίας ὁ μέλλων ἔρχεσθαι*; Οἴδαμεν δὲ ὅτι Ἰωάννην Ἡρῴδης ἀπέτεμεν· καὶ πῶς πάλιν Ἠλίας αὐτὸς οὗτος γενήσεται;

Ἀπόκρισις.

Ἐν πνεύματι καὶ δυνάμει Ἠλίου, ἔμπροσθεν αὐτοῦ ἀποσταλέντα ἐν τῇ θεανδρικῇ ἐπιφοιτήσει, Ἠλίαν εἰκότως προσαγορεύει, διά τε τῆς χάριτος τὴν ἰσότητα, καὶ τῆς οἰκονομίας τὸ ἐφάμιλλον. Ἀρχὴ γὰρ καὶ τέλος τῶν δύο Διαθηκῶν γέγονεν Ἰωάννης· τέλος μὲν τοῦ νόμου, ἀρχὴ τῶν Εὐαγγελίων, τοῦτ' ἔστιν, ἑτέρας παρὰ τὴν νομικὴν ἀγωγήν τε καὶ πολιτείαν καθηγητής. Ὁμοίως καὶ Ἠλίαν καραδοκῶμεν ἐν τῇ θεανδρικῇ δευτέρᾳ Χριστοῦ ἐπιφοιτήσει βραχύ τι προήκοντα, πέρας μὲν ὑπάρχειν τῆς ἐνεστώσης ἀγωγῆς τε καὶ ζωῆς, ἀρχὴν δὲ τῆς μελλούσης· κατὰ δὲ Ἰωάννην καὶ αὐτὸν ὑπὸ τοῦ νοητοῦ Ἡρῴδου ὑπὲρ ἀτρεκείας μιαιφονούμενον.

ΠΕΥΣΙΣ ΡΟΖ'.

Πῶς μείζων ἐν γεννητοῖς γυναικῶν Ἰωάννης ὁ Βαπτιστής; Καὶ εἰ προφήτης ἦν, τί περισσότερον εἶχε προφήτου; ὅτι οὕτως λέγει ὁ Κύριος ἐν Εὐαγγελίοις. Διὰ τί δ' ἄρα μείζων πάντων ὑπὸ τοῦ Σωτῆρος μαρτυρηθεὶς, τὸν ἑαυτοῦ πατέρα Ζαχαρίαν ἐφίμωσεν;

Ἀπόκρισις.

Ποικίλη μοι δοκεῖ ἡ περὶ τούτου διασάφησις· καὶ πρό γε πάντων ὑμῶν αὐτῶν ὁμολογούντων, μείζων πάντων βροτῶν, καὶ ὑψηλότερος προφητῶν, ὑπὸ τοῦ Κυρίου μαρτυρεῖσθαι τὸν Ἰωάννην, οὐκ ἔχομεν λόγον τοῦ ζῶντος Λόγου ἀνώτερον, μαρτυροῦντα τῇ βοώσῃ ἐν τῇ ἐρήμῳ φωνῇ, *Ἑτοιμάζειν τὰς ὁδοὺς τοῦ Κυρίου, καὶ εὐθείας ποιεῖν τὰς τρίβους αὐτοῦ*. Ἀλλὰ τὰς ἀφορμὰς περὶ τῆς φωνῆς Ἀπὸ τοῦ Λόγου κομισάμενοι, λόγον, οὐθετέρου κατ' ἀξίαν, ἀλλὰ κατὰ δύναμιν ἐμὴν περὶ ἑκάστου ἀποδώσω. Μείζων τοίνυν πάντων ἐν γεννητοῖς γυναικῶν Ἰωάννης, ὅτι ἐν τῇ μητρῴᾳ νηδύϊ ὑπάρχων ἔτι, καὶ μή που τοῦ καθ' ἡμᾶς βίου ψαύσας, προεφήτευσε τῇ μητρῴᾳ γλώττῃ ὀργάνῳ χρησάμενος, καὶ ἐν σκότει λανθάνων, τὸ φῶς ἐν γαστρὶ τῆς ἀείπαιδος Μαρίας σαρκούμενον οὐκ ἠγνόησε· τὴν ἀστραπὴν οἱονεὶ δι' ὀπῆς τινος τοῦ τῆς φερούσης στόματος, τῇ περιπτύξει καὶ φιλήματι τῆς θεοφόρου νεάνιδος σπασάμενος, ἀρθεὶς τῇ μητρῴᾳ γλώττῃ ἀνεβόησε, *Πόθεν μοι τοῦτο, ἵνα ἡ μήτηρ τοῦ Κυρίου μου ἔλθῃ πρὸς μέ*; Ὁ εὐγνώμων οἰκέτης ἐπέγνω τὸν Δεσπότην· καὶ σκαίρων ἐξάλλεσθαι τῆς γαστρὸς, πρὸς τὴν διακονίαν τοῦ λόγου ἐπείγεται προφθάσαι τὸν Ἰορδάνην, καὶ ἑτοιμάσαι τὸ ὑπὲρ ἡμῶν κατὰ σάρκα λουτρόν. Πλεονεκτεῖ δὲ προφητῶν, τῷ καὶ αὐτὸν ἀθρῆσαι ἐν σαρκὶ τὸν προφητευόμενον, καὶ τῆς ἐκείνου κορυφῆς ψαῦσαι, ἧς τρέμει τὰ σύμπαντα, ὃν πάντες πατριάρχαι καὶ προφῆται δι' ὀνείρων ἢ αἰνιγμάτων μόνων ἐφαντάσθησαν, πρὶ τῆς θεανδρικῆς τοῦ Λόγου θεοφανείας τὸν βίον ἀμείψαντες. Τὸ δὲ κωφεῦσαι τὸν Ζαχαρίαν, τὴν γέννησιν τοῦ παιδὸς εὐαγγελισθέντα οὐ κατ' ἔκπλη-

Et si vultis recipere, hic est Elias qui venturus est[86]? Scimus autem, quod Joannem Herodes decollavit, et quomodo rursus Elias hic idem erit?

Responsio.

In spiritu et virtute Eliæ ante se missum in suo uniti cum Deo hominis adventu Eliam merito appellat. Item propter gratiæ æqualitatem et administrationis similitudinem. Principium enim et finis duorum Testamentorum fuit Joannes : finis quidem legis, principium vero Evangelii, hoc est, alterius quam legalis institutionis et vitæ magister. Similiter et Eliam exspectamus in secundo uniti cum Deo hominis Christi adventu, paululum præcedentem, qui ostendat finem quidem esse præsentis institutionis et vitæ, principium autem futuræ. Quemadmodum autem necatus est Joannes, ita et ipsum ab intellectili Herode propter veritatem interficiendum credimus.

INTERROGATIO CLXXVI.

Quomodo *major inter natos ex mulieribus Joannes Baptista est*[87]? Et si propheta fuit, quid amplius habuit quam propheta? sic enim dicit Dominus in Evangelio. Quare autem major omnium testimonio Servatoris perhibitus est, qui suo ipsius patris os obturavit?

Responsio.

Varia mihi de hoc videtur esse declaratio. Et quidem ante omnia vobismetipsis fatentibus, quod major omnibus mortalibus et excelsior prophetis testimonio Domini perhibeatur Joannes : non habemus verbum vivente Verbo præcellentius, quod testimonio est voci in deserto clamanti : *Parate vias Domini, et rectas facite semitas ejus*[88]. Sed occasionibus de voce a Verbo sumptis, rationem ex meutrius quidem dignitate, pro mea tamen virili de singulis reddam. Major ergo omnibus inter natos mulierum Joannes, quod cum adhuc in utero materno esset, nostramque vitam nondum attigisset, vaticinatus sit, instrumento materna lingua usus, et in tenebris latens, lumen in alvo semper virginis Mariæ incarnatum non ignoravit, fulgore veluti per foramen aliquod, per os ejus quæ gestabat, amplexu et osculo Deum gestantis puellæ hausto, elevatus materna lingua exclamavit : *Unde mihi hoc, ut mater Domini mei veniat ad me*[89]? Gratus servus Dominum cognovit, et gestiens exsultare in ventre ad ministerium verbi impellitur, ad prævenendum ad Jordanem, et parandum ipsi secundum carnem quod pro nobis erat, lavacrum. Major autem prophetis est, quod ipsum de quo illi vaticinabantur, vidit in carne, illiusque verticem tetigit, quo contremiscunt universa, quem omnes patriarchæ et prophetæ per somnia aut ænigmata tantum imaginati sunt, ante uniti cum Deo hominis Verbi divinam apparitionem vita defuncti. Quod autem mutus factus est Zacharias, postquam illi filii procreatio annuntiata fuisset, id non ex consternatione conspecti a se

[86] Matth. xi, 14. [87] ibid. 11. [88] Matth. iii, 3. [89] Luc. i, 43.

angeli profectum dico (consueta enim illorum visio ei, qui pure legi in officio sancto serviebat); sed per typum illius silentii sequitur silentium legis. Nato vero puero lingua patris rursus restituta est, significans e silentio et sterilitate atque senio vocem generari : hoc est, ex antiquata et ad senium redacta sterilique facta lege, ac infecunditate Judæorum qui eam acceperant, neque quidquam ex prophetarum vaticiniis utilitatis perceperant, neque intellexerant Judaicam Dei et Verbi secundum naturam nostram nativitatem reipsa evenire, et illius matrem secundum carnem ex ipsis progredi.

ξιν τοῦ ὀφθέντος αὐτῷ ἀγγέλου φημὶ (ἐν συνηθείᾳ γὰρ ἦν τῆς ἐκείνων ὄψεως, καθαρῶς τῷ νόμῳ ἱερατεύων), ἀλλὰ τῷ τύπῳ τῆς ἐκείνου σιγῆς ἡ τοῦ νόμου ἕπεται σιγή. Τικτομένου δὲ τοῦ παιδὸς ἡ γλῶττα τοῦ πατρὸς αὖθις ἀπεκαθίστατο· δηλοῦσα ἀπὸ τῆς σιγῆς, καὶ στειρώσεως, καὶ γήρους, τὴν φωνὴν τίκτεσθαι· τοῦτ' ἔστιν ἐκ τοῦ παλαιωθέντος, καὶ καταγηράσαντος, καὶ στειρότητος νόμου τῇ ἀκαρπίᾳ τῶν δεξαμένων Ἰουδαίων, οὐδὲν ἐκ τῶν προφητικῶν προῤῥήσεων ἀποναμένων, οὐδὲ συνιόντων τὴν Ἰουδαϊκὴν τοῦ Θεοῦ καὶ Λόγου καθ' ἡμᾶς γέννησιν εἰς ἔργον ἐλθεῖν· καὶ τὴν αὐτοῦ κατὰ σάρκα μητέρα ἐξ ἐκείνων προελθεῖν.

INTERROGATIO CLXXVII.

Et quomodo cum Christus ipsum omnibus majorem testetur, rursus idem dicit : *Qui autem minor est in regno cœlorum, major ipso est* [90]?

Responsio.

Ne hoc quidem citra duplicem et varium intellectum est accipiendum; triplicem enim nobis hæc verba sensum referunt : Unum quidem, quod minor ipso secundum carnem ipse Dominus esset, cum semestri tempore post illius conceptionem inhabitaverit perpetuæ virginitatis matrem, ex illa corpore circumdatus, secundum unionem indivulsus et a commistione liber, quemadmodum ex magno illo Gabrielo discimus, qui Deiparæ id annuntiat. Inquit enim : *Ecce Elisabeth cognata tua etiam ipsa concepit filium in senectute sua; et hic ei sextus mensis est* [91]. Minor item est Joanne cum homo cernitur, major autem cum Deus esse intelligitur Christus. His autem cedit angelorum Joannis respectu excellentia; nam qui omnibus angelis putatur ordine et natura minor in regno cœlorum, major ipso est secundum naturam et generationem : Joannem enim ille vilis Herodes decollavit, unus autem angelus qui illis omnibus minor est, infinitos Herodes in temporis momento percussisset et perdidisset. Unus enim angelus egressus ex castris, Isaiæ et Ezechiæ tempore, centum octoginta quinque millia alienigenarum hostium in temporis puncto prostravit perimens. Quem vero nobis alium tertius exhibet sensus? quis minor quidem in regno cœlorum, major autem Joanne? omnino eum, qui a Domino *filius tonitrui* [92] cognominatus est, Joannem Theologum. Ille enim cum multo timore etiam jussus tangere Verbi verticem carnem gestantis non audebat; hic autem plus omnibus libertatis habens, in divina cœna in sinu Domini recumbens, paulo post super ipsum sanctum uniti cum Deo hominis pectus sese reclinat, ut Evangelium docet [93], de eo qui ipsum proditurus erat, quærens. Innuerat enim ei Petrus, ut sciscitaretur quisnam esset qui ipsum proderet. Non mater quæ pepererat, non Josephus qui nominabatur, attamen pater ejus non erat; non Joannes Ba-

ΠΕΥΣΙΣ ΡΟΖ'.

Καὶ πῶς μείζονα πάντων αὐτὸν ὑπάρχειν ὁ Χριστὸς μαρτυρῶν, πάλιν αὐτὸς λέγει, *Ὁ δὲ μικρότερος ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν, μείζων αὐτοῦ ἐστιν.*

Ἀπόκρισις.

Οὐδὲ τοῦτο ἔξω διπλῆς (7) καὶ ποικιλίας τὸ νόημα· τριπλῆν γὰρ ἡμῖν ὁ λόγος ἐμφαίνει διάνοιαν· τὴν μὲν, ὅτι μικρότερος αὐτοῦ κατὰ σάρκα αὐτὸς ὁ Κύριος, μετὰ ἑξαμηναῖον χρόνον τῆς ἐκείνου συλλήψεως οὗτος οἰκήσας τὴν Ἀείπαιδα, τὸ ἐξ ἐκείνης σῶμα περιτιθέμενος καθ' ἕνωσιν ἀδιάσπαστον καὶ μίξεως ἐλεύθερον, καθὼς ἐκ τοῦ μεγάλου Γαβριὴλ παιδευόμεθα, εὐαγγελιζομένου τὴν Θεοτόκον. Φησὶ γὰρ, *Ἰδοὺ Ἐλισαβὲτ ἡ γυνή σου καὶ αὕτη συνειληφυῖα υἱὸν ἐν γήρᾳ, καὶ οὗτος μὴν ἕκτος αὐτῇ.* Μικρότερός ἐστιν Ἰωάννου βροτὸς ὁρώμενος, μείζων δὲ, Θεὸς νοούμενος ὁ Χριστός. Δευτερεύει δὲ τούτοις ἡ τῶν ἀγγέλων πρὸς Ἰωάννην ὑπεροχή. Ὁ γὰρ πάντων ἀγγέλων δοκῶν ἔσχατος τῇ τάξει, καὶ τῇ φύσει βραχύτερος ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν, μείζων αὐτοῦ ὑπάρχει κατὰ φύσιν καὶ γέννησιν· Ἰωάννην γὰρ ὁ εὐτελὴς Ἡρώδης ἀπέτεμεν· εἷς δὲ ὁ ἄγγελος ὁ πάντων μικρότερος μυρίους Ἡρώδεις ἐν ἀκαρεῖ πατάξαι καὶ ἀπολέσαι. Εἷς γὰρ ἄγγελος ἐξελθὼν ἐκ τῆς παρεμβολῆς, ἐπὶ τοῦ Ἡσαΐου καὶ Ἐζεκίου, ἑκατὸν ὀγδοήκοντα πέντε χιλιάδας τῶν πολεμίων ἐν ἀτόμῳ ἐδρέψατο ἀνελών. Τίνα δὲ ἡμῖν ἕτερον ἡ τρίτη παρίστησι διάνοια, μικρότερον μὲν ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν, μείζονα δὲ Ἰωάννου; ἢ πάντως τὸν ὑπὸ τοῦ Κυρίου τὸν μετακληθέντα *Υἱὸν βροντῆς*, Ἰωάννην τὸν Θεολόγον. Ἐκεῖνος γὰρ μετὰ πολλοῦ τοῦ δέους καὶ προσταττόμενος ψαῦσαι τῆς τοῦ Λόγου κορυφῆς σαρκοφοροῦντος, οὐκ ἐθάῤῥει. Οὗτος δὲ πάντων πλεονεκτῶν παῤῥησίᾳ, ἐν τῷ θείῳ δείπνῳ ἐν τῷ κόλπῳ τοῦ Κυρίου ἀνακλιθεὶς, μετὰ βραχὺ ὑπ' αὐτὸ τὸ ἅγιον τοῦ θεάνδρου στέρνον μετανακλίνεται, καθὼς παιδεύει τὸ Εὐαγγέλιον, περὶ τοῦ μέλλοντος αὐτὸν παραδιδόναι πυθόμενος· ἔνευε γὰρ αὐτῷ ὁ Πέτρος μαθεῖν τίς ἄρα ἢ ὁ διδοὺς αὐτόν. Οὐ μήτηρ ἡ τεκοῦσα, οὐκ Ἰωσὴφ ὀνομαζόμενος, οὐκ ἦν δὲ πατὴρ αὐτοῦ· οὐκ Ἰωάννης ὁ Βαπτιστὴς, οὐκ ἄγγελος, οὐκ ἀρχάγγελος, οὔθ' ἕτερός τις ἀνδρωθέντος τοῦ Θεοῦ

[90] Matth. xi, 11. [91] Luc. i, 36. [92] Matth. iii, 17. [93] Joan. xiii, 23-25; xxi, 20.

(7) *Διπλῆς.* Legendum jubet διπλόης cl. Cotelerius *Monum. eccl. Gr.* tom. II, pag. 577, quemadmodum infra in *Respons. ad Interrog.* CLXXXIX, ubi legimus in eamdem sententiam : ἔχει δὲ καί τινα διπλόην τὸ νόημα.

καὶ Λόγου ἐτόλμησε προσψαῦσαι τοῦ φρικώδους ἐκείνου στήθους, ἐφ' οὗ οὗτος ὁ Ἰωάννης, οἷα πατὴρ ἐφ' υἱῷ διαχεόμενος ἀνέκειτο· ἐκεῖθεν τὸν περὶ τοῦ Λόγου λόγον ἀρυσάμενος· καὶ δὴ τοῖς ὑπ' οὐρανοῦ βροντήσας τὸ, *Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος, καὶ ὁ Λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεόν, καὶ Θεὸς ἦν ὁ Λόγος.* Ἐκεῖνος τὸ θεῖον καὶ πανάγιον Πνεῦμα ἐν εἴδει περιστερᾶς ἐθεάσατο μόνον, ἐπὶ τὸν Λόγον σαρκὶ βαπτισθέντα ἐξ οὐρανῶν ἐπιπτάμενον. Οὗτος δὲ ἐν εἴδει γλώττης πυρὸς ἐπὶ τῆς οἰκείας ἐδέξατο κεφαλῆς, ἅμα τοῖς συμφοιτηταῖς, ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς Πεντηκοστῆς, καθὼς ὁ μέγας Λουκᾶς τὰς *Πράξεις* γράφων τῶν ἀποστόλων ἱστόρησεν· ἐκεῖνος καρατομεῖται δι' ἑταίραν ἀκόλαστον ἀδελφόμιγα, τὴν Ἡρώδου γυναῖκα, γενομένην τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ· οὗτος ὑπὲρ τοῦ Κυρίου τὸν τάφον οἰκῆσαι κατακριθείς, ὕστερον τελευτᾷ. Ἐκεῖνος ἐβάπτιζε μόνον τοὺς προσιόντας, Πνεῦμα δὲ θεῖον οὐδενὶ παρασχεῖν οἷός τε ἦν· διὸ τοὺς ὑπ' ἐκείνου βαπτισθέντας, οὗτος ἅμα καὶ οἱ λοιποὶ ἀνεβάπτιζον οἱ ἀπόστολοι πρὸς τελείωσιν, καὶ χειροτεθοῦντες, Πνεύματος ἁγίου μεταδίδουν τοῖς πιστοῖς εἰς σημείων καὶ τεράτων ἐπίδειξιν. Ἐκεῖνος μείζων πάντων ἐν γεννητοῖς γυναικῶν ὑπάρχειν ἐμαρτυρήθη παρὰ τοῦ μείζονος· οὗτος φῶς τοῦ κόσμου ἐκλήθη παρὰ τοῦ ἀληθινοῦ καὶ ἀγεννήτου καὶ ἀεὶ ὄντος Θεοῦ μεγάλου φωτός. Ἐκεῖνος τὸν βίον ἤμειψε μηδὲν σημεῖον πεποιηκώς, μηδ' ὅλως θαυματουργήσας, καθώς φησι περὶ αὐτοῦ τὸ Εὐαγγέλιον, μηδέ τι ἀκούσας τῶν ἐκεῖ μελλόντων αὐτῷ· οὗτος συγκαθέζεσθαι Χριστῷ, καὶ νεύματι αὐτοῦ κρίνειν τὰς φυλὰς τοῦ Ἰσραὴλ, παρὰ Χριστοῦ θεηγοροῦντος ἐπήγγελται ἅμα τοῖς δώδεκα. Ἐκεῖνος οὐδαμοῦ μακαρίζεται, καὶ μέγας ὑπάρχων ἐν βροτοῖς· οὗτος ἀπόδειξιν λαμβάνων τοῦ μείζους ὑπάρχειν, ὑπὸ τοῦ μάκαρος Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὃς φησιν αὐτοῖς· *Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, πολλοὶ προφῆται καὶ δίκαιοι ἐπεθύμησαν ἰδεῖν ἃ βλέπετε, καὶ οὐκ εἶδον, καὶ ἀκοῦσαι ἃ ἀκούετε, καὶ οὐκ ἤκουσαν· ὑμῶν δὲ μακάριοι οἱ ὀφθαλμοί, ὅτι βλέπετε, καὶ τὰ ὦτα, ὅτι ἀκούετε.* Προφήτην δὲ καὶ δίκαιον τὸν Ἰωάννην ὑπάρχειν πάντες πιστεύομεν. Ἐκεῖνος ἐγγίσασαν τῇ οἰκείᾳ μητρὶ τὴν τοῦ ἀπάτορος ἐνταῦθα μητέρα δείσας, ἔσκαιρεν ἐξάλλεσθαι, τῆς φερούσης κινδυνεύων, μὴ φέρων τὴν πυρφόρον ἐγγίζουσαν· τοῦτον δὲ ἐφ' ἑαυτοῦ συνίστησι καὶ παρατίθεται τῇ οἰκείᾳ μητρὶ ὁ κατ' οὐσίαν ἀμήτωρ, καὶ κατ' οἰκονομίαν ἀπάτωρ. Κατὰ τὸν καιρὸν τοῦ σωτηρίου πάθους τῷ σταυρῷ παρεστῶσιν, ἀτενίσας τῷ Ἰωάννῃ, φησὶ τῇ ἀγάμῳ καὶ μητρὶ, *Ἰδοὺ ὁ υἱός σου*, ἀνάπαλιν δὲ πρὸς ἐκεῖνον, *Ἰδοὺ ἡ μήτηρ σου*· θάτερον θατέρῳ ἀνθ' ἑαυτοῦ συνιστῶν, καὶ ἑκατέρων τὴν ἀμείωτον καὶ ἀνέπαφον παρθένον δημηγορεύει θεομάχου πανηγύρεως.

ptista, non angelus, non archangelus, neque alius quisquam incarnati Dei et Verbi ausus fuit attingere illud formidabile pectus, super quo hic Joannes velut pater super filium diffusus recubuit, inde de Verbo verbum hausit, atque omnibus sub cœlo intonuit illud: *In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum* [94]. Ille divinum et sacrosanctum Spiritum in specie columbæ vidit tantum super Verbum in carne baptizatum ex cœlis volantem: hic autem specie linguæ ignis super suum ipsius proprium accepit caput una cum condiscipulis in die Pentecostes, quemadmodum magnus ille Lucas Acta scribens de apostolis memoriæ prodidit [95]. Ille capite truncatur propter lascivum scortum, quod cum fratribus rem habebat, Herodis uxorem, quæ fuerat antea fratris ejus; hic condemnatus qui pro Domino ad sepulcrum migraret, deinceps moritur. Ille baptizabat tantum ad se accedentes, Spiritum autem sanctum nemini præstare poterat: quamobrem eos qui ab ipso baptizati erant, hic et reliqui apostoli rebaptizabant ad perfectionem, imponentesque manus Spiritum sanctum largiebantur fidelibus, ad signorum et prodigiorum editionem. Ille major omnibus inter natos mulierum esse testimonio majoris perhibitus est; hic lumen mundi vocatus a vera, et ingenita, et semper exsistente magna illa luce. Ille e vita excessit nullo facto signo, neque prorsus ullo edito miraculo, quemadmodum de ipso perhibet Evangelium [96], neque quoquam audito eorum quæ sibi illic futura erant; hic una cum Christo sedere, et suo nutu judicare tribus Israelis a Christo prædicante promissionem accepit una cum duodecim. Ille nusquam beatus pronuntiatur, licet magnus esset inter homines; hic demonstrationem accipit ejus, quod major sit, a beato Deo et Servatore nostro Jesu Christo, qui inquit ipsis: *Amen dico vobis, multi prophetæ et justi desideraverunt videre quæ videtis, et non viderunt, et audire quæ auditis, et non audierunt. Vestri autem beati sunt oculi quia videtis, et aures quia auditis* [97]. Quod Joannes propheta sit, omnes credimus. Ille appropinquante matri suæ ea quæ gestabat filium sine patre, matrem reveritus, gestiit exsiliendo, ac velut imminente sibi a prægnante periculo, non ferebat eam quæ faem gestabat propius accedere; hunc autem in eodem loco statuit, et commendat matri propriæ qui secundum substantiam matrem non habebat, et secundum dispensationem erat absque patre. Tempore salutiferæ passionis cruci astantibus, intentis in Joannem oculis, inquit ei quæ sola absque nuptiali consuetudine mater est, *Ecce filius tuus* [98]: idemque rursus ad illum, *Ecce mater tua* [99]: alterum alteri pro semetipso commendans, utriusque incontaminatam et intactam virginitatem perhibente etiam illo cœtu, qui Deo repugnat.

Καὶ συνελόντα φάναι, Χριστὸς ὑπάρχει ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν. Ὁ οὖν κατὰ νόμον τέλειος καὶ ἀκριβὴς Ἰωάννης ἥττων μοι δοκεῖ τῶν εἰς τὸν θάνατον τοῦ

Et ut summatim dicam, Christus est regnum cœlorum. Qui igitur secundum legem perfectus et absolutus erat Joannes, minor mihi videtur iis qui

[94] Joan. I, 1. [95] Act. II, 3. [96] Joan. X, 41. [97] Matth. XIII, 16, 17. [98] Joan. XIX, 26. [99] ibid. 27.

in mortem Domini baptizati sunt. *Nihil enim perfecit lex*, ut inquit magnus in lege et eximius in Evangelio Apostolus, in omnium experientia constitutus [1]. Ergo in generatione sua, et suis temporibus major erat omnibus Joannes. Siquidem repugnaret sibi ipsi Deus ad Solomonem quidem dicens: *Sicut non fuit ante te, et post te non surget qui sit similis tibi* [2]. De Joanne autem, quod non surrexerit inter natos ex mulieribus major eo. Secundum legem major erat et absolutior omnibus. Præstantiores autem sunt apostoli. Non enim inquit Dominus, quod non *surrecturus sit* major eo, sed quod non *surrexit*, tanquam suis temporibus. Ante utrosque autem illos inquit ad diabolum Deus: *Num observasti mente tua servum meum Jobum, quoniam non est super terram homo sicut ipse* [3]? Et ad Mosem inquit: *Novi te præ cunctis hominibus, et invenisti gratiam coram me* [4]. Sicut igitur magnus cum esset suis temporibus Enochus translatus est, et sicut Noe justus erat suis temporibus, in arca cum octo servatus, mundo per diluvium submerso: quemadmodum item magnus erat Lot, qui solus conservatus est incensa Sodomorum Pentapoli: ita et Joannes major omnibus fuit secundum legem suis temporibus.

INTERROGATIO CLXXVIII.

De quibusnam dicit Dominus, *Amen dico vobis, sunt quidam hic stantium, qui non gustabunt mortem, donec viderint Filium hominis venientem in gloria sua* [5]? Quidam enim dicunt de Joanne Theologo ipsum locutum fuisse, quod non moriatur usque ad secundum adventum Christi.

Responsio.

Cum jam instituisset se comitantes discipulos, ut mortem contemnerent, et fortiter se expedirent ad subeunda pro ipso pericula, ipsorum abscondita ingreditur, et inveniens ipsos adhuc claudicantes, efficere conatur ut tandem abjicerent quæ ab ipsis anxie exspectabantur, excitans et ungendo quasi parans ipsos promissione beatæ vitæ ad magnanimam cum ipso usque ad mortem unionem. Cernebat enim ipsos inconstantes, velut arundines vento quassatas: id quod etiam Judas ille Iscariotes ante necessitatem aut persecutionem aliquam flagellationemque, veritus futura, et avaritiam secutus, et impetu spiritus semetipsum amantis captus, declaravit, qui Dominum vendidit. Eodem idem passionis tempore, qui Ballilam extimescebat, summus ille apostolus ter cum jurejurando Dominum abnegavit, licet mox lacrymarum medicinam adhibuerit. Utque summatim omnia dicam, ad palum crucis ipso eunte, spiritus timiditatis in ipsis confractus, omnes usu fugæ sibi consulere fecit, permisitque prius ipsum interfici, quam prædicarent ea

Κυρίου βαπτισθέντων· *Οὐδὲν γὰρ ἐτελείωσεν ὁ νόμος*, καθώς φησιν ὁ πολὺς ἐν τῷ νόμῳ, καὶ ὑψηλὸς ἐν Εὐαγγελίοις Ἀπόστολος, πάντων ἐν πείρᾳ καθεστώς. Ἐν τῇ γενεᾷ οὖν αὐτοῦ, καὶ ἐν τοῖς καιροῖς αὐτοῦ μείζων πάντων ἦν ὁ Ἰωάννης· ἐπεὶ ἄρα διαμάχεται ἑαυτῷ τὸ Θεῖον, πρὸς μὲν τὸν Σολομῶντα φάσκων, *Ὡς οὐ γέγονεν ἔμπροσθέν σου, καὶ μετὰ σὲ οὐκ ἀναστήσεται ὅμοιός σου*. Περὶ δὲ Ἰωάννου, καὶ ὅτι οὐκ ἐγήγερται ἐν γεννητοῖς γυναικῶν μείζων αὐτοῦ· κατὰ τὸν νόμον οὖν μείζων ἦν, καὶ ἀκριβέστερος πάντων· ἀμείνονες δὲ ὑπάρχουσιν οἱ ἀπόστολοι· οὐ γάρ φησιν ὁ Κύριος, ὅτι οὐκ *ἀναστήσεται* μείζων αὐτοῦ, ἀλλ' ὅτι οὐκ *ἐγήγερται*, ὡσανεὶ ἐν τοῖς καιροῖς αὐτοῦ. Πρὸ ἀμφοῖν δὲ τούτων, πρὸς τὸν διάβολόν φησιν ὁ Θεὸς, *Προσέσχες τῇ διανοίᾳ σου κατὰ τοῦ θεράποντός μου Ἰὼβ, ὅτι οὐκ ἔστι τῶν ἐπὶ γῆς ἄνθρωπος κατ' αὐτόν;* Καὶ πρὸς τὸν Μωσέα φησὶν, *Πρὸς ἅπαντας* (8) *ἀνθρώπους ἔγνωσε, καὶ εὗρες χάριν ἐνώπιόν μου*. Ὥσπερ οὖν μέγας ὑπάρχων ἐπὶ τοῖς καιροῖς αὐτοῦ Ἐνὼχ μετετέθη· καὶ ὥσπερ δίκαιος ὢν ἐν τοῖς χρόνοις αὐτοῦ Νῶε, ἐν τῇ κιβωτῷ ὕδατος διεσώθη, τοῦ κόσμου κατακλυσθέντος· καὶ ὥσπερ μέγας τυγχάνων ὁ Λὼτ μόνος περιεσώθη, τῆς Πενταπόλεως Σοδόμων ἐμπρησθείσης· οὕτως καὶ Ἰωάννης μείζων πάντων ὑπῆρχε κατὰ νόμον ἐν τοῖς καιροῖς αὐτοῦ.

ΠΕΥΣΙΣ ΡΟΗ'.

Περὶ τίνων λέγει ὁ Κύριος, *Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, εἰσί τινες τῶν ὧδε ἑστηκότων, οἵτινες οὐ μὴ γεύσονται θανάτου, ἕως ἂν ἴδωσι τὸν Υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου ἐρχόμενον ἐν δόξῃ αὐτοῦ*; Τινὲς γὰρ λέγουσι περὶ Ἰωάννου τοῦ Θεολόγου εἰρηκέναι αὐτὸν, ὅτι οὐκ ἀποθνήσκει ἕως τῆς δευτέρας Χριστοῦ παρουσίας.

Ἀπόκρισις.

Παιδεύσας ἤδη τοὺς ἑπομένους αὐτῷ φοιτητὰς θανάτου καταφρονεῖν, καὶ ἀνδρείως ἀποδύεσθαι πρὸς τοὺς ὑπὲρ αὐτοῦ κινδύνους, ἐμβατεύων αὐτῶν τὰ ἀπόῤῥητα, καὶ εὑρίσκων ἔτι ἐπισκάζοντας, καὶ ἐπαμφοτερίζοντας, πειρᾶται ὅπως ἀποβάλλειν αὐτοὺς τὰ καραδοκούμενα, διεγείρων καὶ ὑπαλείφων αὐτοὺς τῇ ἐπαγγελίᾳ τῆς μακροζωΐας, πρὸς τὴν ὑπὲρ αὐτοῦ ἕως θανάτου μεγαλόψυχον ἕνωσιν. Ἐώρα γὰρ αὐτοὺς εὐρίπους, οἱονεὶ καλάμους πνεύματι σαλευομένους· ὅπερ καὶ πρό τινος ἀνάγκης, ἢ διωγμοῦ, ἢ αἰκίας, δείσας τὰ μέλλοντα, καὶ φιλαργυρίσας, τῇ προσβολῇ τοῦ τῆς φιλαυτίας πνεύματος ἁλοὺς, τὸν Κύριον ἀπέδοτο Ἰούδας ὁ Ἰσκαριώτης. Κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν τοῦ πάθους καιρὸν, τὴν Βαλλίλαν πτήξας ὁ κορυφαῖος, τρὶς μεθ' ὅρκου τὸν Κύριον ἠρνήσατο, εἰ καὶ αὖθις ἐκ τῶν δακρύων ἐπήγαγεν ἰατρείαν. Καὶ συνελόντα φάναι, ἐπὶ τὸν σκόλοπα τοῦ σταυροῦ φοιτῶντος αὐτοῦ, τὸ τῆς δειλίας πνεῦμα ἐκραγὲν σὺτοῖς, πάντας δρασμῷ χρήσασθαι παρεσκεύασε· καὶ συγχωρεῖ ἀναιρεθῆναι, πρὶν κηρύξαι τὰ περὶ αὐτοῦ. Διὸ καί φησι τοῖς συλλαβοῦσιν, *Εἰ ἐμὲ ζητεῖτε, ἄφετε*

[1] Heb. VII, 19. [2] III Reg. III, 12. II Paral. I, 12. [3] Job I, 8. [4] Exod. XXXIII, 12. [5] Matth. XVI, 28.

(8) *Πρὸς ἅπαντας*. Legendum παρὰ πάντας conjicit Cotelerius *Monum. eccl. Gr.* tom. III, pag. 538.

τούτους ὑπάρχειν· προγινώσκων τοίνυν αὐτῶν τὸν δραγμὸν καὶ τὸν σάλον, ὑποστηρίζει αὐτοὺς τῇ ἐπαγγελίᾳ, καὶ μερικῶς παραγυμνοῖ αὐτὴν, δι' ἀμυδροῦ τὸ ὅλον πιστοποιούμενος. Ὅπερ μὴ χωρήσαντες, ἐν τῷ παρόντι ἀλόντες, ἐπὶ τῆς χέρσου μικροῦ δεῖν ἐχωνεύοντο. *Παραλαβὼν γὰρ μεθ' ἑξ ἡμέρας Πέτρον καὶ Ἰάκωβον καὶ Ἰωάννην ἐφ' ὑψηλῆς ἀκρωρείας, μετεμορφώθη ἔμπροσθεν αὐτῶν, καὶ ἔλαμψε τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ὡς ὁ ἥλιος, τὰ δὲ ἱμάτια αὐτοῦ ἦν ὡς τὸ φῶς*, φησὶν ὁ Θεῖος Ματθαῖος. Ἐνταῦθα οὖν ἐθεάσαντο, πρὸ τοῦ θανάτου γεύσασθαι, τὸν Υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου ἐν τῇ δόξῃ αὐτοῦ, καθὼς ἀνωτέρω αὐτοῖς ἐπηγγείλατο. Καίπερ οὐ γυμνὴ φανεῖσα ἡ θεότης, ἀλλ' ἡνωμένη τοῖς ἡμετέροις, εἰς γῆν αὐτοὺς κατέβαλε τῷ ἀστέκτῳ τῆς ὄψεως, παιδεύων αὐτοὺς, ὡς εἰ ἐβούλετο Χριστὸς φαίνεσθαι, καθὼς πέφυκε, πάντα ἄρδην ἐχωνεύετο, ἀχωρήτῳ ὄψει, οἱονεὶ κηρὸς ἐγγύτητι πυρὸς, τηκόμενα. Παρέστησε δ' αὐτοῖς Μωσῆν καὶ Ἠλίαν, τοὺς δύο τῶν δικαίων ὑψηλοὺς ἀκρωτῆρας συλλαλοῦντας· δεικνὺς οὐ μόνον τῶν ἐπιγείων δεσπόζειν, ἀλλ' ἤδη καὶ τῶν ὑποχθονίων· καὶ μὴ μόνον τεθρημέρους, ὡς τὸν Λάζαρον, ἢ αὐθημέρους, ὡς τὸν παῖδα τῆς χήρας, ἀλλὰ καὶ χιλιοντῶτας (9) νεκροὺς, καὶ τοὺς ἀπ' αἰῶνος φθαρέντας. καὶ μέχρι κόνις λυθέντας, προστάγματι παριστᾷν ἑαυτῷ ζῶντας καὶ ἐῤῥωμένους οἷός τε. Ποιεῖ δὲ ταῦτα πρὸ τοῦ πάθους καὶ τῆς ἀναστάσεως, παριστῶν μὴ ἀπὸ τούτων οἷον δι' ὑπομονῆς καὶ ἀνδρείας τιθέντα, ὑπὸ τοῦ Πατρὸς ἔχειν καὶ τὸ κατὰ πάντων κράτος ἀόριστον, καὶ αὐτεξούσιος ὑπάρχειν αὐτός. Διὸ καὶ ἑτεροτρόπως ἀλλήλων τὸν βίον ἀμείψαντας παριστᾷ ἑαυτῷ, δεικνὺς τὸ πρὸ τάφου καὶ ἀναστάσεως, ζώντων καὶ νεκρῶν κυριεύειν· Μωσέα μὲν τῷ κοινῷ πᾶσιν θανάτῳ ἤδη τοῦ βίου ἀπαγαγών· Ἠλίαν πυρίνῳ τεθρίππῳ οἱονεὶ εἰς οὐρανοὺς, ἐν ἀοράτῳ τῆς χέρσου μεταστήσας τόπῳ· τὸν μὲν ἐκ τῶν καταχθονίων ἀγαγὼν· τὸν δὲ ἐκ τῆς ὑποδεξαμένης ζώντων χώρας καλέσας, ἐν ῥιπῇ ὀφθαλμοῦ ἑαυτῷ παρέστησεν. *Ἔτι δὲ αὐτοῦ συλλαλοῦντος αὐτοῖς*, φησὶν ὁ μέγας Ματθαῖος, *καὶ ἰδοὺ νεφέλη φωτεινὴ ἐπεσκίασεν αὐτοῖς, καὶ φωνὴ ἐγένετο ἐκ τῆς νεφέλης λέγουσα, Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου ἀγαπητὸς, αὐτοῦ ἀκούετε*· τοῦ δὲ Πατρὸς διὰ τῆς νεφέλης οὕτω παρεγγυῶντος, θᾶττον οἱ μὲν τῶν θεσπεσίων ἀπῴχοντο· οἱ δὲ πεπτώκασι, τῇ ἀστέκτῳ φωνῇ μύσαντες, ἵν' ὁ ἑστὼς ἐπὶ σχήματος μόνος φανῇ Παῖς γνήσιος, ἀγαπητὸς, ὁμοούσιος, θαρσαλέως συνομιλῶν τῷ Πατρί. Ἐπὶ γὰρ θείου καὶ βασιλικοῦ σιλεντίου τοὺς μὲν θεραπόντων ἀποίχεσθαι, τοὺς δὲ κατεποιχότας παραμένειν καὶ σιωπᾷν, τιμᾷν τὸ σιλέντιον. Οὐκ ἐγεύσαντο τοίνυν θανάτου οἱ τοῦ Κυρίου φοιτηταὶ ἕως ἂν εἶδον τὸν Υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου ἐν τῇ δόξῃ αὐτοῦ, οὐχ ὡς ἦν, ἀλλ' ὡς ἐχώρουν· καὶ ταῦτα τρεῖς μόνοι οἱ διορατικώτεροι καὶ ἀμείνονες τοῦ θιάσου· φησὶ γὰρ ὁ Κύριος, *Εἰσί τινες τῶν ὧδε ἑστώτων*, οὐχὶ πάντες, *οἵτινες οὐ μὴ γεύσονται θανάτου, ἕως ἴδωσι τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ*, ἣν ἀμυδρῶς θεασάμενοι ipsum concernebant. Ideo et his qui comprehendebant ipsum, inquit : *Si me quæritis, sinite hos abire* [6]. Proinde cum præsciret ipsorum perturbationem fluctuationemque, obfirmat ipsos promissione, eamque ex parte denudat, de tota perobscure fidem faciens : cujus in præsentia cum non essent capaces, in terram propemodum semet abdebant : *Assumptis* enim *post sex dies Petro et Jacobo et Joanne in altum montis verticem, transformatus est coram ipsis, splenditque facies ejus sicut sol, vestimenta autem ejus erant sicut lux*, inquit divus ille Matthæus [7]. Hic igitur antequam gustarent mortem, conspexerunt Filium hominis in gloria sua, sicut ipsis antea promiserat. Ac tametsi non apparuerit nuda divinitas, sed unita membris nostris, in terram tamen ipsos dejecit intolerabili vultus splendore, docens ipsos, quod si voluisset Christus apparere sicut est, omnia prorsus colliquefacta fuissent, ad comprehendendum intolerabili aspectu, instar ceræ propinquitate solis, liquescentia. Exhibuit autem eis Mosem et Eliam, duos illos eximios justorum proceres secum colloquentes, ostendens se non modo super terram, sed et jam sub terra constitutis dominari : et non tantum quatriduo, ut Lazarum, aut eodem die mortuos, ut filium viduæ : sed etiam ante mille annos exstinctos, et eos qui a sæculo interierunt et in pulverem soluti sunt, mandato suo coram se sistere vivos et valentes posse. Facit autem ista ante passionem et resurrectionem, demonstrans non istud se per patientiam et fortitudinem tanquam testimonio probatum a Patre habere in omnia imperium, sed propriæ potestatis esse. Ideo diversis modis, et aliter atque aliter vita defunctos sibi sistit, ostendens ante sepulturam et resurrectionem se vivis et mortuis imperare, qui Mosem quidem communi omnibus morte de vita sustulisset, Eliam autem igneis quadrigis velut in cœlos ad invisibilem terræ locum transtulisset ; illum quidem ab inferis reductum, hunc autem ex viventium regione quæ illis suscipiendis deputata est, vocatum, in oculi momento ad se statuit. *Adhuc* autem *ipso colloquente cum eis*, inquit magnus ille Matthæus, *ecce nubes lucida obumbravit ipsos, et e nube vox audita est, dicens : Hic est Filius meus dilectus, ipsum audite* [8]. Porro Patre per nubem ita mandante, mox illi viri sancti discesserunt ; qui vero sub intolerabili nube sese occultaverant, fecerunt ut qui stabat transformatus, solus appareret Filius ille germanus, dilectus, consubstantialis, cum fiducia cum Patre colloquens. Nam ad divinum et regale silentium conveniebat alios quidem famulorum secedere; adductos autem præterire, et tacere atque venerari silentium. Non gustaverunt ergo mortem Christi discipuli, donec viderunt Filium hominis in gloria sua, non ut erat, sed ut capiebant, idque tres tantum ex cœtu sacro perspicaciores et præstantiores. Inquit enim Dominus : *Sunt*

[6] Joan. xviii, 8. [7] Matth. xvii, 1, 2. [8] Matth. xvii, 5.

(9) *Χιλιοντῶτας*. Sic, pro χιλιετεῖς, vel χιλιέτας. Edit.

quidam hic stantium, non omnes, *qui non gustabunt mortem, donec viderint regnum Dei*[9] : quo obscure tantum viso propemodum vitam amiserunt. Joannes igitur et omnes apostoli, et prophetæ e vita excesserunt præter Enochum et Eliam, qui soli adhuc in carne esse perhibentur, paulo post etiam ipsi interficiendi.

INTERROGATIO CLXXIX.

Et quomodo Petro de Joanne evangelista dicit Dominus : *Quod si voluero ipsum manere donec venio, quid ad te*[10]? Id quod indicat ipsum vivere usque ad consummationem.

Responsio.

Ipse Joannes in Evangelio suo id circa finem declaravit, dicens : *Et cum hoc dixisset, dicit ei*, hoc est Petro : *Sequere me. Conversus autem Petrus vidit discipulum quem diligebat Jesus, sequentem, qui idem et in cœna recubuit super pectus ejus; et dixit : Domine, quis est qui prodit te? Hunc videns Petrus, dicit ad Jesum : Domine, hic autem quid? Dicit ei Jesus : Si ipsum voluero manere donec venio, quid ad te*[11]? Quandoquidem enim ipsos piscantes offenderat, Petrum admonuit, ut se sequeretur. Volebat autem ille et condiscipulum una cum ipsis proficisci, dicitque ad Jesum, *Domine, hic autem quid?* quem indicare volens Jesus, debere apud mare manere, inquit, *Si voluero ipsum manere donec venio, quid ad te?*

[9] Luc. IX, 27. [10] Joan. XXI, 22. [11] ibid. 18, 21.

ΠΕΥΣΙΣ ΡΟΘ'.

Καὶ πῶς τῷ Πέτρῳ λέγει ὁ Κύριος περὶ Ἰωάννου τοῦ εὐαγγελιστοῦ, ὅτι *Ἐὰν θέλω αὐτὸν μένειν ἕως ἔρχομαι, τί πρὸς σέ;* ὅπερ δείκνυσιν αὐτὸν ζῆν.

Ἀπόκρισις.

Αὐτὸς Ἰωάννης ἐν τῷ καθ' ἑαυτὸν Εὐαγγελίῳ πρὸς τῷ τέλει, διεσάφησε τοῦτο, φάσκων· *Καὶ τοῦτο εἰπὼν λέγει αὐτῷ*, τοῦτ' ἔστι τῷ Πέτρῳ, *Ἀκολούθει μοι· ἐπιστραφεὶς δὲ ὁ Πέτρος βλέπει τὸν μαθητὴν ὃν ἠγάπα ὁ Ἰησοῦς, ἀκολουθοῦντα, ὃς καὶ ἀνέπεσεν ἐν τῷ δείπνῳ ἐπὶ τὸ στῆθος αὐτοῦ, καὶ εἶπε· Κύριε, τίς ἐστιν ὁ παραδιδούς σε; Τοῦτον ἰδὼν ὁ Πέτρος λέγει τῷ Ἰησοῦ, Κύριε, οὗτος δὲ, τί; λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, Ἐὰν αὐτὸν θέλω μένειν ἕως ἔρχομαι, τί πρὸς σέ;* Ἐπεὶ οὖν ἁλιεύοντας αὐτοὺς κατειληφὼς, τῷ Πέτρῳ ἐθέσπισεν ἕπεσθαι αὐτῷ· ἐβούλετο δ' ἐκεῖνος καὶ τὸν συμφοιτητὴν αὐτοῖς συμπορευθῆναι· φησὶ τῷ Ἰησοῦ, *Κύριε, οὗτος δὲ τί;* ὃν θεσπίσας Ἰησοῦς μένειν ἐπὶ τῆς ἁλίας, φησὶν, *Ἐὰν αὐτὸν θέλω μένειν ἕως ἔρχομαι, τί πρὸς σέ;*

DIALOGUS IV.

INTERROGATIO CLXXX.

Cupimus ex te discere, quomodo intelligatur parabola fermenti. Non enim parva nobis heri de hac quæstio fuit.

Responsio.

Dupliciter mihi videtur intelligenda ea parabolica oratio. Verum ipsa primum recitata, deinde considerationem ejus inferamus. *Simile est regnum cœlorum fermento, quod acceptum mulier prudens abscondit in farinæ sata tria, donec fermentatum est totum*[12]. Fermento mihi videtur doctrinam et fidem in se comparare Dominus, mulieri autem Ecclesiam suam, *quam et dilexit*, quemadmodum inquit divus Apostolus[13]. Farinæ vero sata tria, tres Noe filios, Semum, Chamum et Japhetum, ex quibus solis post diluvium omnes prodierunt gentes, quæ nunc in Ecclesia congregantur : quibus doctrina prædicationis et fides veluti fermentum immista, totam gentium farinam, quæ constat ex tribus Noe satis ratione præditis, fermentavit ad cultum Dei. Quod si aliter dicta audire placet, fermentum intelligatur venerandum et divinum corpus Dei, quod

[12] Matth. XIII, 33. [13] Ephes. V, 25.

ΔΙΑΛΟΓΟΣ Δ'.

ΠΕΥΣΙΣ ΡΠ'.

Πῶς νοεῖται ἡ τῆς ζύμης παραβολὴ, μαθεῖν δεόμεθα. Οὐ γὰρ μικρὰ ἡμῖν ζήτησις περὶ ταύτης χθὲς γέγονε.

Ἀπόκρισις.

Διχῶς μοι δοκεῖ νοεῖσθαι ἡ παραβολικὴ θεηγορία· ἀλλὰ πρῶτον αὐτὴν ἐκείνην φήσαντες, οὕτω τὴν διάσκεψιν αὐτῆς ἐπάγωμεν. *Ὁμοία ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν ζύμῃ, ἣν λαβοῦσα γυνὴ ἔκρυψεν εἰς ἀλεύρου σάτα τρία, ἕως οὗ ἐζυμώθη ὅλον.* Ζύμην δοκεῖ μοι διδασκαλίαν καὶ τὴν εἰς αὐτὸν πίστιν παραβάλλειν ὁ Κύριος· γυναικὶ δὲ τὴν αὐτοῦ Ἐκκλησίαν *ἣν καὶ ἠγάπησεν*, καθὼς φησιν ὁ ἱερὸς Ἀπόστολος. Ἀλεύρου δὲ σάτα τρία, τοὺς τρεῖς τοῦ Νῶε παῖδας, τὸν Σὴμ, τὸν Χὰμ, τὸν Ἰαφέτ· ἐξ ὧν μόνον μετὰ τὸν κατακλυσμὸν πάντα προῆλθε τὰ ἔθνη τὰ νῦν ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ συναγειρόμενα· οἷς ἡ καθήγησις τοῦ κηρύγματος, καὶ ἡ πίστις, οἱονεὶ ζύμη ἐμφυραθεῖσα, τὸ ὅλον τῶν ἐθνῶν ἄλευρον, τὸ ἐκ τοῦ Νῶε τριῶν σάτων λογικῶν, ἐζύμωσε πρὸς τὴν θεοσέβειαν. Εἰ δὲ καὶ ἑτέρως τὰ ῥηθέντα ἀκούειν δοκεῖ, ζύμη νοείσθω τὸ σεπτὸν καὶ θεῖον σῶμα τοῦ Θεοῦ

καὶ Λόγου· ὅπερ ἐν τῇ νηδύϊ τῆς Ἀείπαιδος ἑαυτῷ περιεπλάσατο, ἄνευ σπορᾶς περιῦφαινόμενος, καὶ ἐνούμενος ψυχῇ τε καὶ σώματι· οὐ μὴν ἀλλὰ γυνὴ φρονίμη εἰκότως ὁ αὐτὸς νοείσθω ἅγιος καὶ ζῶν, ἐνυπόστατος Θεὸς Λόγος, διὰ τὸ θῆλυ τῆς προσηγορίας· *Χριστὸς γὰρ Θεοῦ δύναμις, καὶ Θεοῦ σοφία*, φησὶν ὁ Θεῖος Ἀπόστολος. Ἀλεύρου δὲ σάτα τρία, πρῶτον μὲν ἡ πᾶσα βροτῶν φύσις, δεύτερον δὲ ὁ θάνατος, μετὰ τοῦτο ὁ ᾅδης· ἐν ᾧ ἐγκρυφθὲν διὰ ταφῆς τὸ θεῖον σῶμα, ἔφυρε πάντα εἰς ἀνάστασιν καὶ ζωήν. Ἄκουε δὲ καὶ ἑτέρως σάτα τρία, τὸ βάπτισμα, τὰ Εὐαγγέλια, τὰ μυστήρια. Καὶ ἄλλως νοείσθω, ἀπόστολοι, προφῆται, διδάσκαλοι· καὶ ἑτέρως παρῳχηκότα, ἐνεστῶτα, μέλλοντα. Οὐ γὰρ μόνους τοὺς παρόντας σαρκωθεὶς ὁ Λόγος ὤνησε, ἀλλὰ καὶ τοὺς προκοιμηθέντας θανάτῳ ἀνέστησε, καὶ ἡμῶν τοῖς ἐπιγόνοις ἐλπίδα ἀναστάσεως ἐδωρήσατο καὶ ζωήν· δι' ὧν ἐγερθεὶς ἐκ νεκρῶν, ἑαυτῷ συνανέστησεν, αὐτὸς μὲν εἰς οὐρανοὺς φοιτήσας, ἐκείνους δὲ τῇ χώρᾳ ζώντων μετοικήσας, ἔνθα Ἐνὼχ καὶ Ἠλίας τυγχάνει, μηκέτι τεθνηξομένους.

ΠΕΥΣΙΣ ΡΙΑ'.

ἀποσταλείσης περιστερᾶς γενόμενον, ἡ πρὸς τὸν θεσπέσιον ἐπανέστη, κάρφος ἐλαίας φύλλων φέρουσα· διὰ μὲν τοῦ κάρφους τὸν ξυλώδη νόμον, διὰ δὲ τοῦ πίονος φύλλου τὴν ἀειθαλῆ τῶν Εὐαγγελίων διδασκαλίαν φέρουσα. Τῆς γὰρ πανέθνους ἡμῶν Ἐκκλησίας εἰκὼν ὑπῆρχεν ἡ παγγενὴς τοῦ Νῶε κιβωτός, ἐπινηχομένη τῷ πελάγει τῆς ῥεούσης καὶ ἀστάτου ταύτης ζωῆς, πάντοθεν τῷ κλύδωνι τῶν πειρασμῶν περιαντλουμένης ἡμῶν τῆς Ἐκκλησίας. Διὰ τοῦ ὄφεως τοῦ παραδείσου ἐκπεπτώκαμεν· διὰ τῆς περιστερᾶς τοῦ Πνεύματος εἰς οὐρανοὺς ἀνήχθημεν· ἐν γὰρ τῷ εἴδει ταύτης τὸ θεῖον Πνεῦμα ἡ κορώνη τῶν ἀρετῶν ἐν τῷ Ἰορδάνῃ ἐπὶ τὸν Ἰησοῦν κατέπτη· ἐκεῖνον μὲν Παῖδα Θεοῦ φυσικὸν, καὶ οὐ θετὸν ἀποδεικνύουσα· ἡμῖν δὲ τὸ ἄκακον καὶ ἀκέραιον κομίζουσα. Μὴ τοίνυν μόνον κατὰ τὸν ὄφιν εἰς τὸ πλανῆσαι βροτοὺς φρονήσωμεν, ἀλλ' εἰς τὸ εὐεργετῆσαι εὖ φρονήσωμεν (φησὶ γὰρ ὁ εὔφρων τε καὶ πολύνους Ἀπόστολος, *Οὐκ εἰς τὸ φρονεῖν μόνον, ἀλλ' εἰς τὸ σωφρονεῖν*· καὶ πάλιν ὁ αὐτὸς, *Θέλω μὲν ὑμᾶς σοφοὺς εἶναι εἰς τὸ ἀγαθὸν, ἀκεραίους εἰς τὸ κακόν*)· μηδ' ἐγκωμίοις ἐπαιρόμενοι καὶ ἐξογκούμενοι· μηδὲ ψόγοις βαλλόμενοι καὶ ἀλύοντες. Οὐ γὰρ οἷόν τε λόγοις τρωθέντα καὶ ποτνιώμενον, καὶ πρὸς ὀργὴν ἄσχετον ἐκφερόμενον, ἐργάτην γενέσθαι τοῦ Δεσποτικοῦ ἀμπελῶνος. Τὸν γὰρ τὴν μίαν σιαγόνα παιόμενον, καὶ τὴν ἑτέραν προϊέμενον, ἐκεῖνον ὁρίζεται τὸ βάρος τῆς ἡμέρας τοῦ ἐνεστῶτος αἰῶνος, καὶ τὸν καύσωνα τῶν ἐν αὐτῷ πειρασμῶν γενναίως φέρειν ὁ Κύριος, ὡς πᾶσαν ἐργασίαν ἐπίπονον τῆς ἐντολῆς προθύμως ἐκπληρώσαντα. Εἰ γὰρ αὐτὸς παρ' αὐτὸν καιρὸν τοῦ αὐθαιρέτου πάθους ὑπὸ οἰκέτου παιόμενος οὐκ ἠμύνατο, μυριάσιν ἀγγέλων δουλευόμενος. Ὃς ὃν ἀμιλλώμενος, τὰς παρὰ Ἰουδαίων πεντάκις τεσσάρακοντα παρὰ μίαν ἐμφορηθεὶς, ἠπίως ἐδέξατο, μακροθυμίαν παιδεύων ἴσα Θεῷ, ἀρετὴν φερώνυμον. Ἧς ὁ μετέχων μακρὰν ἀπὸ θυμοῦ γίνεται. Ἐπεὶ οὖν ἡ παντελὴς ἀρετὴ Θεὸς ὑπάρχει, εἰκότως μακρόθυμος προσαγορεύεται, ὡς μακρὰν ὑπάρχων θυμοῦ. Ἦν καὶ οἱ τῆς ἔξω παιδείας ἐτιμήθησαν· Σωκράτης μὲν Ἀττικῶν δογμάτων νομοθέτης παισθεὶς, οὐκ ἠμύνατο· Ἀντισθένης ὑπό τινος τῶν ὑβριστῶν συντριβεὶς τὸ πρόσωπον, μηδὲν φήσας ἔχετο, τὴν προσηγορίαν μόνον τοῦ πατάξαντος ἐπιγράψας τῷ μετώπῳ, διὰ τὸ μὴ δαιμονῶντα ἢ πάροινον τοῖς θεωμένοις ὑποπτεύεσθαι. Ἐπικτήτου δὲ τὸ σκέλος ὑπὸ τοῦ μοχθηροῦ δεσπότου πηρωθὲν, πολλοῖς τῶν φιλοσόφων σιωπῆς ἐν τοῖς κινδύνοις γέγονε παιδευτήριον. Δεσπότης γὰρ τοῦ δεσπόζοντος ἀπεδείχθη φιλοσοφήσας. Μὴ οὖν ἀλλύωμεν ὑβριττόμενοι, ἀλλὰ τοῦ σφῶν καὶ πάντων Δημιουργοῦ κατ' ἴχνος βαίνοντες, κἂν οἰκέτης ἀλλότριος ᾖ ὁ ῥαπίσας, τὸ θεῖον ῥῆμα καὶ ἡμεῖς φήσωμεν αὐτῷ· *Εἰ μὲν κακῶς ἐλάλησα, μαρτύρησον περὶ τοῦ κακοῦ· εἰ δὲ καλῶς, τί με δέρεις* ; Οὕτως γὰρ οἱονεὶ βέλει τῇ μεγαλοψυχίᾳ ὁ δι' ἐναντίας τρωθήσεται, καὶ τῆς προπετοῦς γλώττης καὶ γνώμης μετακληθεὶς, χάριν σοι εἴσεται ὡς αἰτίῳ τῆς ἀλλοιώσεως, παιδευθεὶς μὴ ποτνιᾶσθαι, καὶ

[57] Rom. xii, 3. [58] Rom. xvi, 19. [59] Joan. xviii, 23.

ἀλλοί.... πρὸς τοὺς ἥττονας πόνους τῶν μεγάλων μισθῶν ὀρεγόμενος, ἀλλὰ στέργειν καὶ τοὺς μείζονας, ὡς οὐκ ἐτέρως ὀηνάριον κομιούμενος, εἰ μὴ κόπων τελειότητι μαρτυρούμενος. *Οὐκ ἄξια δὲ τὰ παθήματα τοῦ νῦν καιροῦ πρὸς τὴν μέλλουσαν ἀποκαλύπτεσθαι δόξαν*, φησὶν ὁ πλεῖστα διὰ Χριστὸν πεπονθώς, *καὶ πάντα δι' αὐτὸν σκύβαλα ἡγησάμενος τὰ παρόντα*, ὑψηλὸς Ἀπόστολος.

ΠΕΥΣΙΣ ΡΛΓ'.

Τί ἐστιν ὃ λέγει ὁ Κύριος, *Ἐξῆλθεν ὁ σπείρων τοῦ σπεῖραι· καὶ ἃ μὲν ἔπεσε παρὰ τὴν ὁδὸν, ἃ δὲ εἰς τὰ πετρώδη, ἄλλα δὲ εἰς τὰς ἀκάνθας· καὶ τὰ μὲν παρὰ τὴν ὁδὸν, ἦλθε τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ καὶ κατέφαγεν αὐτά· τὰ δὲ εἰς τὰ πετρώδη, διὰ τὸ μὴ ἔχειν βάθος γῆς, μηδὲ ῥίζαν, ἀνατείλαντα ἐξηράνθη· τὰ δὲ ὑπὸ τῶν ἀκανθῶν συνεπνίγησαν·* καὶ ὅσα περὶ τούτων διεξέρχεται ὁ λόγος;

Ἀπόκρισις.

Ἐξῆλθεν ὁ σπείρων τοῦ σπεῖραι· ἐξῆλθεν ἐκ τοῦ Πατρὸς ὁ Χριστὸς, ὁ πρὸ αἰώνων Θεός· οὗτος γὰρ ὑπάρχει ὁ σπορεὺς τῶν σωτηρίων ἡμῶν. Σπέρμα δὲ αὐτοῦ, θεῖος καὶ ζωοποιὸς λόγος· ἄρουρα δὲ, ἡ ἀνθρωπότης πᾶσα· βόες, οἱ ἀπόστολοι· ἄροτρον, ὁ σταυρός· ζυγὸς, ἡ ὁμόνοια· ζεύγη, ἡ γλυκεῖα ἀγάπη συνδεσμοῦσα καὶ ὑποκλίνουσα τοὺς αὐχένας τῶν θεοσεβῶν. *Ἐξῆλθεν ὁ σπείρων τοῦ σπεῖραι*, οὐ πυρὸν, ἢ κριθὴν, οὐχ ἕτερόν τι τῶν γηΐνων, καὶ περὶ γαστέρα· ἀλλὰ πίστιν εἰς Πατέρα καὶ Υἱὸν καὶ Ἅγιον Πνεῦμα· ἐλπίδα ἀναστάσεως, καὶ ἀγάπην εἰς Θεὸν καὶ τὸν πέλας ἀνυπόκριτον. Ἐξῆλθεν ὁ σπορεὺς Χριστὸς, ἔχων δέκα ζεύγη βοῶν, καθώς φησιν ὁ ὑψηλὸς Ἡσαΐας· *Οὐ γὰρ.... δέκα ζεύγη βοῶν ποιῆσαι κεράμιον ἕν* (14); Δέκα δὲ ζεύγη βοῶν λογικὰ, τὸν θίασον τῶν ἀποστόλων δηλοῖ· δώδεκα μὲν τοὺς πρὸ τοῦ πάθους· ἑπτὰ δὲ τοὺς περὶ Στέφανον μετὰ τὴν θείαν ἀνάστασιν, ὑπὸ τῶν δώδεκα ἀναῤῥηθέντων· εἰκοστὸν δὲ τὸν ἐξ οὐρανῶν ἀκηκοότα, *Σαοὺλ, Σαοὺλ, τί με διώκεις*; τὸν αὖθις ὑπὲρ τοῦ διωκομένου κατὰ τοῦ ὁμοφύλου Ἰσραὴλ μεταταξάμενον, καὶ πρὸς τὸν πόλεμον ἀνθοπλισάμενον. Οὗτοι οὖν οἱ λογικοὶ τοῦ σπορέως εἴκοσι βόες, τὴν βροτῶν διασκάψαντες ψυχικὴν ἄρουραν, διὰ Χριστοῦ κατέσπειραν τῇ ὑφ' ἡλίῳ τὴν εἰς αὐτὸν πίστιν· ποιήσαντες ὅλον τὸ γεῶδες ἡμῶν φύραμα κεράμιον ἕν, δεκτικὸν τῶν θείων κραμάτων, καὶ τοῦ αἵματος, καὶ τοῦ ὕδατος τῶν προχυθέντων ἐπὶ σταυροῦ, τῇ ἀμύξει τοῦ δόρατος ἐκ τοῦ κεραμίου τοῦ θείου σώματος. Αὐτὸς γὰρ σπορεὺς, αὐτὸς κεραμεὺς τοῦ ἡμετέρου φυράματος ὁ Χριστός· πρὸ σαρκώσεως μὲν ἡμᾶς ἐκ μὴ ὄντων δημιουργήσας· ῥυπωθέντας δὲ, καὶ τοῦ χείρονος γενομένους δεκτικοὺς, διὰ θανάτου συντρίψας πάλιν ἀναπλάττει, καὶ διὰ τὸ μένειν τοῦ λοιποῦ κακίας ἀπαραδέκτους· αὐτὸς γὰρ ἀμίκτως καὶ ἀσυγχύτως κατακιρνᾶται τῷ πλάσματι, ἀθανάτους ἀεὶ ἐσομένους ὁράσας ἡμᾶς ἐνώ-

queruli simus aut deficiamus ad minores labores, siquidem magna præmia appetimus, sed et majores amemus, tanquam alias denarium non reportaturi, nisi perfectionis laborum testimonium habentes. *Non sunt autem pares passiones præsentis temporis ad gloriam quæ revelabitur* [60], inquit qui plurima propter Christum passus est, *omniaque propter ipsum præsentia pro quisqualiis habuit* [61], eximius ille Apostolus.

INTERROGATIO CXCIII.

Quid est quod dicit Dominus : *Exivit qui seminabat ad seminandum, et alia quidem ceciderunt juxta viam, alia vero in loca petrosa, alia autem in spinas. Et quæ juxta viam quidem, venerunt volucres cœli, et devorarunt : quæ autem in petrosa, propterea quod terræ profunditatem non habebant neque radicem, postquam exorta sunt, exaruerunt : quæ vero in spinas, una suffocata sunt* [62]; et quæcunque de his sermo prosequitur?

Responsio.

Exivit qui seminabat ad seminandum. Exivit a Patre Christus, ante sæcula Deus. Hic enim est sator salutis nostræ. Semen autem ipsius, divinus et vivificus sermo : arvum, universa humanitas : boves, apostoli : aratrum, crux : jugum, concordia : jugatio, dulcis dilectio, colligans et subdens sanctorum cervices. *Exivit qui seminabat ad seminandum*, non triticum aut hordeum, non aliud aliquid terrenorum, vel si qua insuper alia : sed fidem in Patrem et Filium et sanctum Spiritum, spem resurrectionis, et dilectionem in Deum et proximum non simulatam. Exivit sator Christus, habens juga apostolos, ut inquit Isaias : *Non enim per decem juga boum fecerunt amphoram unam* [63]? Decem autem juga boum rationalia, sacrum cœtum apostolorum significant, duodecim quidem ante passionem : septem item cum Stephano post divinam resurrectionem sub duodecim electis : vigesimum autem eum qui ex cœlis audivit, *Saule, Saule, quid me persequeris* [64]? qui rursus pro eo quem persecutus fuerat adversus contribulem Israelem, in aliam aciem transcribitur, et ad bellum vicissim armatur. Illi itaque rationales satoris illius viginti boves, mortalium effoderunt animale arvum, per Christum disseminaverunt unicuique sub sole eam quæ est in ipsum fidem, facta tota terrena massa nostra amphora una, capace divinarum misturarum et sanguinis et aquæ, effusorum in cruce per apertionem lanceæ ex vase fictili divini corporis. Ipse enim sator, ipse figulus nostræ massæ Christus : qui ante incarnationem quidem nos ex nihilo creavit, contaminatos autem et inde deterioris capaces factos, per mortem contritos refingit, et per perseverantiam in posterum efficit nullius malitiæ capaces. Ipse siquidem absque mistione et absque confusione contemperatur cum figmento, immor-

[60] Rom. VIII, 18. [61] Philipp. III, 8. [62] Matth. XIII, 3-7. [63] Isa. V, 10. [64] Act. IX, 4.

(14) *Οὐ γὰρ..... δέκα ζ.* Aliter apud LXX Isaiæ v, 10, sic nimirum : Οὐ γὰρ ἐργῶνται δέκα ζεύγη βοῶν, ποιήσει κεράμιον ἕν. Vulg.: *Decem enim jugera vineæ facient lagunculam unam.*

tales semper nos esse futures efficiens vi unionis cum nostris et habitu nostro. Atque ipse fictile vas est quod ex nostra testa secundum carnem factum est, habens viventem et salientem aquam suæ divinitatis, quod veluti ferens Joannes per prædicationem baptismatis, clamabat, conspecto Jesu : *Ecce agnus Dei qui tollit peccatum mundi* [65], cruce et profusione sanguinis et aquæ. De quo item ipse Jesus interrogatus a discipulis, ubi ipsi pascha legale pararent, inquit : *Abite in civitatem, et occurret vobis homo fictile vas aquæ gestans : et ei dicite : Magister dixit* [66], *Apud te facio paschu cum discipulis meis. Et ostendet vobis cœnaculum stratum magnum, et illic parate* [67]. Atque facta quidem sunt hæc sensiliter. Intelliguntur autem figurate : Homo quidem gestans fictile vas aquæ, Joannes Baptista, prædicans pœnitentiæ baptismum et baptizans. Civitas autem superna Hierusalem, cujus cives Joannes et cætera justorum et sanctorum turba. Cœnaculum vero stratum splendido lapide cœlum, animalibus quibusdam et formis varietate astrorum figuratum, ad cujus similitudinem regale apud nos pavimentum lapidum varietate stratum. Quod autem bobus apostolos comparavit propheta, manifeste demonstrat Paulus divini vicenarii præcipuus, dicens [68] : *Scriptum est : Non obligabis os bovi trituranti.* Rursusque infert, *Num boum cura est Deo? omnino de nobis dicit : propter nos enim scriptum est.* Sed ad sublimem Isaiam redeamus, prophetiam apud ipsum exstantem secuti : *Non operantia decem juga boum factura esse amphoram unam* [69] : rursusque subjungit : *Et qui seminat artabas sex, metet tres modios.* Num igitur tantum frustrationem aliquando fore censebimus, ut qui seminaverit artabas sex, tantummodo tres recipiat modios? Non enim inquit, tres artabas faciet, sed tres modios, exiguum quid habentes. Verum in interius litteræ velamentum ingredientes, inveniemus omnino id secundum ista futurum. Sex igitur artabas quibus Ecclesiæ conscritur arvum rationale mortalium, esse quatuor quidem divini sermonis libros, quintam autem sanctorum Acta, sextam vero unico volumine contentas eximii apostoli Pauli quatuordecim Epistolas : ex quibus et per quas fructum fert sacer cœtus institutione antistitum in divinis consitus, tres modios, fidem in Patrem et Filium et Spiritum sanctum. *Exivit enim qui seminabat ad seminandum*, non triticum ex quo panis fit, sed fidem vivificam, at non in omnibus.

σει τῶν ἡμετέρων καὶ ὄψει τῇ καθ' ἡμᾶς. Καὶ αὐτὸς ὑπάρχει τὸ κεράμιον τὸ ἐκ τοῦ ἡμετέρου ὀστράκου κατὰ σάρκα γενόμενον, καὶ ἔχον τὸ ζῶν καὶ ἁλλόμενον ὕδωρ τῆς αὐτοῦ θεότητος. Ὅπερ οἱονεὶ φέρων ὁ Ἰωάννης τῷ κηρύγματι τοῦ βαπτίσματος ἐβόα, θεασάμενος τὸν Ἰησοῦν· *Ἴδε ὁ ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ, ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου*, σταυρῷ καὶ προχύσει αἵματος καὶ ὕδατος. Περὶ οὗ πάλιν ὁ Ἰησοῦς πυθόμενος τοῖς φοιτηταῖς, ποῦ αὐτῷ τὸ Πάσχα τὸ νομικὸν ἑτοιμάσοιεν, φησὶν αὐτοῖς· *Ἀπέλθατε εἰς τήνδε τὴν πόλιν, καὶ ἀπαντήσει ὑμῖν ἄνθρωπος βαστάζων κεράμιον ὕδατος· καὶ εἴπατε αὐτῷ, Ὁ διδάσκαλος εἶπε, Πρὸς σὲ ποιῶ τὸ Πάσχα μετὰ τῶν μαθητῶν μου· καὶ ὑποδείξει ὑμῖν ἀνώγεων μέγα ἐστρωμένον· κἀκεῖ ἑτοιμάσατε·* καὶ γέγονε μὲν ταῦτα αἰσθητῶς· νοείσθω δὲ τροπικῶς· Ἀνὴρ μὲν βαστάζων τὸ κεράμιον τοῦ ὕδατος, Ἰωάννης ὁ Βαπτιστής, κηρύττων μετανοίας βάπτισμα καὶ βαπτίζων. Πόλις δὲ ἡ ἄνω Ἱερουσαλήμ, ἧς πολῖται Ἰωάννης, καὶ ὁ λοιπὸς τῶν δικαίων ὅμιλος καὶ ἁγίων. Ἀνώγεων δὲ ἐστρωμένον λαμπρᾷ ψηφῖδι, ὁ οὐρανὸς, ζῴά τέ τινα καὶ σχήματα τῇ ποικιλίᾳ τῶν ἄστρων ὑπομορφούμενος, κατὰ τὸ παρ' ἡμῖν βασιλικὸν ἔδαφος, τῇ ποικιλίᾳ τῆς ψηφῖδος κατεστρωμένον. Ὅτι δὲ βουσὶ τοὺς ἀποστόλους ὁ προφήτης παρείκασε, σαφῶς παρίστησι Παῦλος ὁ τῆς θείας εἰκοσάμβης ἐξαίρετος, φάσκων· *Γέγραπται, Οὐ φιμώσεις βοῦν ἀλοῶντα·* καὶ αὖθις ἐπάγων, *Μὴ τῶν βοῶν μέλει τῷ Θεῷ; Ἀλλὰ πάντως περὶ ἡμῶν λέγει· δι' ἡμᾶς γὰρ γέγραπται.* Ἀλλ' ἐπὶ τὸν ὑψηλὸν Ἡσαΐαν πάλιν φοιτήσωμεν, τῇ παρ' αὐτοῦ προφητείᾳ ἑπόμενοι· *Οὐ γὰρ ἐργῶνται δέκα ζεύγη βοῶν ποιῆσαι κεράμιον ἕν·* καὶ αὖθις ἐπάγει, *Καὶ ὁ σπείρων ἀρτάβας ἕξ, θερίσει μέτρα τρία.* Ἆρ' οὖν τοσαύτην ἀστοχίαν ὑποθώμεθα γενέσθαι ποτὲ, ὥστε σπαρείσας ἀρτάβας ἕξ, μόνον τρία ἀποτίσειν μέτρα; Οὐ γάρ φησι, τρεῖς ἀρτάβας ποιήσει, ἀλλὰ *τρία μέτρα*, βραχύ τι ἔχοντα. Ἀλλ' εἰς τὸ ἐσώτερον τοῦ γράμματος καταπέτασμα παρεισδύνοντες, εὑρήσομεν πάντως τὸ διὰ τούτων ἐσόμενον. Ἐξ οὖν τῶν ἀρτάβας, αἷς τῆς Ἐκκλησίας κατασπείρεται ἄρουρα λογικὴ βροτῶν, τέτταρας μὲν τὰς τῆς Θεηγορίας πυκτὰς, πέμπτην δὲ τὴν τῶν Θεσπεσίων Πράξιν· ἕκτην δὲ τὴν τοῦ ὑψηλοῦ Παύλου μονότευχον δεκατεσσάρων ἐπιστολῶν· ἐξ ὧν καὶ δι' ὧν καρποφορεῖ ὁ Θίασος τῇ κατηχήσει τῶν ἡγουμένων, τὰ θεῖα κατασπειρόμενος τρία μέτρα, τὴν εἰς Πατέρα καὶ Υἱὸν καὶ ἅγιον Πνεῦμα πίστιν. *Ἐξῆλθε γὰρ ὁ σπείρων τοῦ σπεῖραι*, οὐ πυρὸν ἀρτοποιὸν, ἀλλὰ πίστιν ζωοποιὸν· ἀλλ' οὐκ ἐν πᾶσι. ''

(Quædam enim juxta viam cadunt, quæ via est Christus). Nam inquit ipse : *Ego sum via* vitæ [70]. Non ergo procul a via sunt Ariani : quemadmodum et Græci et Judæi, neque item in via sunt, sed juxta viam, id est prope Christum. Quippe quod Christum confitentur, facit ut prope viam sint : quod vero minorem et inæqualem blasphemant, id ex vivente via ipsos ejicit. Quapropter et volatilia cœli, diabolici exercitus advolantes, colligunt semina divina ex corde reproborum. Ipse etenim Dominus quod præcipit, id omnino et facere solet, dicens : *Nolite projicere sanctum meum canibus, neque projicere margaritas meas coram porcis* [71]. Et rursus : *Tollite*, inquit, *ab ipso talentum, et date ei qui habet talenta decem. Omni*

[65] Joan. I, 29. [66] Marc. XIV, 13-15; Luc. XXII, 10-12. [67] Matth. XXVI, 18. [68] I Cor. IX, 9, 10; I Tim. V, 18; Deut. XXV, 4. [69] Isa. V, 10 sec. LXX. [70] Joan. XIV, 6. [71] Matth. VII, 6.

enim habenti fidem rectam, *dabitur et adjicietur : ab eo autem qui non habet* fidem, spem et charitatem in Deum, *etiam id quod videtur habere, auferetur* [72], inquit Dominus. Hoc est quod ipso frui non possint, nisi omni virtute sint perfecti, qui recta fide Deum non colunt. Sicut inquit ipse : *Qui crediderit et baptizatus fuerit, salvus erit, qui vero non crediderit, condemnabitur* [73]. Vocat autem nomine, ut puto, incredulorum etiam male credentes, et impios sectatores hæresum. Porro qui in spinosis sunt, Eunomiani mihi videntur, quos propter blasphemiam Anomœos plurimi appellant. Nam quod debacchantes creaturam et cogitationem audent nugari Christum esse, id velut spinæ suffocat eos, et non permittit germinari et perfici fide. Competit etiam idem sermo quibusdam Ecclesiæ nostræ, qui curis vitæ et spinis negotiorum se suffocant, neque concedunt in se vigere, aut perfectam producere rerum divinarum naturam. Alia autem ceciderunt non super petram, sed super petrosa. *Petra* enim *Christus* est [74], quemadmodum inquit divus Paulus. Petrosi vero mihi esse videntur obtusum habentes et obedire nescium cor, quod tenerius quidem est quam lapis, durius autem quam propria natura. Talis enim naturæ semen est, tenerius quidem lapide, durius autem terra. Cui comparat Dominus Deo inimicos Macedonios, et Marathonios (15), qui Spiritum blasphemant, et ipsum creatum esse falso asserunt, implacabilem sibi contrahentes Domini denuntiationem. Inquit enim : *Qui dixerit verbum adversus Filium hominis, remittetur illi ; qui vero dixerit adversus Spiritum sanctum, non remittetur ei, neque hic neque in sæculo futuro* [75]. Neque igitur terra sunt bona et frugifera, tenens semen sicut Christiani ; neque item solida petra sunt, qui exsculpentur a doctoribus in structuram sacri cœtus. Quod enim confitentur Dei Filium Jesum Christum similem secundum substantiam Patri, ostendit ipsos molliores esse : quod autem negant Deum esse Spiritum sanctum, ipsos ambigere et ex parte validos circa totum cæcutire, Creatorem cum creatura connumerantes, et de Domino pariter et servo perperam sentientes. Quos a Christianismo secludens Apostolus inquit : *Si quis spiritum Christi non habet, is non est ejus* [76]. *Et alia*, inquit Dominus, *ceciderunt in terram bonam, et dabant fructum, alia quidem trigecuplum, alia vero sexagecuplum, alia vero centuplum* [77]. Terræ bonæ rectissimum et bene sentiens cor, et voluntatis propositum comparans, repurgatum ab hæreticis spinis, et germinans : primum quidem herbam fidei, deinde spicam spei crescentem, tum maturum fructum dilectionis perfectæ exhibens. Hæc enim et divus Apostolus præcipua esse ostendit, fidem, spem, charitatem [78]. Qui igitur credit, facit triginta ; qui vero sperat, facit sexaginta ; qui vero in dilectione perfecta est, centupla per perfectionem facit opera, quæ sunt acceptissima Deo. Qui ex uno semine tertium reddidit fructum Deum honorans, Ecclesiam exaltans, semetipsum deificans, cum spiritu se componens, animæ providens, corpori imperans, in terra glorificatus, ex mortuis resurgens, in cœlis requiescit. Qui perfectus in Trinitate, fidelis est, mansuetus, facilis erga omnes et modestus, misericors, benignus, justus, corpus contemnens, divina exercens, cœlestia esuriens, in imagine cum mortalibus degens, et figura super terram apparens ; ideo trigecupla fructificat, tanquam inter homines agens : sexagecupla autem, veluti cum angelis ministrans : centupla vero, tanquam cum Deo conversans : per unctionem olei sancti dans fructum in trigecuplis ; per baptismum autem in sexagecuplis ; per unguenti sacrum ministerium in centuplis. Qui credit in Patrem, profert triginta, qui in Filium, sexaginta, qui in Spiritum, centum..... Quo enim putant imminuere Spiritum divinum, hoc magis ipsum extollunt et ornant, numero præponentes ipsum Patri et Filio, male et imprudenter. Qui enim credit, non in Spiritum, sed in Patrem credit primum, deinde in Filium, atque tum in consummatorem Trinitatis Spiritum sanctum. Quemadmodum et divinorum ille carminum auctor, opificium Trinitatis significans esse universa, inquit : *Verbo Domini cœli firmati sunt, et Spiritu oris ipsius, omnis virtus eorum* [79]. Dominum Patrem, Verbum Filium, Spiritum autem sanctum illum et consummatorem sacræ Trinitatis appellans. Cujus propriam potestatis auctoritatem significans Dominus, postquam a mortuis resurrexisset, inquit discipulis suis : *Accipite Spiritum sanctum. Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis* [80], auctoritate videlicet Spiritus quem accipitis, divinitus vobis dantis potestatem remittendi peccata. Ne igitur cum hæreticis corruamus, qui a regina Austri condemnabuntur [81], per ignaviam in exercenda virtute. Hæc enim fama sapientiæ a fi-

* τῆς Τριάδος θεῖον καὶ ἅγιον Πνεῦμα. Καθὼς καὶ ὁ τῶν θείων μελῳδὸς, ὅρᾶμα τῆς Τριάδος σημαίνων ὑπάρχειν τὰ σύμπαντα, φησὶ, *Τῷ Λόγῳ Κυρίου οἱ οὐρανοὶ ἐστερεώθησαν, καὶ τῷ Πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ, πᾶσα ἡ δύναμις αὐτῶν*· Κύριον τὸν Πατέρα, Λόγον δὲ τὸν Υἱὸν, Πνεῦμα δὲ τὸ ἅγιον καὶ συμπληρωτικὸν τῆς θείας Τριάδος· οὗ τὴν αὐθεντίαν δηλῶν ὁ Κύριος ἐκ νεκρῶν ἀναστὰς, φησὶ τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς, *Λάβετε Πνεῦμα ἅγιον· ἄν τινων ἀφῆτε τὰς ἁμαρτίας, ἀφέωνται*· τῇ αὐθεντίᾳ δηλονότι οὗ λαμβάνετε Πνεύματος, θεϊκῶς ὑμῖν παρέχοντος συγχωρεῖν ἁμαρτήματα. Μὴ τοίνυν αἱρετικοῖς συνολισθήσωμεν, ὑπὸ τῆς βασιλίδος τοῦ Νότου κατακρίνε-

[72] Matth. xxv, 28, 29. [73] Marc. xvi, 16. [74] I Cor. x, 4. [75] Matth. xii, 32. [76] Rom. viii, 9. [77] Matth. xiii, 23 ; Marc. iv, 8. [78] I Cor. xiii, 13. [79] Psal. xxxii, 6. [80] Joan. xx, 22, 23. [81] Matth. xii, 42.

(15) *Marathonios*. Sic legimus cum Cotelerio *Monum. Eccl. Gr.* tom. III, pag. 655. Vulgo, *Marathonas*.

nibus terræ ad Solomonem pervenire properavit: istis autem Christus hodierno tempore clamans evigilare et aspicere id pro e re ipsorum est, non persuasit. Et illam quidem verba et rumores ad salutem velocem reddiderunt; hos autem aspectus et operatio Dei, et Verbi incarnati, nequaquam meliores reddiderunt.

INTERROGATIO CXCIV.

Secundum litteram intelligitur tantum, aut num aliam aliquam considerationem habet interrogatio Petri et responsum Domini? illo quidem interrogante, *Quoties si peccaverit in me frater meus, remittam ei? num septies*[82]? Hoc autem abundanter respondente, *Amen dico tibi, non tantum septies, sed septuagies septies.*

Responsio.

Pulchra quidem et facilis responsio, conferens utrique remissionem, eum ei qui peccavit, tum ei contra quem commissum est aliquid. Illi quidem in quibus deliquit, veniam petenti; huic autem in gratiam recipienti, tanquam iisdem obnoxio. Nihil enim est quod cadere et capi nequeat, præter solam primæ et incompositæ sacræ Trinitatis in unitate naturam. Inquit enim divinum oraculum: *Quis gloriabitur castam se habere animam? aut quis libere dicit, se purum esse a peccato*[83]? Ante hoc autem Jobus ille divinus, turris inconcussa, qui perentienti diabolo et affectibus non cessit, adamantinum laquear, diserte clamat: *Nullus a peccato purus est, si vel uno tantummodo die super terram duraverit vita ejus*[84]. Vita autem hominis non fuerit ex utero in vitam progressus, sed post corporis incrementum intellectus perfectio principium est consultationis circa vitam. Quandoquidem igitur futurum erat ut Petro crederentur claves regni cœlorum, et ecclesiasticus cœtus (claudere autem intellige potestatem remittendi peccata, nam pro clave linguam habuit aperientem cœlum claudentemque; id quod et nobis est lingua, aperire nobis ipsis aut claudere cœlum; illo quidem, iis qui digna, hoc vero, illis qui indigna Deo locuti sunt, contingente), potestatem igitur remittendi peccata cum se accepturum speraret, Dominum interrogat, *Quoties si peccaverit in me frater meus, remittam illi? Num septies?* Cujus autem gratia non quater, aut decies, aut ulterius quærit, sed usque septies? Videtur mihi ipsum de homicida latenter instrui velle: num venia per baptismum et pœnitentiam dignus habeatur, qui septem peccata incurrit, qui primus in mundo homicidium patravit Cainus, et totidem damnatus suppliciis se invicem suscipientibus ex cæde peccatis. Primus enim inter homines Cainus dolose egit, primus homicidium fecit, primus mentitus est Deo, quærenti de interfecto, primus parentibus luctum et lamentationem induxit occiso fratre, primus invidiam et livorem peperit, primus fructum primitias malitiose obtulit, primus terra sanguine polluta, exsecrationis ei conciliator fuit. Porro septem

σθαι μέλλουσι, ῥᾳθυμίᾳ τοῦ κρείττονος· τῇ μὲν γὰρ ἀκοῇ σοφίας ἐκ τῶν περάτων τῆς γῆς πρὸς Σολομῶντα ἐκπτῆναι παρώτρυνε· τούτοις δὲ Χριστὸς ἡμέριον ἐμβοῶν, νῆψαι καὶ βλέψαι πρὸς τὸ συμφέρον οὐκ ἔπεισε· καὶ τὴν μὲν λόγοι καὶ ῥῆμαι πρὸς σωτηρίαν ἐπτέρωσαν· τοὺς δὲ, ὄψις καὶ πρᾶξις τοῦ Θεοῦ καὶ Λόγου σαρκωθέντος, οὐδαμῶς ἐβελτίωσαν.

ΠΕΥΣΙΣ ΡΛΔ'.

Τῷ γράμματι νοεῖται μόνον, ἢ καὶ ἑτέραν ἔχει τινὰ θεωρίαν ἡ τοῦ Πέτρου ἐρώτησις, καὶ ἡ τοῦ Κυρίου ἀπόκρισις; τοῦ μὲν ἐρωτῶντος, *Ποσάκις, ἐὰν ἁμαρτήσῃ εἰς ἐμὲ ὁ ἀδελφός μου, ἀφήσω αὐτῷ; ἕως ἑπτάκις;* τοῦ δὲ πλουσίως ἀποκριναμένου, *Ἀμὴν λέγω σοι, οὐ μόνον ἕως ἑπτάκις, ἀλλ' ἕως ἑβδομήκοντα ἑπτάκις.*

Ἀπόκρισις.

Καλὴ μὲν καὶ πρόχειρος ἡ ἀπόκρισις, συμφέρουσα ἑκατέροις, τῷ τε ἁμαρτάνοντι, καὶ τῷ πλημμελουμένῳ· τῷ μὲν ἐφ' οἷς ἔπταισε, συγνώμης αἰτουμένῳ· τῷ δὲ παρεχομένῳ, ὡς τοῖς αὐτοῖς ὑποκειμένῳ. Οὐδὲν γὰρ ὃ ἅπτωτον καὶ ἀχείρωτον, πλὴν μόνης τῆς πρώτης καὶ ἀσυνθέτου θείας Τριάδος ἐν μονάδι φύσεως. Φησὶ γὰρ τὸ θεοφόρον λόγιον· *Τίς καυχήσεται ἁγνὴν ἔχειν καρδίαν; ἢ τίς παῤῥησιάσεται καθαρὸς εἶναι ἁμαρτίας;* Πρὸ τούτων δὲ Ἰὼβ ὁ θεσπέσιος, ὁ πύργος ὁ ἄσειστος, ὁ τῷ παίοντι διαβόλῳ καὶ τοῖς πάθεσιν ἀνύπειτος, ὁ ἀδαμάντινος σαρὸς διαῤῥήδην βοᾷ· *Οὐδεὶς καθαρὸς ἀπὸ ἁμαρτίας, εἰ καὶ μία ἡμέρα ἡ ζωὴ αὐτοῦ ἐπὶ τῆς γῆς.* Βίος δὲ βροτοῦ οὐχ ἡ ἐκ νηδύος εἰς τὸν βίον πρόοδος· ἀλλὰ μετὰ τὴν σωματικὴν αὔξησιν, καὶ τῆς ἐννοίας τελείωσιν, ἀρχὴ τῆς περὶ τὸν βίον διασκέψεως. Ἐπεὶ οὖν ὁ Πέτρος ἤμελλε πιστεύεσθαι τὰς κλεῖς τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν, καὶ τὸν ἐκκλησιαστικὸν θίασον (κλεῖν δέ μοι νόει τὴν ἐξουσίαν τοῦ συγχωρεῖν ἁμαρτίας· ἀντὶ γὰρ κλειδὸς τὴν γλῶτταν ἐκέκτητο, ἀνοίγουσαν τὸν οὐρανὸν, καὶ κλείουσαν· τοῦτο δὲ καὶ ἡμῖν ὑπάρχει γλῶττη, ἀνοίγειν ἑαυτοῖς, ἢ κλείειν τὸν οὐρανὸν, τὸ μὲν, ἄξια, τὸ δὲ, ἀνάξια τοῦ Θεοῦ φθεγγομένοις συμβαίνοντα)· τὴν ἐξουσίαν τοίνυν τοῦ συγχωρεῖν ἁμαρτίας κομίζεσθαι καραδοκῶν, τοῦ Κυρίου πυνθάνεται, *Ποσάκις, ἐὰν ἁμαρτήσῃ εἰς ἐμὲ ὁ ἀδελφός μου, ἀφήσω αὐτῷ; ἕως ἑπτάκις;* Τίνος δὲ χάριν οὐ τετράκις, ἢ δεκάκις καὶ ἄνω πυνθάνεται, ἀλλ' ἕως ἑπτάκις; Δοκεῖ μοι περὶ τοῦ φονέως λεληθότως μαθεῖν ἱμειρόμενος, εἴπερ συγγνώμης διὰ τοῦ βαπτίσματος καὶ τῆς μετανοίας ἀξιοῦται ὁ τοῖς ἑπτὰ περιπεσὼν ἁμαρτήμασι, πρῶτος ἐν κόσμῳ φονεύσας Καΐν· καὶ τοσαύταις κατακριθεὶς τιμωρίαις, καταλλήλως τοῖς ἐκ μιαιφονίας συνυφεστῶσιν ἁμαρτήμασι· πρῶτος γὰρ ἐν ἀνθρώποις ὁ Καΐν ἐδολιεύσατο, πρῶτος ἐφόνευσε, πρῶτος Θεῷ ἐψεύσατο πυθομένῳ περὶ τοῦ ἀναιρεθέντος, πρῶτος γονεῦσι πένθος καὶ κωκυτὸν ἐπήγαγε, κτείνας τὸν ἀδελφὸν, πρῶτος βασκανίαν καὶ φθόνον ὤδινε, πρῶτος τῶν γεννημάτων τὰς ἀπαρχὰς πονηρῶς προσενήνοχε, πρῶτος τὴν γῆν αἵματι μιάνας, κατάρας αὐτῇ πρόξενος γέγονε. Τοῖς δὲ ἑπτὰ τούτοις ἐν τῷ μιαιφόνῳ δράμασιν, Ισάριθμος καὶ τιμωρία

[82] Matth. xviii, 21, 22. [83] Prov. xx, 9, sec. LXX. [84] Job xiv, 4, 5 sec. LXX.

ὑπὸ τῆς θείας φωνῆς ἐπάγεται· στείρωσις καὶ ἀκαρπία τῆς γῆς, μηκέτι δεξιουμένη τὸν μιαιφόνον· στεναγμὸς καὶ κλόνος ὅλου τοῦ σώματος. Ἀλλ' ἀριθμῷ καὶ τιμωρίαν πειρᾶσαι δεῖν ᾠήθην. Ἐπικατάρατος ἡ γῆ ἀπὸ σοῦ, μία κόλασις. Ἐργάζου τὴν γῆν, δευτέρα αὖτη· ἀνάγκη γάρ τινι ἀῤῥήτῳ αὐτὸν συνέταξε, κατεπειγούσῃ προσταλαιπωρεῖν, τῇ γῇ μοχθεῖν. *Καὶ οὐ προσθήσει δοῦναί σοι τὴν ἰσχὺν αὐτῆς*· τρίτη κόλασις, πονεῖν, καὶ μηδὲν ἐκ τῶν πόνων καρπίζεσθαι. *Στένων καὶ τρέμων ἔσῃ ἐπὶ τῆς γῆς*· ταῖς τρισὶ δὲ προστίθησι τιμωρίας ἡ θεία ψῆφος, στεναγμὸν διηνεκῆ, καὶ τρόμον ἄπαυστον, ὡς μηδὲ τροφὴν τῷ στόματι, ἢ ποτὸν προσάγειν οἷόν τε, ἀστατούσης τῆς μιαιφόνου δεξιᾶς, κακῶς τῇ προτέρᾳ ἰσχύϊ κατὰ τοῦ ἀδελφοῦ χρησαμένης, καὶ τῇ ῥώσει ἀῤῥωστίαν πριαμένης. Ἕκτη τιμωρία, τοῦ ἐκπεσεῖν αὐτὸν τῆς πρὸς Θεὸν αὐτὸν παῤῥησίας. Δεινὴ γὰρ καὶ βαρυτάτη ἡ κόλασις, πάντα ἔχουσα τὰ ἀμυντήρια, ἡ τοῦ Θεοῦ ἀποστροφή· ὑπὲρ ἧς ἀποδυρόμενος ὁ ἐν πείρᾳ ταύτης γενόμενος, θάνατον ἐξαιτεῖται, λυσιτελεῖν αὐτῷ μᾶλλον εἰδώς, ἢ ζῆν ἀποβληθέντα Θεοῦ. Καί φησιν, *Εἰ ἐκβάλλεις με τῆς γῆς*, τοῦτ' ἔστιν, εἰ μηκέτι τῶν ἐκφορίων αὐτῆς ἀπολαύειν μέλλω, *καὶ ἀπὸ τοῦ προσώπου σου κρυβήσομαι*· εἰ τῶν κατὰ τῆς γῆς ἀναγκαίων πρὸς τὸ ζῆν ἐστέρημαι, καὶ αὐτῷ σοὶ ὀργιζομένῳ ἐμφανίσαι οὐ δύναμαι· *Καὶ ἔσται*, φησὶ, *πᾶς ὁ εὑρίσκων με ἀποκτενεῖ με*· κρεῖττον γὰρ θανεῖν με ἢ ζῆν κακῶς τιμωρούμενον. Πρὸς ὃν ὁ Κύριός φησιν· *Οὐχ οὕτως· ἐθέμην γὰρ σημεῖον ἐπὶ σοὶ, τοῦ μὴ ἀνελεῖν σε πάντα τὸν εὑρίσκοντά σε.* Ἑβδόμη αὕτη τιμωρία, τὸ μὴ ἀξιοῦσθαι θανάτου, πᾶσαν αἰσχύνην καὶ δόξαν λύοντος· ἀλλὰ μένειν τιμωρούμενον, καὶ τῷ σημείῳ στηλιτευόμενον, αὐτὸν ὑπάρχειν τῶν κακῶν ἐν βροτοῖς ἀρχηγόν. * * * * *

istis in homicidio facinoribus, par numero etiam supplicium per divinam vocem imponitur. Sterilitas et infecunditas terræ, quæ non amplius homicidam receptura sit: gemitus et quassatio totius corporis. Sedenim in enumeratione etiam ipsum supplicium examinandum esse arbitratus sum. *Maledicta terra a te*[83], una pœna est. *Operare terram*, altera; nam arcana quadam necessitate ipsum construxit, cogente ad ærumnosam et molestam in terra vitam. *Et non adjiciet ut det tibi robur suum*, tertium supplicium, laborare et nullum ex laboribus fructum percipere. *Gemens et tremens eris super terram:* tribus duo insuper addit supplicia divinum decretum, gemitum assiduum et tremorem indesinentem, ut neque cibum ori vel potum admovere possit, tremente homicidæ dextera, quæ pristino robore male adversus fratrem usa est, et per vim valentem infirmitatem sibi emit. Sextum supplicium, quod exciderat ex ea quæ erga Deum est, libertate. Vehemens enim et gravissimum est supplicium aversio Dei, in quo omnimoda protectio est: quam deplorans is qui eam experiebatur, mortem expetit, eam sibi conducibiliorem esse sciens, quam vivere abjectum a Deo. Sic enim ait: *Si ejicis me a terra*, hoc est, si non amplius fructibus ejus fruiturus sum, *et a facie tua absconditar*[86]; si ex terra mihi ad vitam necessariis privatus sum, et temetipso indignante, apparere in oculis hominum non potero: *Et fiet*, inquit, *ut omnis qui me invenerit, occidat me.* Melius enim mihi est, ut moriar, quam ut vivam male exruciatus. Ad quem Dominus inquit: *Non ita fiet: posui enim signum super te, ne te interficiat quisquis invenerit te*[87]. Septimum id supplicium est, indignum haberi morte, omnem turpitudinem et opinionis gloriam solvente, sed manere exruciatui obnoxium, et signo notatum illum, qui malorum inter homines auctor erat.

Gravissimum enim suppliciorum ratione præditis est turpitudo, quam sontibus divinum decretum minatur, dicens: *Resurgent alii quidem ad vitam æternam, alii autem in turpitudinem et opprobrium æternum*[88]. Quandoquidem igitur septem inhæserant homicidæ mala, totidem etiam supplicüs damnatus est. Sciebat itaque Petrus quod septimum diem honorandum Dominus destinaverat, in eo requiescens et ab operibus suis cessans; et quod non aliam, sed hanc honorasset, in ea legem dans, quodque sabbatum propter cessationem ab operibus vacasset: et quod venerandus sit, et peculiarem significationem ferat septenarius numerus, in quo scenopegiæ tubæ, in quo dies expiationis: septimus apud ipsos annus remissionis in pretio habitus, sex annis terram arantes, conserentes et metentes, septimo quiescere sinentes, integramque manere, ex ea sponte nascentibus contentos. Septem annis servitutem serviens famulus libertatem adipiscebatur. Præterito annuæ septimanæ tempore, septuagenarii captivi ex Babylone liberati sunt. Peculiariter item a sacro cœtu Christigeræ Ecclesiæ nostræ usurpatur septenaria beneficentia. *Septies* enim *in die laudavi te*, inquit Davides[89], carminum divinorum auctor. Dici quidem nomine præsens significans sæculum: septies autem ipsum per hebdomadem revolvi. Isaias[90] septem enumerat spiritualia dona. *Et septem* (16) *oculi Domini*, inquit[91]. Id quod et Solomon ait, *Sapientia ædificavit sibi domum, et suffulsit columnas septem*[92]. *Sapientiam* autem *Christum* esse, divus Apostolus interpretatus est. Domus autem hujus cœlum et Ecclesia. In illo quidem septem columnæ angelici ordines, in hac autem Stephani et Philippi collegæ apostolorum septem diaconi. Et rursus alius sanctorum vatum inquit, *Septies cadet justus, et resurget*[93]. Non aliter autem quam per pœnitentiam. Septimus ab Adamo Enochus translatus, non vidit mortem, id docente transpositione, ex corruptibili et morti obnoxia vita in immortalem et omnibus ærumnis carentem locum transferri Ecclesiam. Ex diluvio item, solum servatur intellectilem Noa Christum gubernatorem habens. Septimus

[83] Gen. iv, 11, 12. [86] ibid., 14. [87] ibid., 15. [88] Dan. xii, 2. [89] Psal. cxviii, 164. [90] Zach. iii, 9. [91] Prov. ix, 1. [92] I Cor. i, 24. [93] Prov. xxiv, 16.

(16) *Isaias. . . . Et septem.* etc. Hic locus non exstat apud Isaiam, sed occurrit *Zach.* iii, 9.

ab Abrahamo Moses legislator divinus exhibitus est, mutatio vitæ, iniquitatis sublatio, ad bonam constitutionem legum ascensus. In septem hebdomadis annorum insignem Deus jubilæum dedit, quo tanquam sabbato frueretur, et cessaret terra ab aratione, a debitis autem solverentur debitores. Septuagesima et septima generatione ab Adamo Christus nascitur, quemadmodum per genealogiam divus Lucas demonstrat. Quandoquidem igitur Scriptura numerum remissionis peccatorum in septenario definit, cum hebdomade autem præsens ævum extenditur, septem quidem diebus ab Opifice integre perfectum, septenaria vero vicissitudine velut semper in se revolutum : habet remissionem peccatorum per pœnitentiam, qui ad correctionem et sobrietatem inclinat, castigatam a Deo. Ideoque putans Petrus, quod difficillime, si Domini decretum sit in hoc hebdomadario sæculo, remittatur illud homicidæ septuplex flagitium et crimen, inquit ad Dominum, *Quoties, si peccaverit in me frater meus, remittam illi? num septies?* Quasi dicat, Num etiamsi homicidium patrarit, remittam ei pœnitenti? Dominus autem benignitatem ei commendans, inquit : *Non modo septies, sed etiam septuagies septies.* Illud, ut arbitror, docens, quod non modo is qui semel homicidium fecit, et septem illis malis subjacet, recipi debeat si pœnitet; sed is, qui jam semel quodammodo Deum abnegavit, quod gravius est cæde septuagies septies commissa, recipiendus sit, veniaque danda pœnitenti et lugenti. Propter quæ ista menti adumbrantur, et ut diffidens his Petrus ejusmodi veniam consequatur, qui absque venia fore putabat utrumque, et nunquam per pœnitentiam dignos habendos benignitate : permittit ipsum cadere Dominus septies, propter percussum pontificis servum et amputatam ejus aurem. Intentione enim interfecit, nisi *qui plantavit aurem audisset, et qui formavit oculum animadvertisset*[24]. Qui paulo ante cæci oculos aperuerat, et quidem ejus qui nunquam aspexerat lucem, hic percussi aurem mox restituit tactu manus, utrisque miraculose tanquam a Deo factis. Septuagies autem septies per quæstionem Ballilæ ter ipsum abnegasse dictum esse voce gallinacei. Remisit autem ista, et non amplius recordatus est, ferventer ipso et amare super abnegatione lugente et lacrymas fundente, ut quorum ipse veniam consecutus esset in lapsu constitutus, etiam proximis resipiscentibus similiter præstaret. Communiamus igitur nos ipsos, ne pœnitentiam negligamus. Vix enim, quæ est ex hac, procedit consummatio. Quapropter melius mihi videtur, omnibus viribus a corruptibilibus abstinere, quam letiferis impletos dolere et tristari et conflictari, et medicum invocare postquam aculeo peccati percussi sumus. E diverso si contigerit ut per abreptionem aliquam labamur, ne desperemus de expiatione neque de remissione, neque cum revocati sumus, segniter agamus, sed quam primum a deteriore resiliamus, et virtutum suggestionem apprehendamus, vestimentum et sensum lavemus, et res terrenas tanquam quæ suffocent, fugiamus; ad pristinam sublimem illam conversationem veniamus; aures ad divina dogmata inclinemas; eorum quæ humi repant, obliviscamur, et arcem virtutum dilectionem possideamus, et tabulis cordis divinam legem insculpamus, facti divinitus sculpta tabula.

INTERROGATIO CXCV.

Quamobrem ergo tam enormiter lapsus sanctus ille vir Petrus, et veniam consecutus, ipse quoque veniam non dedit Ananiæ et Sapphiræ, sed in una hora utrosque occidit verbo, licet nullus esset ipsorum lapsus, respectu illius abnegationis? Auram absconderant proprium, non alienum : vel, etiamsi alienum fuisset, non est par peccatum privatarum rerum parvum quiddam abscondisse, et abnegasse Jesum.

Responsio.

Non dementiæ est, primarii illius adversus sontes terror, sed præscitæ disciplinæ plurima mortalium sanantis vitia. Quandoquidem igitur semel Deo dedicatum aurum sacrilegio vulneratus alienaverat, interrogatusque negaverat : ideirco ille qui fuerat exorsus spargere evangelica semina, moxque simul exortas malas herbas conspexerat, prudenter eas illico sustulit, ne forte simul crescentes triticum vastarent. Nam in angustia amaritudinis ipsum

ἀπαγῆς τινος ὀλισθῆσαι, μὴ ἀπογνῶμεν τῆς καθάρσεως, μηδὲ τῆς ἀφέσεως· μηδ' ἀνακληθέντες ῥᾳθυμήσωμεν, ἀλλὰ θᾶττον τοῦ χείρονος ἀποπηδήσωμεν, καὶ τῆς μηνύης τῶν ἀρετῶν ἀψώμεθα· ἐσθῆτα καὶ αἴσθησιν πλύνωμεν· τὴν ὕλην ὡς συμπνίγουσαν φύγωμεν· πρὸς τὴν πάλαι ὑψηλὴν πολιτείαν φοιτήσωμεν· τὴν ἀκοὴν τοῖς θείοις δόγμασι κλίνωμεν· τῶν χαμαιζήλων ἐπιλαθώμεθα· τὴν ἀκρόπολιν τῶν ἀρετῶν τὴν ἀγάπην κτησώμεθα· καὶ ταῖς πλαξὶ τῆς καρδίας τὸν θεῖον νόμον ἐγχαράξωμεν, πυξίον γενόμενοι θεότευκτον.

ΠΕΥΣΙΣ ΡΛΕ'.

Διὰ τί οὖν τοιαῦτα παίσας ὁ ἅγιος Πέτρος, καὶ συγχωρηθείς, μὴ καὶ αὐτὸς συνεχώρησε τῷ Ἀνανίᾳ καὶ τῇ Σαπφείρῃ, ἀλλ' ἐν μιᾷ ὥρᾳ ἀμφοτέρους ῥήματι ἐθανάτωσε; καίτοιγε μηδενὸς ὄντος τοῦ παίσματος ὅσον πρὸς τὴν ἐνείνου ἄρνησιν μεθ' ὅρκου· χρυσίου δὲ ἀπέκρυψαν ἰδίου, οὐκ ἀλλοτρίου· εἰ δὲ καὶ ἀλλότριον ἦν, οὐκ ἔστιν ἴσον, τῶν ἰδίων μικρὸν ἀποκρύψαι, καὶ τὸ ἀρνήσασθαι τὸν Ἰησοῦν.

Ἀπόκρισις.

Οὐκ ἀπονοίας ὑπάρχει ὁ τοῦ κορυφαίου κατὰ τῶν ὑπευθύνων φόβος, ἀλλὰ παιδεύσεως προγνωστικῆς τὰ πλεῖστα βροτῶν ἀκεομένης πάθη. Ἐπεὶ οὖν τοῦ ἅπαξ θεῷ ἀνατεθέντος χρυσίου, ἱεροσυλίᾳ τρωθεὶς ἐνοσφίσατο, ἐρωτηθεὶς δὲ ἠρνήσατο· τότε ἀρξάμενος καταβάλλεσθαι τὰ εὐαγγελικὰ σπέρματα, καὶ αὖθις παρανατείλαντα ἐωρακὼς τὰ ζιζάνια, σοφῶς αὐτὸς θᾶττον ἀνέστειλε, μή ποτε συναυξούμενα τὸν πυρὸν λυμήνηται· ἐν γὰρ συνδέσμῳ πικρίας αὐτὸν ὑπάρ-

[24] Psal. xciii, 9.

χειν ὡς τὸν Σίμωνα καὶ ἀμετάθετον τοῦ λοιποῦ πρὸς τὰ κρείττονα. Ἐδέετο γὰρ συγχωρηθῆναι τὸ ἄγος, μὴ συμφωνούσης τῆς καρδίας τοῖς χείλεσι, καθώς φησιν ὁ τῶν Θείων μελῳδὸς περὶ τοῦ Ἰσραήλ· *Καὶ ἠγάπησαν αὐτὸν ἐν τῷ στόματι αὐτῶν, καὶ τῇ γλώσσῃ αὐτῶν ἐψεύσαντο αὐτῷ· ἡ δὲ καρδία αὐτῶν οὐκ εὐθεῖα μετ' αὐτοῦ· οὐδὲ ἐπιστώθησαν ἐν τῇ διαθήκῃ αὐτοῦ.* Οὕτω γὰρ καὶ οἱ τῆς ἰατρείας ἐπιστήμονες ὁρᾶν εἰώθασιν, ἐπειδάν τινα ἄκρων τοῦ σώματος πάθει ἀνιάτῳ κρατηθῇ, αὖθις ἐκτέμνονται τῆς χειρὸς, ἢ τοῦ ποδὸς τὸν δάκτυλον, πρὶν τοῦ ἐπὶ τὰ λοιπὰ μέλη διαχεθῆναι τὴν λώβην· ὁμοίως δὲ καὶ Μωσῆς ὁ θεσπέσιος τὰ τοῦ νόμου ἐκ προοιμίων θεώμενος, παρωτρύνομένός τε, ἐπὶ βραχεῖ ἁμαρτήματι καταλευσθῆναι ἐν σαββάτῳ ξυλολογοῦντα προστάξε, τοῦτο Θεὸν γεγραφὼς ἀποφήνασθαι· ἐπὶ μεγάλῳ γὰρ καὶ μετρίῳ ἡ παράβασις κρίνεται, καθὼς φησιν ὁ Κύριος, ὅτι *Ἐὰν ὅλον τὸν νόμον πληρώσῃ τις, πταίσῃ δὲ ἐν ἑνί, γέγονε πάντων ἔνοχος*· οὐκ ἀφανισθείσης αὐτοῦ πάσης ἀρετῆς (ἄδικον γὰρ τοῦτο καὶ τοῖς βραχέα περὶ τῆς θείας δικαιοκρισίας νοοῦσιν εἰκότως δόξειεν), ἀλλ' ἔνοχός μοι δοκεῖ γίνεσθαι πάντων ὑποσπώμενος, ... κτησιν ἑνὸς ἄγους, καὶ ἀντιμέτρησιν πᾶσιν ἐνεχόμενος, ἢ ἐξ αὐτῶν ἐκείνων τῆς οὐσίας ὑποτεμνόμενος, ἢ τοῦ ἀριθμοῦ αὐτῶν ὑποσπώμενος. Ὁ τοίνυν μὴ παντελῶς ἑαυτοῦ ἀπογνοὺς, καὶ ὁλοσχερῶς τῷ χείρονι προσθέμενος, ἀλλὰ κἂν σπανιάκις προσάγων Θεῷ ἀρετὴν, καὶ οἰκτείρων τὸν πέλας, ὤφειλε μὲν ἐκείνῳ ὑπὲρ ὧν ἔπταισεν· ὀφείλεται δὲ παρ' αὐτοῦ, ὑπὲρ ὧν εὐηργετήθη· ὑποσπώμενος τοίνυν τῆς ἀντιμετρήσεως, πρὸς τὴν τοῦ περιττεύοντος χώραν ἀποκρίνεται· τοῦτο δὲ καὶ παρ' ἡμῖν συμβαίνειν πολλάκις ἔγνωμεν, ὀφείλειν ἡμᾶς ἑκατὸν δηνάρια, ὀφειλομένων ἡμῖν τριάκοντα. Ὥσπερ οὖν ὁ τοῦ νομίσματος ὀφειλέτης πάντων ἔνοχος ὑπάρχει τῷ δανείσαντι, μέχρι τῆς ἐκτίσεως τοῦ ὀφλήματος· οὕτως ὁ χρεωστούμενος παρὰ Θεοῦ ὑπὲρ χιλίων κατορθωμάτων, ὀφείλων δὲ περὶ ἑνὸς παραπτώματος, πάντων ἔνοχος ὑπάρχει, μέχρι τοῦ γενέσθαι λογοθέσιον τῆς ἑκάστου οἰκονομίας. Παράβασις γὰρ ἐπὶ μικρῷ καὶ μείζονι κρίνεται, ἐν συγκρίσει τὸ διάφορον ἔχουσα. Σπεύσωμεν τοίνυν ἐν τῷ καλῷ τὸ πλέον ἔχειν, δικαιοσύνῃ τὴν ἀδικίαν βαροῦντες.

esse, quemadmodum Simoneta, et incorrigibilem in posterum ad meliora videbat. Neque enim facultas erat concedendi scelus, non consentiente cum labiis corde, sicut inquit de Israele carminum ille divinorum auctor: *Et dilexerunt ipsum ore suo, et lingua sua mentiti sunt ei. Cor autem ipsorum non erat rectum cum eo, et in testamento ejus fideles non fuerunt* [95]. Sic enim et periti medici facere solent, quando extremo corpore tenetur aliquis incurabili morbo, mox resecant a manu vel pede digitum, antequam ad reliqua membra diffundatur labes. Similiter autem et Moses vir divinus ad præcepta legis primitus facta consideratione excitans, ob leve delictum lapidibus obrui eum qui ligna legerat in sabbato, præcepit, idque Deum denuntiasse scripsit. Nam *in magno et mediocri transgressio* [96] judicatur, quemadmodum inquit Dominus, quod *Si totam legem impleverit aliquis, offenderit autem in uno, factus est omnium reus* [97]. Non quod omnis ejus virtus evanuerit (injustum enim id vel his, qui leviter de divino justoque judicio sentiunt, merito videatur), sed reus mihi videtur fieri omnium, qui recesserit ab uno, se pœnæ unius sceleris et compensationi omnium obnoxium faciens; aut quod ex illorum ipsorum corpore excidit, aut ab ipsorum numero recessit. Qui ergo non prorsus de semetipso desperaverit, et plane deteriori addictus fuerit, sed vel raro obtulerit Deo virtutem, et proximi misertus fuerit, debet quidem illi in quibus offendit; debetur autem vicissim ipsi in quibus benefecit. Subtracta igitur compensatione, ad ejus quod redundat, locum decernitur. Id quod etiam apud nos sæpenumero accidere cognovimus, si debeamus nos centum denaria, nobisque debeantur triginta. Quemadmodum igitur pecuniæ debitor de omnibus obligatus est creditori, usque ad debiti persolutionem: ita cui debetur apud Deum pro mille recte factis, ipse vero unius delicti debitor est, reus est omnium, donec ratio subducitur uniuscujusque dispensationis. Transgressio enim in parvo et majori judicatur, in comparatione differentiam habens. Enitamur igitur, qui plus habeamus in bono, injustitiam justitia deprimentes.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΡΛΣΤ'.

Εἰ ἄφευκτος συντέλεια τοῦ κόσμου, καὶ ἡ τοῦ Χριστοῦ παρουσία, πῶς αὐτὸς λέγει, *Τότε ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ φευγέτωσαν ἐπὶ τὰ ὄρη, καὶ ὁ ἐπὶ τοῦ δώματος μὴ καταβήτω ἆραί τι ἐκ τῆς οἰκίας αὐτοῦ, καὶ ὁ ἐν τῷ ἀγρῷ, μὴ ἐπιστρεψάτω ἆραι τὸ ἱμάτιον αὐτοῦ*; Καὶ πάλιν λέγει, *Ἀλλ' εὔχεσθε ἵνα γένηται ἡ φυγὴ ὑμῶν ἐν σαββάτῳ ἢ ἐν χειμῶνι· οὐαὶ δὲ ταῖς ἐν γαστρὶ ἐχούσαις καὶ θηλαζούσαις ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις.* Ἆρ' ὅτι συμβῇ θέρους γενέσθαι, ἐν Κυριακῇ ἢ δευτέρᾳ τὴν συντέλειαν, δυνάμεθα λαθεῖν, ἢ φυγεῖν; Διὰ τί δ' ἄρα τοσούτου ὄντος ὄχλου καὶ δήμου τότε, μόνας τὰς ἐν γαστρὶ ἐχούσας καὶ θηλαζούσας ἐκ πάντων ἐταλάνισε, καὶ ἀπωδύρατο,

INTERROGATIO CXCVI.

Si inevitabilis est consummatio mundi, et adventus Christi: quomodo inquit ipse, *Tunc qui in Judæa sunt, fugiant ad montes, et qui in tecto est, non descendat ad tollendum aliquid ex domo sua, et qui in agro est, ne revertatur ad tollendum vestimentum suum* [98]? Et iterum inquit, *Sed orate ne fiat fuga vestra in sabbato, vel in hieme. Væ autem prægnantibus et lactantibus in illis diebus* [99]. Num quasi si contingat æstate, vel dominica, vel alia die consummatio, possimus latere vel fugere? Cur autem cum tanta sit futura turba, tantusque populus, solas prægnantes et lactantes ex omnibus miseras pronuntiavit atque deploravit, quasi propter partum?

[95] Psal. LXXVII, 36, 37. [96] Luc. XVI, 10. [97] Jac. II, 10. [98] Matth. XXIV, 16-13. [99] ibid. 19, 20.

Num quod ad partum perventuræ non sint, vel quasi graviori supplicio afficiendæ?

Responsio.

Futuram Judæorum fugam præmonstrans, ipsis ad montes fugere præcipit Dominus. Nam post Vespasianum Titus superveniens, prorsus æquavit solo desolavitque Hierosolymam, male perditis Judæis; viris quidem gladio prostratis, infantibus vero recens natis pavimento allisis, prægnantibusque dissectis, omni perditione et interitu inimicum Deo genus delevit. Sabbato vero id accidit capta civitate, omnibusque domi vacantibus propter otium sabbati: hieme item, nullus ipsorum effugere captivitatem interitumque poterat. Qui vero in tecto erat, latitare tentabat, nihil eorum quæ infra erant tollere volens, præstabilius esse vivere, quam aliquid habere ducens. Qui autem in agro, non modo quin ad domum reverteretur manebat, sed et ulterius abire cogebatur, incensam et captam civitatem cernens. Quod si per sublimiorem intellectum ad nostra, ut par est, sermonem applicari vultis : *Qui in Judæa sunt, ad montes fugiant :* qui in pietate firmi sunt, (id enim Judæa ex interpretatione sonat) ad sublime refugium, nempe Christum, respiciant, sub ejus confessione custoditi. *Qui vero in tecto est, ne descendat ad tollendum aliquid ex domo sua :* qui præsenti contempta umbratili vita, omnique hic conculcato tabernaculo, superior evasit hac vita, relegatis internis affectibus, ne quid eorum secum trahat, non timorem, non animi angustiam, non vanam gloriam, non opum amorem : quæ sunt ab alto descensus. *Qui in agro est, non revertatur ad tollendum vestimentum suum.* Qui veterem exuit hominem, et carnalibus renuntiavit, novum gestet, qui ipsum ad innovationem Dei renovavit, ac cœno repurgavit : in hoc enim habebit virtutem ad omne consilium invictam. Nulla igitur perturbatio agnatorumve mutuus doloris affectus a Christi nos dilectione abstrahat. Neque enim Christus cum a matre et fratribus quæreretur, vocationem admisit, cum apud auditores salutiferam doctrinam exorsus esset, docens spiritualia carnalibus esse potiora. Ad eumdem modum ipsius quoque discipuli, relicta mensarum observatione, pietatis sermonem potius capessere voluerunt, non verbis tantum sapienter docentes, sed et factis instituentes. Nam bene loqui, lyræ vel cymbalo simile est : utiliter autem agere, cum angelorum natura conjunctum est.

INTERROGATIO CXCVII.

